II
11841
Incunabel

E-S

II
1184
Incunabel

II
11841

Libri Paraphraſeos Themiſtii: peripatetici acutiſſimi.
In Poſteriora Ariſtotelis
In Phyſica.
In libros de Anima.
In commentarios de Memoria & Reminiſcentia.
De Somno & Vigilia.
De Inſomniis.
De Diuinatione per Somnum.
Interprete Hermolao Barbaro patritio Veneto. Poſitis in locis ppriis caſtigationibus quāplurimis: quas autor idem: poſt primā huius operis impræſſionem addidit.

III

HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI ZACHARIAE EQVITIS FILII IN PARAPHRASIN THEMISTII PERIPATETICI PRAEFATIO.
AD SIXTVM.IIII.PONT.MAXIMVM.

QVI TIBI Studioꝝ ſuoꝝ opa nũcupãt: põtifex ſũme Sixte q̃rte: alii id agũt: ut te utcũq; ſi bi ꝓmereanť: alii: ut fructũ aliqué ſentiãt iudicii tui de ſe: alii: ut abſte tãtum ꝓbẽť: alii ob alias cãs· Ego uero hæc tibi dedico: tũ ut meã i te obſeruãtiã põſertiq; Zachariæ põris: qui iſtic ad te ꝓ Venetis agit legatus: agnoſcas: tũ uel maxíe ut te ꝓ fide ea: q̃ a me tibi ut príncipi meo debeť: ſũma iſtituti illius tui plæclari & diuini cõmoneam: qđ protinuſq; creatus pontifex es flagrãtiſſime amplexus uideris adiuuãdi prouehẽdiq; litteras: quæ proculdubio ſine autoritate & diligẽtia doctiſſimi principis aut interituræ penitus uidebanť: aut ad priſtinam barbariem redituræ. Nam & ingenia undiq; cõduxiſti & bibliothecam opulentiſſimã ære tuo ípẽſaq; publicaſti. Nunc te obſecrãt obteſtanturq; bonæ oẽs artes: ne (quæ tuæ maximæ occupationes ſunt) negligẽtiuſcule in poſteꝝ habeanť. Errant q̃ credũt grauius eẽ cum quibuſuis hoſtibus: q̃ cũ ípe/ritis & ídiſertis bellũ. Inteſtinum hoc: & ítra parietes: ac ppetuum. Illud externum tẽporariũq;. In eo li bertas: imperium: uita ſub alea é. In hoc labes animi certa. Per illud deſinas uiuere ut res peſſime cedat. Per hoc uiuas oíno: ſed uiuas non homo. A barbaris: a feris: a uulgo: differimus: q; litteras habemus: illi nõ habẽt. Cæteris uincimur. Tolle hoc diſcrimen: deteriores ſimus q̃ feræ q̃ uulgus. Hoc tibi (qđ cæpiſti) ſpectãdum idẽtidem ꝑmendũq; aſſidue ꝓpoſitum é. Nullæ ſint cogitationes tuæ tam multæ: tam arduæ: q̃ curam tibi hãc aut excutiãt aut offundãt. Sub Nicolao príncipe exerere ſe ac reuireſcere ſtudia cæperũt. Niſi tu (qđ facis) facere ꝓſeueres: neceſſe é cõſeneſcãt denuo atq; decedãt. Igiť Themiſtium e familia Ariſtotelis elegãtem philoſophum: ad te in latinum ſermonẽ cõuerti: ratus nõ ingratiſſimam tibi rem me factuꝝ: ſi philoſophia ea (quæ de natura eſt) latinis litteris quãta modo legiť in ſcholis continereť. Videbam nihil: ícultius: horridius ineptius: q̃ partem iſtam litteraturæ haberi. Placuit pericltari in Themiſtio: an iſtæc quoq; ꝓprietatem & lucem Romanæ linguæ reciperent.

QPpido q̃ laboratũ mihi í hac íterprætatione eſt: non tã q; nihil iuuari ab iis autoribus potui: qui Ariſtotelẽ cõmentati fœde ac barbare pridẽ ſunt: q̃ q; ne ab illis quoq; q ætate noſtra latinã eloq̃ntiã ꝓfeſſi: græca eius philoſophi cõmẽtaria trãſtulerũt. Hoꝝ pleriq; dũ alienã inſcitiã íſectanť: ſuã ꝓdidere. Adeo oía ab his puerſe deprauateq; ſunt ꝓſcripta: ut ſi qs íterꝑtationes eoꝝ cũ illis ueteribus cõferat quas reprehẽdunt: uel in aliqua Ariſtophãis libra aut Critolai appẽſas examinet: utræ eaꝝ uergãt íternoſci nõ poſſit. Percẽſeré ſingilati quæcũq; peccaſſent: niſi plura eorũ eẽnt errata q̃ uerba. Allioqn nõ inceſſendi quẽq̃ lacerãdiue ſtudio: ſed iuuãdi bonas mẽtes hæc ſcribimus. Magnã incõparabilẽq; iacturã nõ pridẽ fecimus põtifex maxime í Theodoro Gaza: q uir græcus latinos omnes í hoc munere ſcribẽdi íterpretãdiq; ſuperauit. Is ſi diutius uixiſſet: líguã latinã hac quoq; parte locupletaſſet. Quot & fecit í libris illis abſolutiſſimis de aĩalibus Ariſtotelis: & Theophraſti de ſtirpibus. Hic unus mihi certare cũ uetuſtate ipſa uiſus eſt: hunc mihi quẽ coleré quẽ imitarer propoſui: ab huius ſcriptis adiutũ me & fateor & prædico: hunc ego nõ magnopere incurioſus legi: q̃. M. Tulliũ: Pliniũ: Columellã: Varroné: Senecã: Appulegiũ: & cæteros: quos in hoc genere cõmentãdi diligẽter euoluere: neceſſariũ é. Ne ille quoq; minimus labor noſter fuit: q; in his libris uertẽdis: nõ modo nõ expreſſimus uerbũ e uerbo: qđ íterpretes in ídiſertos ſolere Cicero meminit: ſed libere & trãſlationibus & figuris & tropis uſi ſumus ad morem Romanũ ſenſibus ſtãtibus. Luſimus arbitratu nr̃o: ſed ſníam íntegrã dedimus autori. Tantũ uero abeſt: ut aliqd ꝑtermiſerimus diſſimulauerimuſue: ut illud piculũ ſit: ne q; eruditiõi ípẽſæ ſtuduimus addidiſſe aliq̃ potius quã detraxiſſe íuiſoribus uideri poſſímus. In plenũ nõ tã latinũ reddere Themiſtium q̃ certare cũ eo uolui. Hæc. n. laus: ut ille ait linguæ latinæ eſt: ut græcã ꝓprietaté & gratiã in trãſferẽdo aut æques: aut ẽt antecellas. Hoc me nõ dico aſſecutũ fuiſſe: ſed crimẽ meũ cõfiteor: laboraui plane hoc ambitu: ſed an effeceri qđ q̃rebã: alii iudicent: ipſe certe mea nec magnifacio nec ꝓbo. Sed qd te príceps humaniſſime oŕone lõga detineo? finẽ faciã ſi q̃dã de Themiſtio dixero. Is Libanii ſophiſtæ & Iuliani cæſaris tpibus floruit. A qbuſdã abbreuiator creditus Alexandri ex Aphroſiade ẽ: ſed falſo. Nã & ab eo diſſentit haud timide: quom collibuit & ab ordine ac ſerie eius euariat. Præterea ipſemet ſe paraphraſten Ariſtotelis facit. Eſt aũt paraphraſis exercitaméti apud rhetoras genus. Ea finiť a græcis hoc mõ: ut ſit q̃ narrationi ꝓportione reſpõdeat: aut ſic in qua uertimus alioꝝ ſcripta. Non in alia quæ humiliora grãdioraue ſint: ut a metaphraſi differat: ſed in paria ſenſu mõ ſeruato: qđ & Fabius duobus locis ſic explicat. Tum mutatis uerbis interpretari: tum paraphraſi audacius uertere: qua & breuiare q̃dam & exornare ſaluo mõ ſenſu dimittiť: qđ opus cõſumatis ꝓfeſſoribus difficile qui cõmode tractaueríť cuicũq; diſcẽdo ſufficiẽt. Alio item loco. Sed & ipſis ingt ſentẽtiis addicere licet oratoriũ robur & omiſſa ſupplere & effuſa ſubſtrígere. Neq; ego paraphraſin eẽ interꝑtationem tantũ uolo: ſed circa eoſdẽ ſenſus certamen atq; æmulationẽ. Dictus eſt & a quibuſdã ecphraſtes. Eſt aũt ecphraſis mera puraq; enarratio. Quod ergo diximus íter initia doctiſſíme Põtifex ſuſcæptũ abſte patrocinium litteraꝝ ne deſere: cũ dico litteras: philoſophiã ítelligo: quæ cõiuncta cũ eloquentia ſit. In te eruditio ſumma: & ſumma fortuna. Facile ſperare poſſumus tpibus tuis futurum: ut recta ſtudia uolente te (nam põt) nec alius põt) ad dignitatem priſtinam reuocenť.

Vale Venetiis. M.CCCC.LXXX.

Themistii Euphradæ Peripatetici Nobilissimi: Paraphrasis in Posteriora analytica Aristotelis: interprete Hermolao Barbaro Patricio Veneto. V. Clarissimo.

ACTVRVM Me superfluo iuxta perambitioseq; sentio: si Aristotelicaꝝ cōmentationum: post tales tātosq; autores īterprætationē iustam aggrediar: præsertim quomodo haud temere multa iuenias: q̄ illi perīde nō dixerit: alioquin: ut omissa pauca sarcias: tātū laboris a capite retexere: simile feceris: ac si Phidiæ Mineruā reformare de itegro uniuersam instituas: ut aut amētū soleis: aut ansulā crepidis: aut ligulam baseis: aut quid aliud pauxillum: quod subsultet: reponas: q; si p̄termissa morositate disputationis: summas rerum per confectaria collegero: iisq; limatā & compēdiariā enarrationem adiunxero: breuitatemq; & seriem philosophi ex summis uiribus persecutus imitatusq; fuero: uidebor utiq; rem nec uulgatā neq; admodum inutilē noscētibus hæc parasse: quod genus exploratæ utilitatis iis erit: qui aliquando libros Aristotelis legerint: ut quomodo propter plixitatē explanationum repetere semper: atq; adire illas non possint: habeant saltem aliquid: quo se conferentes: in memoriam facile reuocent: quorum se repens forte obliuio tenuisset. Hac igitur forma (qua dixi) primum institutionem: eam quæ posteriorum analytico/rum. i. resolutoriorum inscribit: īgressi sumus exponere: quod quidē laboris nostri auspicium statim tibi dicauimus nūcupauimusq;: cum ut ad exquisitiorem doctrinā tibi aliqd opis ususq; conferremus tum uel maxime: ut hoc q̄si donario: admonitus esses amoris erga te nostri. Equidem in cōmentariis iis neq; dissimulatum iri opinor: neq; ignoratum: sicubi decessum de uia est. Quomodo. n. pleraq; oīa Aristotelis scripta: quasi de cōposito: caligine quadā offusa oppletaq; habeātur: illud potissimū ope hoc intelligitur: cum ob ipsum genus locutionis: quod (si aliubi) maxīe præsumpsum hic præcisumq; est: tū ob capita: quæ nullo ordine uisunt̄ disposita: q̄obrem ab iis qui hæc cognoscēt: impetrāda uenia est: uti ne dānent: siqua liberius exornauero ampliaueroq;. Nec. n. totidē uerbis exigi possunt obscura: aut siqua paulo audacius uertero cōmutaueroue: quod facere oportet: ut capita rerum cōtinentius & cohibilius collocent̄: q; si quædam quoq; breuiauero: causæ sunt: quibus ī eo coargui aut taxari nō possim. Nam quæ tametsi artificiosam seorsum contēplationem habere possunt: nō multum tamen cōducūt: ad peritiam demonstrandi ineptissimus sim: si oīone longa circūloquar. Alioquin cui propositum sit: quæ ad hoc negotium pertinent: non scrupulose & anxie sed leuiter & commode persequi.

Anteq̄ quid sciatur prænoscere aliquid oportere. CAP. .I.

Vicūq; ad aliquam intellectualem doctrinā aut disciplinā accedūt: necesse est principia quædam naturalia teneāt: per quæ aliquid de iis: quoꝝ amplexuri scientiam sunt: prænoscant. Non. n. omnia accipere possumus a docente. Sed aliqua sunt quæ quasi suppetias ad discendum: domo afferre oportet: sine quibus frustra aditum in scholas feramus. Proinde doceamur a geometra punctum esse quoius nulla pars sit: sed anteq̄ doceremur: compertum habuimus: qd nomine partis indicaretur. Arithmeticus mōstrat numerum imparem esse qui secundū inæqualia diuidatur: sed nos qd esset inæquale præsciuimus. Non solū autem doctrinas disciplinasq; sed artes quoque anticipatiōe ista consequimur. Discimus ædificare: sed non anteq̄ quid lapides: qd intritū: quid materies esset: nosse mus. Discimus dēpsare pelles & sutoriam facere: sed tum demū quomodo: & qd esset corium: & qd culter: & quid subula: perceptum nobis ē. Eodem modo fabrica nauium: excussoria: statuaria: textoria: postremo omnis utensilium peritia: suis quæq; præsumptionibus & antegressionibus condiscuntur. Maxime uero ratio hæc manifesta in eorum artibus est: quæ sermocinales dicūtur: quales qui rhetores & dialectici profitentur. Dialectici syllogismo agunt & iductione. Rhetores q & sophistæ uocantur cōmentationibus & exēplis: in utroq; genere necesse est quædā aut singularia: aut assumptiones aut similia cognosci: anteq̄ explorata conclusio sit. Cæterum non modo qui ab aliis instituuntur: sed & qui ipsi a se inueniunt: ex initiis quibusdam non dubiis: ad id quod dubitatur: quærendū & demonstrandum mouentur. Quod si hæc uera sunt: necesse est omnem rationalem doctrinam disciplinamq; ex notitia aliqua antecedenti & quasi præcurrenti contingere. Nec perturbent nos quæ sensu percipiuntur: quippe quæ nulla cognitio præeat: quandoquidem hæc neque per disciplinam neq; per aliquam institutionem intellectualem noscuntur.

Duas esse prænotiones ut sit & quid sit. CAP. II.

IN quibus itaq; prænoscere necesse est: in iis dupliciter contīgit prænoscere: aliqua. n. q; sunt (siue ut sint) necessarium ē præsumere. Aliquorū qd nomen significet: oportet præscire. Nā quærentibus q̄obrem a magnete ferrum trahatur? prænoscendum est: ferrū a magnete trahi & mores pati solere. Quærētes item: quidnā motus tempusue sit? exploratum habere debemus: cognitione q; sunt. In qbus uero id sciscitamur docemurq;: sint: non sint. Verbi gratia: sint: non sint: dii: sit nō sit: prouidentia: i iis necesse est quid uocabulo idicetur prænosce. Adeo scire rē esse īpossibile ē: nisi scierimus: quid eius rei noīe designetur. Cōtra fieri pōt ut sciatur quidē: quid nomē rei significet: sed nesciatur an sit. Nemo. n. est qui ignoret: quid Scillæ: qd Hippocētauri appellatio: denotet: sed

an ſit dubitare & ignorari omnis uidenť. Nec.n. putādū eſt: idem eē ſignificatum noīs: & id qđ ſub hoc uerbo quid ſit rei eſſe intelligiť. Sed duo hæc interſtitio inſigni diſſentiunt. Nam ſignificata oīum uocum ēt imperitiſſimis & uulgo ſunt perſpecta. Neq; enim ullum tam ſtupidum mācipium eſt modo eadem nobiſcum lingua ſit: quod audiens hoīem rogari: equum adducat: aut arculam poſci caligā affe rat. Quid tamen illæ res ſint: & quod illis eſſe nō niſi exercitatiſſimis facile traditu deprōptuq; eſt.

Concluſionem anteq demonſtrationes partim ſciri partī neſciri. CAP. III.

EX iis quæ modo diximus patere intuitu poteſt inter cognoſcere & diſcere nōnullā cōſtitui differeotiam oportere. Qui cogniturus aliquid eſt: prænoſſe aliqđ debet. Qui condiſcit pōt contingere ut nihil prænoſcat. Præterea cognoſcunť quæ prius quodam genere ſcieris. Di/ſcuntur ſæpenumero quæ neſcieris: ſed ſimulatq; diſcunť obiter & ſciuntur: quoiuſmodi ſunt ea quæ ſub uniuerſali aliquo: quoius noticiam ante habueris continenť. Nam qui ſcit omne trian gulum duobus rectis pares habere angulos interiores: nec ſciat hoc triangulū eſſe: quod hac ſcæda deli niatum ſit: quom primū oculos ad hoc triangulum coniecerit: ſtatim utiq; agnoſcet & diſcet: nō tamē eodem modo agnoſcet & diſcet. Sed diſcet triangulum eē. Agnoſcet duobus rectis pares habere. Nam triangulum eſſe nunc demū uidit: didicitq;. Sed habere hoc duobus rectis pares: in illo uniuerſali pri/dem cognouit. Quom enim cognitio deſignati huius trianguli duo hæc requirat: & ut triangulus eēt & ut duobus rectis æquales habere intelligatur. Primum ideſt triangulum eſſe: uſurpamus conſpectu atq; ita diſcimus. Alterum ideſt duobus rectis æquales habere Syllogiſmo complectimur. Quippe ad quod ſenſus aliquis non poſſint attīgere ſed mens & demonſtratio. Demōſtratio aūt citra cognitionē uniuerſalis non conſiſtit. Quom enim omni triāgulo affectio illa inſit duobus rectis pares habere tris angulos: quoniam hoc quod cernitur: eſt triangulus: continuo duobus rectis pares habeat: neceſſe eſt. Proinde ſi deſcriptus in abaco triangulus occulať: partem fateberis neſcire: hoc eſt an hic duobus rectis pares angulos habeat. Quia neſcias utrum uſpiam triangulus ſit: partem non fateberis quia de illo in communi & uniuerſaliter noueris. Quapropter captiones illæ quæ ab autoribus ſuis ſenticoſæ con/fragoſæq; appellantur: pertimeſcendæ aut defugiendæ non ſunt: ſed iis fidenter conferendus pes eſt. Noſtin omnem binarium parem eſſe? Annuente hoc te: at hic (inquiunt) quem intra pugnum condi/mus: nec binarium noſti eſſe nec parem. Eo fieri ut eandem rem ſcire & neſcire dicaris. Sed poſtremū hoc concedi poteſt: neq; abſurdum eſt. Noui uniuerſalem affectionem binarii: an uero uſquā binarius ſit: ignorare poſſum. Non q; id (quod ſcio) ignorem. Sed quod ſciam quidem in uniuerſum: ſed ſigilla tim ignorem. Exempli gratia: ſcio omnem hominem animal eē: ſed eum qui Sardis inambulet: neq; hominem eſſe neq; animal ſcio. Non enim eo modo diluendum ſophiſma eſt: quo multi conantur q negant ſe binarium ſcire parem eſſe: ſed fatentur ſcire omnem quem binarium eſſe intelligāt. Solutio hæc periculoſa controuerſaq; eſt. Nam illa proculdubio nobis ſciuntur quorum approbationem de/monſtrationemque aut habemus aut accæpimus. At accæpimus non cum iſta adiunctione uidelicet eum binarium eſſe parem: quem nos binarium eſſe noueriműs: ſed ſimpliciter abſoluteque. Nam de/monſtrationes de omni binario & de omni triangulo promiſcue ſolent conſtitui. (Et hercules quan/tum mea fert opinio) nihil uetat: quin ea quæ diſcimus: partim ſcire: partim ignorare poſſumus. Item ex his partim prænoſſe: partim quærere & ſcrutari contingat. Eadem ratione ratio Platonis refellitur: quæ poſita eſt in illo libro qui ab eo inſcribitur Memnon. Ibi nititur oſtendere omnem inquiſitionem impoſſibilem uideri. Argumentor q; neceſſe ſit eum: qui inquirit: id inquirere quod neſciat: in quod ſi caſu aliquo inciderit: offenderitue: non animaduertat nec recognoſcat id eſſe: quod quærebat: q; ſi om/nis inquiſitio gratia diſcendi ſuſcipitur: inquirere uero nemo poſſit niſi cognoſcat: alterum duorum re linquitur: aut nos nihil omnino diſcere: aut ea diſcere: quæ antea ſciebamus. Ita enim demum uenire quem in cognitionem rei aliquoius liceret: ſi intelligatur ea res eē: quam quærebat. Quemadmodum & ſeruum fugitiuum: quoius nec formam nec inditia aliqua: quibus habeat cognoſci: detineas nun/quam neque inueſtigare poſſis: neque a fuga retrahere. Quem uero de facie cognoſcas: & inquirere & iuenire facile ſit. Huic rationi uel cauillo potius uidetur Plato manus dediſſe. Nam & fatetur ea nos di ſcere quæ ſciamus: atque hoc quod quis uidetur doceri: nihil aliud eſſe quam recordari & reminiſcen/do cognoſcere. Nos uero differe iſta plurimum dicimus. Nam poſſunt addiſci quæ prorſus ignores. Cognoſcuntur quæ ante cognoueris. Nec quicquam prohibet: quo minus is (qui diſcit) ſciat ea quæ diſcit: ſed alio utique atque alio modo. Vt dictum prius eſt. Sicut nihil obſtat: quin omnis doctrina di/ſciplinaque ex principiis quibuſdam confeſſis & compertis euadat. Quæ ad id quod inconfeſſum in/compertumque eſt: perducant Ac per hæc docuimus an quæri & demoſtrari aliquid poſſit. Nūc quid ſit demonſtratio peſequendum.

Mem nō Pla tonis

Quid ſit ſcire. & quid ſit demonſtratio. CAP. IIII.

VErbum ſcire bifariam dicitur: latius præſſius. Latius quom omnem noticiam: qualiſcunq; ſit: ſiue de ſolis accidentibus rei: ſiue alia ratione quæſita: ſcientiā uocamus. Præſſius quom cauſam illam tenere credimus a qua res ut ſit habet & quæ cauſa eſſe cognoſcitur. Nec puta mus id aliter eſſe poſſe ac ſit. Hæc propria: hæc ſimplex & abſoluta ſcientia eſt. Inditium q; omnes: qui aliquam ſcientiam profitentur: conditiones has aut habere ſe cogitant: aut uero iam habēt. Sunt & alii modi ſcientiæ eius quæ propria eſt. Nam & definitionum notitiæ & ſumptorum: quæ q; prima ſunt: demonſtrari non poſſunt: ſcientiæ appellantur. Nec diſitendum eſt cognitionis hoc genus

contineri ſub ſcientia propria ut ſpecies. Eam uero ſciẽtiam qua de modo agitur demõſtrationem uocamus. Eſt enim demonſtratio ſyllogiſmus ſcientiam pariens. Porro ſi neceſſe eſt in ſyllogiſmo propoſitiones cauſas eſſe concluſionis. Illi uero qui ſcire ſe arbitratur conuenit ut cauſam rei cognoſcat: nimirum utrunq; in propoſitionibus demonſtrationis exigitur: & ut efficaciam habeant concludendæ conficiendæq; rationis: & ut cauſam rei demonſtrandæ contineant. Nam quamuis cauſam concluſionis huius: ignem hic deurere: ſit cinis pridie relictus: non tamen cauſa rei dicendus cinis eſt: quia cinis ignium: cauſa eſſe non poteſt: ſed ignes cineris potius. At in demonſtratione utrunq; requiritur: ut cauſa concluſionis cauſa etiam rei ſit: quæ concludatur. Sed quia cauſa omnis & prior & potior effectu eſt: neceſſe eſt: propoſitiones quoq; & proprias & priores & potiores eſſe concluſione. Et quoniam ſcire cõtingit: quando credimus eſſe aliter non poſſe: q̃ ſit: iccirco ueras haberi propoſitiones oportet. Si enim falſum aliquod contineret: ſequeretur ſcientem opinari eſſe: quæ non eſſent: ueluti ſi ex falſis propoſitionibus induceretur diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ. Sed ſi omnis doctrina & diſciplina prænotione anticipationeq; paritur: neceſſe eſt & in demonſtratione hoc probari. Hac de cauſa oportet notiores eſſe propoſitiones quam concluſionem concedi. Prænoſci uero has neceſſe eſt nõ ſolum uno modo ideſt cognitione: quid indicent nomina: ſed etiam illo: cognitione q̃ ſint. Nam in hoc ſita ueritas eſt. Sed teſtemur breuiter: quæ propoſitionibus demonſtrationis neceſſaria diximus. Ea ſunt hæc. Vt cauſæ ſint. Vt priores. Vt potiores. Vt propriæ. Vt ueræ. Vt notiores. Plane demonſtratio omnis non ſolum ex prioribus ſed etiam ex primis conſtat. Si enim ſumpta demonſtrari per alia ſumpta poſſunt: priora quidem concluſione uidebuntur eſſe: ſed non prima. Si uero aliqua omnino demonſtratione non egent: ſed per ſe probabilia manifeſtaue ſunt: hæc prima & ſumma intelligãtur neceſſe eſt. Quod genus ueteres profata & proloquia & enuntiationes ut ſic dixerim immediatas: & dignitates appellant: in quæ reliqua conferentur: & per quam ſumptiones quæ ſillogiſmum optimatem conſtituũt: approbarentur aſſererenturq; eoq; & principia demonſtrationis uocantur. Quod ſi quæ propoſitiones ita primæ & ita priores habentur: palam eſt eas priores eſſe non nobis: ſed naturæ. Nam nobis priora ſunt ſingularia: & quæ ſub ſenſum cadunt: naturæ uniuerſalia & a ſenſu longiſſime poſita. Nam & quom notiores dicuntur: id referendum ad naturam eſt. Nec enim demonſtratio ad menſuram ſe ingenii noſtri ſumittit: ſed rectam tenet ad ueritatem uiam: nec quid ipſi poſſimus: attendit: ſed in ſolam rei naturam incumbit: illam ueſtigat: illam explorat: etiam ſi nobis ignota inconſpectaq; ſit. Nam ſyllogiſmus ſciendi in eo maxime a reliquis euariat. Quod illi tum uerum ex falſis poſſunt oſtendere: quod apud rhetores frequens eſt: tum priora ex poſterioribus: qualis uidetur ſyllogiſmus: qui ex ſigno coniecturaq; ducitur. Iam cæteri ut concedamus ex ueris: non tamen ex propris formantur. Sed ita ut ſi aliquis medicus uulnera orbicularia difficilius curari & coaleſcere eo comprobet: q̃ figura ea capaciſſima omnium ſit. Nec enim medico propria ea ratio eſt: ſed geometriæ. Et hæc omnia obſeruanda in iis propoſitionibus ſunt: quæ ad demonſtrationem exquiſitam & ſtabilem adhibentur.

Quid ſit propoſitio immediata. CAP. V.

PRopoſitio itaq; ſumma immediataq; dicitur: qua nulla ſuperior eſt: & quam nemo demõſtratione alia confirmare poteſt. Atq; omnes hæ complexu uniuerſalium conſtant. Sunt. n. nonnullæ: quæ ex ſenſilibus nectantur. Nam tunicam eſſe candidam: propoſitio immediata eſt. Sed non eius generis quoius eſſe principia demonſtrationis requirunt: quippe quæ uniuerſalia eſſe neceſſe ſit. Quoius rei cauſam poſt uiderimus. Immediatarum propoſitionũ quæ demonſtrationi aſſeruiunt: aliæ ea natura ſunt: ut neceſſe ſit omnes homines: qui doceri quicq̃ uelint: noticiam & informationem earum impreſſam & ante captam habere ſine doctrina: & hæc ut dixi prologuia & pronuntiata dicuntur. Conſurgunt enim & conualeſcunt notiones: quædam & ſenſus communes in homine: ſuapte natura: citra docentem: ſine quibus nec intelligi quicq̃ nec quæri poſſit. Quamobrem Theophraſtus illas ita finit. Proliquiũ ſiue dignitas perſuaſio quædam ẽ. Quoius duæ ſunt ſpecies. Vna impromiſcua: & ad ea tantum pertinens: quæ certo genere continentur: qualis illa: ſi ab æqualibus æqualia demas. Altera uaga & in omne genus fuſa: qualia ea: in quibus aut etiam aut nõ ponitur alterutrum eſſe uerum oportet. Horum cognitio perinde uti congenita & communis omnibus uidet. Ab hac ratione dignitates uocantur: & merito. Nam quorum uſus aut ſimpliciter in omnibus cõſtat: aut particulatim in iis: quæ unius generis ſunt: digna proculdubio iudicantur: quibus potiſſimum creditur: & quæ inter ea: in quibus poſita ſunt: principem locum obtineant. Atq; hæc una ſpecies immediatæ propoſitionis eſt. Altera poſitio dicitur: quæ q̃q̃ demonſtratione alia ſtabiliri non poſſit: non tamen neceſſario a diſcente præſcitur: ſed accipienda a docẽte eſt. Poſitionis aliud genus definitio ẽ: aliud ſubiectio. Definitio eſt oratio: in qua nec eſſe: nec non eſſe rem dicimus: ſed tantum: quod ſit rei eſſe. Quãuiſq; ſequi poſſit: ut ea res ſit: quoius definitionem afferimus: non tamẽ hoc finiendis rebus principaliter accuramus. Nam: ut ſit res: per accidens eſt. Per ſe uero quidnã res ſit: definitio exprimit. Definitiones porro ſolas ſcire oportet. Prohinc ambigitur utrum definitio aliqua propoſitio uideatur eſſe. Et hercule non uidetur: quom definitio quadrare & reſpondere debeat nomini: quod definiat. Alioquin in eo nobis: Ariſtoteles clara uoce teſtatur. Definitio inquit rem eſſe uel non eſſe non ſumit. Ecõtrario ſi non ſit propoſitio: quamobrem ut ſpecies propoſitionis immediate afferẽt. Sed hoc aliis penſiculandum: & explicandum relinquo. Mihi in tranſcurſu admonuiſſe & locum monſtraſſe ſat ſit. In duas itaq; ſpecies (ut dixi) poſitio ſecatur. In definitionem & ſubiectionem. Commune autem cuiuſq;

Theophraſtus

ſubiectionis eſt primum non contingere hominibus a natura: ſed ab artifice præceptoreq; imprimi. Tum deinde propoſitionem eſſe. Conſtat enim quicquid in ſubiectione collocatur: de eo aut ut ſit: aut ut non ſit: ſemper afferri: quoiuſmodi illæ ſunt. Motum eſſe: ex nihilo nihil fieri. A quocunq; puncto ad alium punctum lineam rectam educi. Ac ſubiectiones quidem potiſſimum appellamus: quæ uel a ſe nobis perſpicuæ ſunt: uel ſimulatq; didicimus: aſſertione etiam noſtra facile comprobantur. Quæ uero non ita perſpicuæ ſunt: hæ poſtulata ſiue petitiones dicuntur. Vt apud geometram: lineas quæ a minoribus angulis extrahuntur conuias fieri. Atque hæc ſimpliciter propriecq; poſtulata & ſubiectiones uocãtur. Sed aliud genus poſtulatorum & ſubiectionum habetur: quæ neq; immediatæ ſunt: neq; demonſtrationis aſtructu indigent: q; ſi quis illas citra explicationem in ſyllogiſmo conſtituat: neq; ſubiectiones neq; poſtulata omnibus & ſimpliciter dicentur: ſed illi uni dũtaxat: qui conſtituerit conceſſeritq;. Demonſtrationes uero non ex talibus: ſed ex prioribus certis & cõfeſſis exiſtit. Quid ſit immediata propoſitio quæ demonſtrationi conueniat: quid poſitio: quid ſubiectio: quod poſtulatum: executi iam ſumus.

Plus credi propoſitionibus q̃ cõcluſioni. CAP. VI.

NVnc uideamus priuilegia ea quæ principiis demonſtrationum tribuimus: recte an perperã ſint tributa. Id fiet commodiſſime: ſi a capite ſingula percenſebuntur. Diximus aſſumptiones in demoſtrationibus notiores concluſione haberi: nec iniuria quando per illas & ſcire & credere concluſionem oportet. Semper enim id quod pluribus tribuitur: ita ut alteri per alterum tribuatur: neceſſe ẽ: ut illi plus competat: per quod alter communicatur. Si igitur cõcluſiones merito propoſitionum & creduntur & cognoſcuntur: profecto neceſſe eſt: ut propoſitiones amplius credantur & cognoſcantur. Qui enim præceptorem ob diſcipulum diligit: nimirum neceſſe ẽ: ipſum magis diſcipulum diligat. Ita propoſitiones illæ neceſſario notiores ſunt: interim omnis ex quibus ſyllogiſmi conficiuntur: interim non omnes: ſed quædam omnino. Sunt porro aliquæ: quibus q; admodum euidentes nõ ſunt: ita demum utimur: quom demonſtrare per alias fuerint. Quod ſi uerum eſt propoſitiones: quam concluſionem plus cognoſci. Duorum alterum dabitur: ut aut illas per demonſtrationem ſciamus: aut ut in iis noſcendis melius & locupletius affecti dicamur: quam quom per demonſtrationem quid ſcimus. Atq; hoc modo circa dignitates & enũtiationes primas afficitur. Non ſolum autem credibiliores oportet propoſitiones quam concluſionem concedi: ſed etiam ut nihil ex iis quæ propoſitiones iis contrariæ continentur: credibilius ſit. Nam ſi nihilo magis propoſitionibus quã contrariis credas: neq; concluſioni utique credideris potius: quam huic contrariæ. Eo credere etiam continget: poſſe aliter eſſe quam ſit confectum. Ita fiet ut complexionis ſcientia inuariabilis eſſe non uideatur.

Nec ſciri demõſtratione omnia nec circulo. CAP. VII.

NOnnulli autem ſunt: qui male utentes iis quæ a nobis recte dicuntur: demonſtrationem de medio funditus tollãt. Ac nos quidem putamus: ſi ulla demonſtratio ſit: ſumpta eius oportere amplius ſciri quam concluſionem. Illis uero hoc non uidetur: ſed arbitrantur nihil ſciri a nobis poſſe: niſi quod per demonſtrationem ſciatur. Non igitur concedent propoſitiones amplius ſciri: niſi fides iis per demõſtrationis lucem acceſſerit. Quod ſi aſſumptiones neceſſe ẽ demonſtrari per alias: atq; has rurſum per alias ſemper: aut in infinitum caſura inquiſitio eſt. Infinita aũt exigi aut abſolui qui poſſunt? Aut ſi defatigatus proceſſu deſiſtas: ſine dubio relinquere ignotas ſaltem illas oportebit: quibus demoſtrãdis præ faſtidio ſuperſeſſurus ſis. Ex ignotis autem principiis qui poſſit quicquam cognoſci? Nam quorum principia ignorantur ipſa quæ de principiis profluunt ſciri non poſſunt: niſi forte per hypoteſim: ideſt ſubietionem adiũctionemq; illorum. Sane poſtremum hoc ueriſſime dicitur: prioribus ignoratis: poſteriora cognoſci non poſſe. Illud perperam ſciri non poſſe: niſi quod per demonſtrationem ſciatur. Nam plurima ſunt quæ & ſciantur nec demonſtrationem capiãt. Profecto idem peccant & qui nihil ſciri & qui omnia ſciri per demonſtrationem defendũt. Sed quem admodum notiſſimum eſt pleraq; huiuſmodi eſſe: ut fidem aliunde & probationem requirant: ita nihilominus conſpicuũ uidetur: complura eſſe quæ ſuopte ingenio cognita exploataq; ſint. Immo magis etiam quam quæ confirmatione alterius addicuntur. Iam principia demonſtrationis demoſtrationes eſſe non poſſunt: ſed propoſitiões ĩdubitabiles immediatæq;: & luce ſua perſpicuæ. His præfecta mens eſt: quæ terminos comprehendit quorum complexu dignitates & præfata concipimus. Melius hoc modo dicitur quam conceditur: ea quæ noſcantur omnia uideri per demonſtrationem quæſita. Alioquin dum infinitam illam progreſſionem declinant: uidentur in circularem & reciprocam demonſtrationem incidere. Hoc autem eſt errorem errore alio operire. Ita quom ea ſumant: quibus nitantur demonſtrationem ſeruari: nihilominus conceſſis his neceſſe eſt demonſtrationem excidi. Nam ſi ex prioribus & notioribus conſtitui demonſtratio debet: impoſſibile autem eſt eiſdem eadem eſſe priora poſterioraq;: fieri nullo modo poteſt: ut quicquam circulo demonſtretur. Nam circularis demonſtratio eſt: in qua id quo demonſtrandis aliis utimur per illa ipſa retro aſtruimus. Ac poteſt quidem accidere ut eadem eiſdem priora poſterioraq; habeantur: non tamen ſimul nec uno reſponſu: ſed diuerſo: ut ſi alia ad nos alia ad naturam referri dicantur. Demonſtratio uero ſemper priora quæ ſecundum naturam ſint priora deſiderat. Quod ſi ex prioribus ſecundum nos demonſtratio aliqua nectitur: ut demõſtratio appellari poſſit: non tamen ſimpliciter: ſed ſecundum nos demonſtratio fuerit Non ſolum autẽ

ratione hac demõſtratio reciproca euertitur. Sed ob deridiculũ quoq; quod ex ea conſequitur. Id tale eſt. A. eſt: ſi. A. eſt. Nam ſi per. A. oſtenditur. B. per. B. uero aſſeritur. C. per. C. rurſum communitur. A. manifeſtum eſt. A. demonſtrari per. A. Aquo enim cœpta eſt: ĩ id reſilire: ac referri uidetur oratio. Hoc autem ambitu nihil ſit demonſtratu & explicatu difficile. Multa alia incommodam iis eueniunt: quæ nos in comentationibus de ſyllogiſmo collegimus. Quare relegãdi illuc ſunt quibus ea noſſe accurati/us: ſtudium eſt. Nos hoc loco repetere non eſt neceſſe: ſed plura fortaſſe quam uſus poſtulabat: extra negotium diximus.

Neceſſarias eẽ propoſitiones in demonſtratione. CAP. VIII.

REdeamus ergo unde ſumus deducti. Dicebamus ſupra ueras eſſe propoſitiones ſcientiæ oportere. Nec ſolum ſimpliciter ueras: ſed etiam quæ aliter eſſe non poſſent. Quod nihil aliud eſt quam propoſitiones neceſſarias facere. Atq; hoc rectiſſima ratione. Quom enim id quoius fides per demonſtrationem accipiẽ: neceſſarium ſit. Neceſſarium autem id dicitur in artificio demonſtrandi: quod aliter eſſe non poteſt: atq; hoc ita etiam non aliunde cognoſcitur niſi ex demonſtratione & ſyllogiſmo ſciẽtiæ. Nimirum neceſſarias oportet haberi propoſitiones: per quas illud efficitur.

Quid ſit dici de omni. CAP. IX.

DEinceps enumerandæ quæſtiones ſunt: quæ ad demonſtrationem pertinent educendaq; ratio eſt: quemadmodum habundare copia propoſitionum earum poſſimus: quæ ad hoc genus quæſtionum accõmodantur. Initium autem a ſermone de propoſitionibus iſtituto ſumatur: ex illis enim ſyllogiſmus cõſurgit. Quoniam itaq; omnis propoſitio ex ſubiecto aliquo & prædicato cõnectitur: ſcire oportet prædicatum in propoſitionibus demonſtrandi: non ut/cunq; ſed per ſe de ſubiecto dici afferriq; oporteret. Sed quid nam ſit hoc: quod per ſe uocamus declarabitur mox. Sed prius eſt ut ſciatur quid ſit prædicare de omni: nam ſine hoc uerbum per ſe explicari probe non poteſt. Prædicare de omni eſt: non quod in aliquo ſit: in aliquo non ſit: aut quod modo ſit modo non ſit. Aliud enim genus hoc ab eo quoius in libris de ſyllogiſmo habita mentio eſt: ibi namque de omni appellabatur quod non ſemper ſed aliquando omnibus ineſſe diceretur. At hic aliter audiendum eſt: quod de omni affirmatur. Exempli gratia: de omni homine animal dicitur: de quo enim uerum eſt hominem dici: de eodem uerum alterum eſt animal: & ſi nunc unum eſt uerum: alterum quoq; uerum eſſe neceſſe eſt: q; autem tale ſit id quod nuncupatur de omni: conſtat argumento eo q; ii qui inductionem afferre & reprehendere hoc genus uolunt ſolẽt alterum probare: aut q; aliquoi uni non inſit: aut q; aliquando non inſit: atq; hoc eſt quod de omni dicitur ſiue de toto.

Quid ſit dici per ſe. CAP. X.

PEr ſe prædicari uidentur ea: quæ quomodo de omni dicantur: in eo quod ſit rei eſſe de ſubiecto dicuntur: ut de homine animal: de Platano arbor: de triangulo linea. Eſt enim triangulus qui directis tribus lineis continetur. Porro nõ omne quod prædicatur de omni: prædicatur etiam per ſe. Nam de omni cygno candidum prædicatur: quia & ſemper & omni cygno candor ineſt: non tamen in eo quod ſit cygno eſſe. Sane modus hic unus eorum eſt: quæ per ſe prædicari dicuntur: quoius uſus in demonſtratione primarius & maximus eſſe ſolet. Secundo modo accidentia illa: in quorum definitionibus collocantur ſubiecta: per ſe ineſſe dicuntur iis ſubiectis: quæ in definitione ſumuntur: declarante quid ſint: proinde ſimitudo per ſe naſo ineſt: quia definitio ſimitudinis naſi cauitas eſt. Ineſt per ſe & rectitudini linea: quia in finitiõe eius linea adhibetur. Nihil enim aliud directio eſt: q̃ menſus is qui ſuper puncta lineæ indecliuis & æquiremus eſt. Ineſt & imparitas numero: quid enim eſt impar niſi numerus in partes inæquales diductus. Inſunt & animo uirtutes quia in finibus earum aut pars aliqua animi aut potentia ſemper adiungitur. Tertia forma eorum quæ per ſe adſunt: pertinet ad accidentia: quæ ita ſubiectis ſuis inſunt: ut nõ aliis prius: quomodo ſuperficiei color. Ea igitur quæ tribus iis modis de aliquo afferuntur: per ſe afferri dicuntur. Eſt & quartus modus uerbi huius per ſe: non in iis: quæ de alio prædicentur: ſed in iis quæ neq; per aliud ſunt: neq; in alio cõtinetur: atque hæc indiuiduæ ſubſtantiæ ſunt: Callias: Socrates: Plato. Sunt & cauſæ quædam per ſe quæ non ex accidẽti: nec forte fortuna ſunt cauſæ: ut ſi inambulãte me fulſerit. Non enim propterea q; inambulabam: fulſit: ſed temere contingit. Item ſi paſtinãdo ĩ theſaurum quis offendat: nõ iccirco paſtinabat: ut theſaurum ĩueniret: ſed ita cecidit. Si uero uigilãte te: Socrates moritur: eueniſſe id caſu nõ dicimus: quia iugulatio illa per ſe cauſa ĩteritus eſt.

Qui modi eoꝝ: quæ per ſe dicũtur: ad demõſtrationem ꝑtineãt. CAP. XI.

ATque hæc poſteriora ſignificata eius quod per ſe appellauimus adiecta ſunt amplificandi exornandiq; gratia. Priora autem duo manifeſtum eſt: ex neceſſariis conſtare. Non enim poſſunt non eſſe: quæ in definitione de nominibus: in eo quod ſit rei eſſe: dicuntur. Nec quæ ita ſubiecta accidentibus ſunt: ut in definitionem eorum addantur. Cæterum ſine ali/

qua ratione intelligi poteſt:neceſſario eſſe ea quæ in definitione nominum collocantur.Illud non nul/lam controuerſiam habet:utrum accidentia quoq; ipſa neceſſario ſint:quæ ſine ſubſtantia ſui ſubiecti definiri non poſſunt. Verum hoc facilius fiet intellectuq; capietur: ſi prius quæſtiones quaſdam quæ huic uidentur attingere ſoluerimus. Nullum igitur tale accidens poteſt ex ſua natura omni aliquoius ſpeciei indiuiduo ineſſe.Nam ſimitas omni naſo non ineſt:neq; omni numero paritas. Ex hoc ſequi/tur:ut dicere bono periculo liceat:non ineſſe neceſſario ſimitudinem naſo:neque numero paritatem atque hoc ueriſſime dicitur:ſiquis accidẽtia hæc ſeorſum accæperit.Quod ſi de accidentibus iis ita ſer mo fiat:ut quibus contraria ſua reſpondeant: paritati imparitas:ſimo re ſimum: & ſingulis ſingula. Tunc alterum contrariorum neceſſario prædicabitur de ſubiecto.Omnis enim numerus par uel im/par eſt:& omnis linea arcuata uel directa.Proinde negatio unius confirmatio alterius eſt.Nam nume rus:qui eſſe non impar dicitur:ſtatim cognoſcitur par.Et naſus qui neque rectus naque re ſcimus ſic: continuo intelligitur ſimus. Sunt enim aliqua quorum cotrarietas pluribus quam duobus conſtet. Atq; hæc ſunt quæ inter ſe exceſſu defectuque differunt.quoniam in his & medietas cernitur.Quam obrem ſi de quaque re aut affirmatio aut negatio uera eſt. Negatio autem talium accidentium: alte/rum ponit in ſubiecto habili determinatoque:manifeſtum eſt alterum illorum neceſſario ineſſe om/nibus:quæ ſubiecti generis natura participant.Quid ſit de omni:quid per ſe:difinitum iam ſit.

Quid ſit uniuerſaliter dici. CAP. XII.

NVnc de uniuerſali agamus. Vniuerſale appello quod de omni & per ſe & quatenus ipſum eſt:dicitur.Quare ſi quid per ſe eſt:non continuo ſequitur ut uniuerſale etiam ſit. Nam ſe/cundus modus eorum quæ dicuntur per ſe:& ſequentes duo:uniuerſaliter eſſe nõ poſſunt. Neque enim propterea q; de omni dicuntur: ſtatim neceſſe eſt ut uniuerſaliter ſint. Nam album de omni cygno affertur:& atrum de omni coruo:non tamen uniuerſaliter: quia neque per ſe. Vtrũque igitur adeſſe neceſſe eſt iis quæ uniuerſaliter prædicãtur:& ut per ſe:& ut quatenus ipſa ſunt: prædicentur.Hæc duo nobis hoc loco audienda ut eadẽ ſunt.Eſt enim alterũ alterius ita conſentaneũ connexumque: ut ſeparari alterum ab utroq; non poſſit.Exempli gratia:ineſt per ſe longitudo lineæ: quia ĩ definitione eius affertur.Ineſt etiam quatenus ipſa eſt.Rectitudo quoque ineſt lineæ tum per ſe: tum quatenus ipſa eſt.Nam ſine linea rectitudo definiri non poteſt.Sed quæro num omnia quæ de/finitionem aliquoius comminuunt:uniuerſaliter prædicentur:ut genera:ut differentiæ:quæ & de om ni & per ſe afferri prædicarique conuenit. An ſi definitionem uniuerſalis reddere accuratiſſimam uolu mus:adiiciendum eſt non modo ut per ſe:& ut de omni dicatur:ſed ut primum adſit:huic:& nulli alii prius. Verbi gratia.Habere duobus rectis pares primo adeſt triangulo.Hæc enim affectio & per ſe tri angulo:ineſt & omni triangulo:quia per eſſentiam primumq; adeſt.Habere igitur duobus rectis æqua les uniuerſale in figura non eſt:quia omni figuræ non adeſt.Nam quadrãtali non adeſt: ſed nec ut uni uerſale ſchalario:adeſt quamuis enim omni ſchalario & omni æquilatero & omni equipedo adſit: nõ tamen iis adeſt ut primis: quia prius adeſt in commune triangulo.Illud ergo quod omni & primum ineſt ineſſe uniuerſaliter dicitur:& demonſtratio ex hoc genere affectionum: ſiue uniuerſalium con/ſtat:quamuis ad ea quoque uſum ſui demonſtratio porrigat:quæ ſub uniuerſali habentur. Nam qui triangulum continere duos rectos oſtendit:æquipedum quoque continere duos rectos obiter demon ſtrat.Geometra tamen explicationem ſuam nõ ad æquipedum: ſed ad triangulum generatim accom modat.Nec deterreri hoc exemplo quemquam uelim:quom uniuerſale ſubiecto æquipollere:& cum eo reciprocare conueniat.Scire licet genera quamquam in plura ſe quaſi fundunt hiantque:tamen dif ferentiis proximis ineſſe uniuerſaliter:mox & differentias ſpeciebus:alioquin ſiquis hoc negauerit:co/getur fateri demonſtrationem ad ſolas pertinere definitiones.

Quemadmodum circa uniuerſale in demonſtrando error contingat. CAP. XIII.

HAud quaquam autem ignorandum eſt circa uniuerſale frequenter errari. Fit enim ſæpe numero. Interim ut qui demonſtrent demonſtrare non credant: interim contra:ut qui non demonſtrent demonſtrare ſe putent. Tres adeo cauſæ allucinationis huius noſcun/tur. Prima eſt quom id de quo aliquid demonſtramus ſingulare & indiuiduum eſt: ut Sol: Luna: Mundus. Nam quom nihil ſit iis ſuperius aut commune: ſed mera indiuidua ſint: tan/tum unus eſt Sol:& Luna una:& una Tellus:& Cœlum unum. Quotiens de iis demonſtrationẽ ali/quam nectimus:ut de terra q; in meditullio orbis ſit locata:aut de cœlo q; circumagatur:tum id quod uniuerſale eſt demonſtraſſe nõ uidemur.An eſt qui neſciat de iis:ut ſingularia & particularia ſunt:de/monſtrationem componi non poſſe. Non enim de Sole ut unus eſt demonſtramus: deliquium eius:Lunæ interuentu contingere. Sed ita ut etiam ſi multi ſoles eſſent idem probaſſe demonſtraſ/ſeque uideremur. Verbi cauſa:ſi ex omni triangulo ſolus æquipes haberetur quem duobus rectis æquales angulos continere demonſtraremus: nihil ad rme faceret:æquipes eſſet nec ne: ſed attine/

ret eum esse triangulum: etiam si æquipedem solum extare subiectum sit. Ita quom solem proba-/ mus maiorem terra:non in eo q̃ unus est:sed in eo q̃ sol probamus: eoque necesse est demonstratio-/ nem non ad hunc solem referri:sed ad omnem solem si plures illucescerent mundo. Quare quom de singularibus ratiocinatiões aliquæ astringuntur admonendi sumus: non de singularibus: sed de uni-/ uersali:quod mente concipitur astrictum & demonstratum intelligi. Altera decipuli causa est: quom species multæ differentesque ratione una conueniunt. Sed illud in quo conueniunt innominatum est. Differunt discriminibns speciei numerus: magnitudo: tempus. Sed in illo conueniunt: q̃ sicut quattuor compariles numeri commutatis uicibus eisdem proportionibus respondent: ita magnitu-/ dines quattuor & tempora quattuor. Porro de singulis demonstratio seorsum fieri solet:quia res commune nomen non habet: neque natura aliqua superior est numero magnitudini tempori:de qua possit illa uniuersalis affectio demonstrari. Ac est quidem generaliter uerum:ut quæcunque ita com-/ parilia sunt: commutato ordine eisdem proportionibus congruant. Quia uero nomen aliquod eius rei commune & certum afferre non est: soluitur demonstratio una in multas:atque ita de singulis de-/ monstratum uniuersaliter uidetur:quod tamẽ secus est quia nec numerus uti numerus est:neque ma-/ gnitudo quia magnitudo:neque tempus in eo q̃ tempus in demonstrationes illas sufficiunt. Pari pa-/ cto falli contingeret:si seperatim de scalario probaretur duos enim rectos habere:seperatim de æqui-/ pede: seperatim de æquilatero. Nunc q̃ in iis nominatum commune habetur:ut triangulus falli non facile est: in quibus uero non habetur facile. Tertia erroris causa est: quom is qui aliquid inesse omni demonstrat: credit se id inesse uniuersaliter demonstrasse. Verbi gratia. Probet Geometra si linea recta quæ super duas lineas rectas ceciderit:rectum utrinque secus angulum faciat: duas illas lineas rectas nunquam coniunctim iri. Hoc omnibus lineis conuenit quæ rectos angulos faciunt. Non tamen per hoc primum æque distantes sunt. Nam si non utrunque facerent rectum: sed duo: qui simul iuncti æquales duobus rectis essent: nihilominus æque distantes probantur. Illa ergo demõ-/ stratio: quæ confirmat duas rectas non coniunctum iri: primum & uniuersaliter concepta est. Illa uero quæ utrunque angulum committi rectum demonstrat: non uniuersaliter sed de omni dumta xat concludit. Sed quoniam discerniculo intelligitur de omni: an uniuersaliter constituta demon-/ stratio sit. Sed constat: si idem esset triangulo esset & scaleno:quemadmodum uestimento & tu-/ nicæ: is qui scalenum habere duos rectos ostenderet: uniuersalem affectionem nouisset. Quam / uis enim scalendo duos rectos contineat qua triangulus est: tamen ex subiectione idem esse trian-/ gulum & scalenum conceditur. Quod si non idem: sed alterum est:nec qua scalenus: sed qua tri-/ angulus affectionis eius particeps est: profecto ii qui demonstrationem eam de scaleno qua scale-/ nus est conditam arbitrantur: ignorant affectionem illam uniuersalem esse. Sed quæro: qua ratio-/ ne scrutari possimus duos rectos: ut scalenus: an ut triangulis habeat. Hoc enim solum nobis reli-/ quum est: ad mentionem præsentem. Igitur affectio uniuersalis per illud adest habeturque: quo adempto: quia primum inter illa est: quæ insunt ipsi: continuo & prædicatum adimitur. Verbi gra tia. Huic triangulo insunt omnia hæc. Esse æneum. Esse scalenum. Esse triãgulum. Esse figuram. Finibus claudi. Quæritur per quod ex his: quæ modo numerauimus: affectio hæc: duos rectos habere prædicetur: de triangulo. Tolle æneum. Num propterea duos rectos demeris: nequãquam. Tolle scalenum. Adhuc duo recti superstites sunt. Tolle triangulum. Iam hic oportet prædicatum tollatur. Nec enim præterea duos rectos habere aliquis triangulus possit: si triangulus esse desierit. Sed dicet quispiam: ratione illa effici: ut affectio hæc:ad figuram: ad superficiem ad extremitates:per-/ tineat. Nam si aut figura: aut superficies: aut extremitates tollantur: nonne duos rectos sublatum iri necesse est. Ego uero confiteor abiuncta figura: superficie: terminis:abituram affectionem illam commorituramque: sed non quia figura superficies termini: sed quia triangulus:abiunctis his: ne-/ cessario tollitur. Si enim sine figura:terminis:superficie:incolumis esse triangulus posset:utique sub-/ latis etiam is duos rectos haberi contingeret. Sed hoc impossibile est. Tu uero id ita contemplare. Manentibus: figura: planitie: clausulis: triangulum deme. Statim duo recti demuntur. Ergo ha-/ bere tris: huic primo & uniuersaliter dicendum est inesse: nam aliis cæterorum abolitis non abo-/ letur qualia sunt:æneum esse: scalenum esse. Aliis manentibus non manet: qualia sunt: figura: pla-/ nities: termini. Potest enim figura duos rectos non habere: qualis est quadrangula: & multangu-/ la. Triangulo certe seruato seruatur:perempto perimitur. Quamobrem recte dictum uidetur uni-/ uersalem affectionem per illud constare: quo primum abiuncto prædicatum abiungitur. Abiũgi-/ tur & abiuncta figura: superficie:terminis:sed non primis.

In demonstrationem necessaria ingredi. CAP. XIIII.

His ita cognitis palam est ex uniuersalibus: & ex iis quæ per se adsint: demonstrationem exi-/ stere. Nam si noticia per demonstrationem quæsita ex principiis necessariis & quæ aliter eẽ non possint consurgit. Sola autem ea necessaria sunt:de quibus dicuntur:Quæ per se in iis & uniuersaliter continentur: manifestum est demonstrationem ex illis constitutam uideri. Hanc ra-/ tionem aliqui cauillantur & comparant huic. Si animalium corpora ex siccis & humidis constant

cibus & potus ſiccum & humidum eſt:ergo ex cibo & potu corpora animalium conſtãt.Sed uir ſapiẽ/
tiſſime non probaſti:ſola hæc eſſe humida ſiccaque.Ariſtoteles uero ſola ea eẽ neceſſãria primum oſtẽ/
dit. Quamuiſque nonnulla accidentia ſint: quæ ineſſe ſubſtantiis ſuis neceſſario uideantur:ut albe/
do niui :quia tamen natura horum eiuſmodi eſt: ut aliquibus ſubiectis non inſint neceſſario: effi/
citur ut neceſſaria ſimpliciter credi non debeant. Quemadmodum ſimpliciter illa neceſſaria ſunt:
quæ & per ſe & uniuerſaliter prædicantur. Porro ex iis quæ uera tantum ſint conſtituere ſyllo/
giſmum poſſumus. Sed qui tamen demonſtratio non dicatur. Exempli gratia. Callias inambulat
qui inambulat mouetur. Mouetur igitur callias. Demonſtrare non poſſumus niſi ad demonſtra/
tionem neceſſaria principia conferantur. Quam uero omnis demonſtratio ex neceſſariis ſit:argu/
mento eſt: q̃ cum demonſtrationem euertimus infirmatione illa uti ſolemus:q̃ ea quæ ſumun/
tur neceſſaria non uidentur. Vnde ridendi ſunt qui propoſitiones: quæ demonſtrationi præſerui/
unt: poſſe accipi de ueriſimilibus & credibilibus arbitrantur: quod Protagoras contendit:qui pro/
poſitiones in demonſtrationem probabiles & ueriſimiles tantum addebat:quas qui nouiſſet ſcien/
tiam conſecutum putabat. Qui uero ſcientiam conſecutus eſſet proculdubio ſcire quid eſſet ſcien/
tia. Sed ſi demonſtratio non ſolum ueris ſumptis contenta eſt: ſed proprias cauſas & alias conditio/
nes: quas retro aſſeruimus: requirit: facile datur intelligi: demonſtrationem ex probabilibus non
coaleſcere. Nunc q̃ uerum ſit omnem demonſtrationem ex neceſſariis conſtare: probabimus. Pri/
mum nemo ſcierit quamobrem neceſſaria concluſio ſit:niſi propoſitiones neceſſarias cognoſcat.Nam
concluſionem ſeorſum facile eſt neceſſariam intelligere:undenam autem neceſſaria ſit ſciri non po/
teſt:ſi propoſitiones neceſſarias eſſe non conſtet. Animal in homine neceſſario continetur:ſed ſiquis
in homine propterea contineri animal credat: quia deambulet: rem quidem neceſſariam cognoſcit:
hoc eſt in homine contineri animal: ſed rationem quod animal in homine contineatur ignorat.Præ/
terea tale medium:ſalua concluſione poteſt extingui: quando autem medium concluſionis extingui/
tur:tollitur cauſa propter quam neceſſaria concluſio uidebatur. At nonne mirabile eſt? re incolumi:
ſaluo qui ſciat: ratione quæ non exciderit: manente: nihilominus ignoratum id uideri.Sane conclu/
ſionem demonſtrationis neceſſariam eſſe conſenſum fere omnium meruit: ſed ſunt qui putent fie/
ri poſſe ut concluſio neceſſaria per medium ſequioris generis confirmetur. Ac poteſt quidem ex iis
quorum uſus nihil conceditur neceſſaria concluſio effici: & ex non ueris uera: nam licet ex neceſſari/
is:non niſi neceſſarium ſequatur:non tamen commeat ut neceſſarium ex non neceſſariis euenire poſ/
ſit.Non enim quemadmodum contingens ex contingentibus: ita æternum ex æternis ſemper conclu
ditur.Pluribus de hoc alio opere in mentione de ſyllogiſmo egimus.Verum qui ita ſentiunt ignorant
utrunque in concluſione demonſtrationis requiri:& q̃ ſeorſum neceſſaria ſit:& q̃ per demonſtratio/
nem id habeat. Habere autem id per demonſtrationem nihil aliud eſt q̃ per medium tale aſtringi
quo ſublato neceſſarium ſit concluſionem nec perfecte nec abſolute cognoſci: ſiue de cauſa ſiue de ef/
fectu agatur.Quamobrem ſi medium:per quod demonſtras:neceſſarium putabis:nec tamen neceſſa
rium ſit: perſuaſionem quidem ſcientiæ habebis:ſed ſcientiam non habebis:q̃ ſi uim medii huius in/
firmam proindeq̃ non neceſſariam noueris:tunc nec ſcientiam: nec ſcientiæ perſuaſionem habueris.
Quæ autem differentia ſit inter demonſtrationem: quæ ab effectis & quæa cauſis ducitur: quarum
priorem quia expoſitionem continet rei: q̃ eſt ſub hoc uerbo ut ſit:alteram q̃ cauſam quod ita ſit de/
clarat ſub hoc nomine quamobrem:audire philoſophis in more eſt:ſatis hoc loco erit exemplo mon/
ſtraſſe. Quando probamus quintum corpus eſſe quod orbiculari motu conuertitur: ipſum: ut ſit:
addicimus. Quando lunam deficere interpoſitu obiectuque terræ oſtendimus: ipſum quamob/
remexplicamus:Horum utrunq̃ ſiquis per media non neceſſaria comprobet:per demonſtrationem
ſcire non poterit.

Quæ ſunt per accidens demonſtrationis rationem non ingredi. CAP. XV.

IGitur accidentium eorum: quæ per ſe non adſunt quemadmodum definiuimus :uerbum
per ſe:ſcientia per demonſtrationem cõciliari non poteſt.Non enim hic concluſionem ne/
ceſſariam nectere eſt. Nam accidens de quo modo loquimur contingere poteſt uti non
ſit. Sed quæro quos tales proportiones quæ de contingentibus conſtant:interrogare per/
cunctarique ſoleamus: ſi concluſio neceſſaria ſequi non poteſt.An quamuis de propoſitionibus con/
tingentibus concluſio ſeorſum & a ſe neceſſaria non euadat:tamen neceſſario ſequitur quatenus pro/
poſitiones illas admittimus.Verum ad demonſtrationem artificium interrogandi: non pertinet:quia
ſyllogiſmum ſcientiæ ab eo: q̃ propoſita concedantur aut negentur: pendere non conuenit:ſed ex
ipſa plane rerum natura.Spectare autem illa ſolum oportet:quæ quoiq̃ generi per ſe inſunt:de quibus
demonſtrationes ducantur:utpote quæ ſola ſyllogiſmũ ſcientiæ pariant. Cætera accidentiũ neceſſaria
non ſunt:non ſolum ea quæ adiungi & ſeparari contingat:ſed aliqua etiam quæ ſemper innexa adiun/
ctaque habeantur:ut quæcunq̃ non inſunt perſe.Nam ſyllogiſmi qui proficiſcũtur a ſigno fere media
ſumũt:quæ firma & perpetua ſint.Nã & lacteſcere ſemper ineſt mulieri quæ peperit:& ignibus fuma
re.Sed mædia hæc accõmodata demõſtrationi non ſunt: quia ĩ hoc genere priora ex cõſequẽtibus cõ/

cluduntur. Dictum est pluribus fortasse quam res poscebat. Propositiones demonstrationis corrogari necessarias oportere. Nunc illas & peculiares & proprias requiri docebimus.

Demonstrationem ex propriis non ex extrariis constare. CAP. XVI.

SI necesse est medium summo: & primum medio inesse per se: manifestum est demõstrationes de genere uno ī aliud migrare: aut cõferri nõ posse. Verbi gra: ut Geometricæ Arithmeticis congruant. Illa enim quæ aliquoi per se insunt: ex eodem genere & natura censentur: qa de substantia rei prodeunt. Quod ut facilius capiatur paulo altius perẽdũ nobis est. Quom tria in demõstrationibus uisantur. Vnũ id quod: aut adesse aut non adesse ostenditur: atq; hoc prædicatum illud est: quod in conclusionem confertur. Alterum ipsa proloquia e quibus demonstratio cõmunitur. Atq; hæc complexu eorum: quæ per se sunt: conflantur. Tertium est genus subiectum: & natura ea de qua affectiones: & quæ per se insunt: monstrantur: ut magnitudo ut numerus. His subiectis: uideamus quando & quemadmodum de genere in genus transitum facere demonstrantibus liceat. Palã est quom genera omnino abiuncta discrepantiaq; habentur: qualia ĩterse sunt ea: circa quæ Arithmetici & Geometræ uersantur: tum de genere in genus demonstrationes referri non'posse. Hoc tale ẽ. Fieri nequit ut Arithmeticæ probationes accidentibus magnitudinum conueniant accõmodenturue. Ac cõmodare accipimus pro eo q; est uti iis: quæ in alia scientia demonstrantur. Quando uero genera illa quasi communicant: & natura quæ subiectæ scientiis sunt societate aliqua continentur: tunc alteri alterius præsidio uti conceditur: & pronuntiata alterius ad commodum suum transferre. Hoc fœdere perspectiua cum Geometrica coniungitur. Confinia enim & cognata utriq; genera sunt. Immo ut uerius loquar alterum sub altero continetur. Nam lineas rectas esse: & angulos rectos: & lineas æque distantes & lineas concurrere: & omnia quorum usus perspectiuo est: Geometria demonstrat. Ab hac igitur perspectiui principia sua præcario possident. Idem ordo inter Musicem & Arithmeticem cernitur. Nã duplio: sexquitertium sexquiplum: unde ortum habent: mox a numeris ad melica & mẽsus canoris trãsla ta. Sed & medicina sæpissime probationes a natura desumit. Quoniam corpus humanum circa qđ negotium arti ei est: sub corpore naturali compræhenditur. Sed uel inde adstrui euidẽter potest: quod dicimus. Geometra de nullo genere geometrica ratione monstrauerit: qđ a lineis & superficiebus sit abiunctum: ut de hoc. Contrariorũ eandem rationem haberi: aut de illo. Contrariorum contraria esse cõsequentia: ĩmo ne de iis quoq; quæ tametsi a lineis separata non sunt: non tamen per se insunt: neq; ī eo q; lineæ superficiesue: sed extranea ratione: & quæ ab earum subsãtia longe absit. Exempli causa: utrũ pulcherrima linearum sit recta. Vel utri magis orbiculari opponatur an arcuatæ. Non enim de pulchritudine iis: neq; de oppositione contrariorum: qua Geometræ sunt: agitur. Præterq; promiscua hæc uidentur & in pluribus generibus reperta.

Demonstrationem non constare communibus. CAP. XVII.

IOcos igitur omnes uagos perinde usitatissimosq; a demonstratione reiicimus: quales ī tractatibus Dialecticis executi sumus: ut qui a contrariis a consequentibus: a similibus a coniugatis uocatur. Iactati hi sunt & translaticii. Nihil ut proprium & aliis generibus non conueniens præferant. Sed quæstio est: si proprias esse oportet propositiones: quibus demonstratio sarcitur: quamobrem dictum est proloquia & dignitates: quæ communibus uerbis sunt cõcæptæ: in demõstrationem uenire? Vt illa si ab æqualibus æqualia demeris. Item illa: de q̃q; re aut affirmatio aut negatio uera est. Soluitur. Sunt hæc quidem communia: sed quom utuntur iis: qui demonstrant: non ut communibus si pro qualitate & natura subiecta cum adiunctione & præscriptione quadã utuntur. Quamobrem Geometra postulatum illud. Si ab æqualibus: non simpliciter tractat: sed cum astrictione: si ab æqualibus magnitudinibus demas. Et Arithmetica. Si ab æqualibus numerus. Enuntiatũ quoq; illud disparatorum omnibus artibus præseruit: sed cum adiectione accommodationeq; generis eius circa quod uersantur. Verbi gratia: numerus omnis aut est aut non est. Non ergo satis in demõstratione ẽ: propositiones ueras conferri: neq; item immediatas: aut quæ præ sua claritate probari aliunde non possint: sed præter omnia hæc: necesse est proprias & generibus aliis ĩpromiscuas corrogari. Quapropter quadraturam brysonis demonstrationem Geometricam nemo appellet: q; is pnunciato utitur quidem uero: sed cõmuni. Est ea huiusmodi. Illa ĩterse paria sunt quæ eisdem maiora minoraque habentur. Hoc præfatum non modo in magnitudinibus sed etiam in numero tempora & compluribus aliis uerum est. Sed quidnam illud est? quo assumpto uisum brysoni est: quadrari circulum posse. Sane q̃q; hoc persequi in loco non est: prælibandum tamen tantisper uidetur: contemplatione eorum q̃ auidiusculi sint noscendi. Omnis inquit circulus maior est omnibus figuris multangulis: quæ intra circulum designentur: & minor oĩbus quæ deforis circũscribantur. Figura porro multãgula: quæ ĩter exteriores & interiores figuras magnitudine media sit: sine dubio maior iis erit: qua intrinsecus condũtur: & mĩor iis quæ extrinsecus ambiunt. Eisdem igitur maior & mĩor circulus uidet': quibus & media hæc figura. Ita ex illo proloquio uicitur: ut figura multãgula cum circulo: pari magnitudine sit. Sed ut proloquium hoc uerum sit: & si ita uis: etiam immediatum & euidentius: q̃ ut sit uendicandum: syllogismus: certe totus iacet: quia principio nititur uago cõmuniq; nihil rei quam docebat priuatim addicto. Quoniam id neq; ut ad circulum neq; ut ad magnitudinem proprium sumit. Eodem modo fallũtur qui ex accidentibus demonstrant. Propterea q; assumptiones afferunt: a genere subiecto longe remotas. At qui non accidentariam sed stabilem scientiam optinet: illam ex principiis rei: & ex iis quæ

per ſe inſunt conſecuti uidentur. In hac neceſſe ē ut medius terminus & propoſitio ea quæ ſyllogiſmū intemperat: aut ex eodem penitus genere habeatur: aut ex aliquo huic cognato uicinoq; non longe peti to aut quæſito: quoius exemplum ſuperius nobis expoſitum eſt: quom diximus proportiones ad inter ualla & conſonantias uocum a numeris perfectas: eoq; duas illas artes proximitate quadam finitimas exiſtere. Nam muſice iccirco propoſitionibus arithmeticis uti poteſt: quia ſcientiæ omnes quæ conſti tutæ ſub alia ſunt: ipſum (ut ſit) cōmonſtrant: ut Muſica: diateſſaron conſonantem menſum eſſe: quod genus in muſice tantum penſat: quantum epitritus i numeris & perſpectiua. Lineas æque diſtantes: ſi procul ſint deſitæ: coniunctas uideri. Sed ipſum q̄obrem. i. quot ita ſit a ſuperioribus ſciētiis mutuant. Nam collatio ſexquitertia: ratio eſt ut diateſſaron conſtantia ſit: & minores anguli faciūt: ut lineæ æq̄li ter diſtātes: ſi eminus ſpectentur uideant coire. Differūt aūt demōſtratiōes hæ ab iis: q̄ uno tātum gene re continentur: in eoq; in his termini tres conſpirant: & quaſi populares gentileſq; inuicem ſunt. In illis diſſenſiūcula quædam habetur: quia concluſio inferiori ſcientiæ eſt: medium ſuperioris. Nā forma ſex quipla per ſe in numeris perhibetur: & cauſa eſt q̄obrē diapente in melicis interuallum cōſonans ſit.

Demonſtrationis concluſionem eſſe perpetuā. CAP. XVIII.

ILlud etiam perſpicuo liquet: ſi propoſitiones ex quibus conſtituitur ſyllogiſmus uniuerſali ter ſumantur: concluſionem eiuſdem demonſtrationis perpetuam euenire. Nam propoſi tiones neceſſariæ ſempiternæq; ſunt. Ex neceſſariis aute & ſempiternis neceſſaria & ſempi terna ueritas orit. Sed hic ſpectādum eſt. Cōcluſio primū dici uniuerſalis poſſit: nec ne: ubi propoſitiones priores uniuerſales eē noſcūtur. Ac uidet quidē id concluſioni adeſſe primū nō poſſe: qđ prius aſſumptionibus cōuenit. Reſpōſio ē prima: q; nō ſemp neceſſe ē propoſitiōes haberi uniuerſales unde ſupra dictum Ariſtoteli eſt: nō abſolute uniuerſales ſumi: ſed ſi uniuerſaliter ſumantur quaſi eſſe aliquæ poſſint: quæ uniuerſaliter nō ſumantur. Altera reſpōſio eſt ut dicamus: nihil uetare quo minus in cōcluſione primū ſit. Nō id qđ ſimpliciter uniuerſale eſt: ſed id qđ primū inter ea uniuerſale eſt: quæ demōſtrari poſſint. Atq; hæc ſolutio ea eſt: quā Alexāder priore īprobata cōmunit. Cōmodius enī dici ita q̄ putari Ariſtotelem differentiā tā ſubtilem deſignauiſſe: ut uerbū: uniuerſaliter: cōcluſioni: uerbū p ſe: propoſitionibus cooptaret. Sed hoc nuſq; apte ab eo proditum legitur. Alioqn nec poſſibile uidetur. Quomodo. n. uniuerſale primū in concluſione fuerit: ſi ex uniuerſalibus demōſtrata res ſit. Nam palā eſt: qđ prædicatur primū medio ineſſe: p̄dicatum porro id eſt quod primū demonſtrari poteſt: ita cō cluſionem uniuerſalem euadere. Ac forte hæc de concluſione ea probabiliter dicerent: quæ de propoſi tionibus īmediatis prima deducit. De ſequentibus utiq; aut iis quæ ex probatis & demōſtratis probā tur: nō uideo qui poſſint intelligi. In illis. n. q̄uæ prima demōſtrari poſſunt: nō uiſunt. Quāobrem aut demōſtrationes generis huius reiiciēdæ circūſcribēdæq; ab iis ſunt: q neceſſariū arbitrātur: ut uniuerſa le in concluſionibus primū ſpectetur. Aut fatendū eſt quēadmodū per ſe ita & uniuerſaliter cōcipi ppo ſitiones ēt primorū: & quæ demōſtrari nō habeant: & ad quas propoſitio oīs reducit ac refert. Nā eui dentia demōſtrationis: & firmitas ī propoſitionibus primis & cōcluſiōibus: quæ ex talibus ppoſitioni bus conficiātur: poſita eſt. Vnde ſyllogiſmus neceſſarius conſiſtit. Hoc Ariſtoteles docet quom inquit: ſi propoſitiones uniuerſaliter ſumantur ceu neceſſe non ſit omnino uniuerſales ſumi: ſequitur conclu ſionem haberi perpetuam oportere. Aut ergo ita dicendum eſt aut conſtituendum utrunque uniuer ſaliter accipi: & id quod in conclusionem demonſtrationis adiungitur: & id per quod demonſtratio ne ceſſaria concluſione aſtringitur. Verbi gratia: in triangulo: & id quod eſt duos rectos habere: quod qui dem in concluſionem demonſtrationis refertur: & id quod eſt exteriorem angulum parem duobus iis eſſe qui reſpondent intrinſecus: per quod duos rectos in triangulo contineri addicitur. Atque in hæc utilitatis cauſa nobis hactenus ſeccedendum fuit. Quod uero dicitur (inquit Ariſtoteles) demonſtra tionem ex uniuerſalibus & perennibus conſtare ideo non ualet ut ideas inferri neceſſe ſit. Nā qui ideas comminiſcuntur: non contendunt uniuerſales eas eſſe: neque tanquam uniuerſalia quædam in ſingu laribus poſitas. Sed ſingulas ad numerum conſtituunt & a particularibus ſeorſum abiūgunt. Ita tamē ut particularia per illas eſſe intelligantur: Quom itaq; uniuerſalia de ſingularibus ſinonyme afferātur: ideſt conſortio appellationis & rei. Ideas omonyme ideſt ſocietate nominis ſola particupari a ſingulari bus conſtet. Certe nullus earum uſus demonſtrandis rebus comparet: uniuerſalium comparet: ut ſine quo medium teneri non poſſit.

Demonſtrationem non eſſe caducorum. CAP. XIX.

EX iis & illud dilucet: ſi concluſio demonſtrationis perpetua eſſe debet: nullā demonſtratio nem caducarum & diſſipabilium rerum ſimpliciter futuram: proīdeq; nec ſcientiā. Sed ſo lum rōne una ſi mētio earum concæpta uniuerſaliter ſit. Quæ. n. confirmatio eſſe cōcluſio nis pōt: quoius ſubiectū diſſolubile ſubciſiuūq; habeatur: & quoi prædicatum: neq; ſemper neq; ſimpliciter: ſed mō inſit: mō nō inſit. Verbi gratia ineſt Socrati ut aīal ſit: ſed nūc: nec quia Socrates eſt: ſed qa hō. Plane quoq; cōcluſio cōmutabilis & corruptibilis eſt: in iis propoſitiōes nec uniuerſales omnes habentur: neq; per ſe. Sed neceſſe eſt ſaltem alteram corruptibilem nec uniuerſalem afferri. Quēadmodū aute caducorum demonſtratio necti non poteſt: ita nec definitio. Nam definitio uel de monſtrationis initiū eſt: uel demōſtratio ē ſolo ſitu differēs: uel demonſtrationis cōcluſio. Initium de monſtrationis eſt: quādo uel pro immediata propoſitione: uel ptermino ī propoſitiōe deſumitur: ſitu ſolo a demōſtratiōe differt. Quotiēs talis definitio ē: quæ cām rei quod ita ſit cōtineat: ut illa. Deliquiū

ſolis eſt occultatio luminis eius ob lunam ei oppoſitam atq; ſubiectam. Definitio hæc ordine paulum mutato in demõſtrationem cõmeat. Hoc modo. Luna ſubiicitur atq; opponitur ſoli. Id quod ſubiicit atq; opponitur: occultat. Luna igitur ſubiecta atq; oppoſita ſolem occultat. Concluſio autem demõſtrationis definitio ea eſt: quæ cauſam materialem attingit. Sed de ratione definitionum ſequentibus diligentiore uſu docebimus. Nunc illud uidendum quemadmodũ earum rerum quæ non ſemp: ſed ꝑpenſius eueniunt: ſcia & demonſtratio poſſit conſtitui: ut defectuum lunæ quod ii nõ ſemper ſed ſtatis temporibus accidant. Sed facilis & abſoluta defenſio eſt earũ reꝝ quæ certis interuallis redire ĩ ſuos orbes uidentur: forma tantum communis in demonſtrationem uenit: Nec. n. de uno aliquo defectu hoc uel illo: qui hac uel illa hora compareat: demonſtratio accipitur: ſed de omni quem ex talibus cauſis ꝑuenire neceſſariũ & ꝑpetuũ ẽ. Ita in iis uniuerſale nõ particulare mõſtrat. Niſi ꝑpea particulare mõſtrari dicamus qa ſub uniuerſali poſitũ cõſtitutumq; ſit. Quẽadmodũ de caducis retro cõceſſimus. Hactenus dictũ uolumus: quopacto duas illas notas: ꝑ ſe: & uniuerſaliter: audire ĩ demõſtratiõe oporteat.

Quid ſit principium commune quid proprium. CAP. XX.

NVnc initium aliud ſumamus. Si omnis demonſtratio ex prioribus exiſtit. Certe ad nullam ſcientiam pertinet: pricipia ſua oſtẽdere. Nec. n. præterea dicerẽtur eſſe pricipia: ſi per aliqua priora ſe cõfirmari explicariq; poſſent. Nã ſi hæc quoq; comprobare neceſſe eẽt: rationẽ hãc in ĩfinitum extrahere oporteret. Si uero non eſſet neceſſe: ſed tãq; notiſſima ſubiacerent: nimirum hæc principia ſtatuerentur. Porro qui hæc mouit: & ex his demonſtrat ſcientior eo ẽ: qui poſteriores propoſitiones nouit: & poſterioribus principiis demõſtrat. Sed quæro ſit hoc ĩexorabile: ut pricipia Geometriæ: Arithmeticæ. Muſicæ: cæteraq; artiũ demõſtrari non poſſint? An poſſint quidẽ illa ſed non in ea ſcientia cuius ſunt pricipia: & quæ iis ut principiis utitur: nam ſi ita ſit: tunc ſciẽtiæ alia pricipia ſuis principiis facerent. Sed ratio hæc primæ philoſophiæ cõmiſſa mandataq; eſt. Quoius ambitu omnes doctrinæ cinguntur. Ita. n. demũ obire ſciẽtias omnes põt: ſi amplexa omnes ſit. Quẽadmodum Geometria perſpectiuam: alioquin impoſſibile arbitror: q̃doquidẽ neceſſe eſt demonſtrationem aut ex propriis: aut ex cognatis & finitimis confici. Atq; hæc illa eſt prædicatione oĩum cõcelebrata. Sapientia quã ſimpliciter & maxime ſcientiã appellare oportet: una hæc cauſas rerum nõ omnes ſed pricipes & optimates attingit. Pricipes & optimates cauſas nuncupamus: quarum nulla ſuperior cauſa ſit. Prohinc difficile agnitu eſt teneamus rem ſciẽtia nec ne: quoniam intelligere arduum eſt: utrum ex ꝑpriis quicq; pricipiis: an cõmunibus ſit confectum: hoc enim uero ſcire. Hæc nũq ſuos numeros habet ſcientiæ niſi per hæc quæſita. Si enim ſatiſfactum deſyderio quis credat: q; aſſumptiones ueras mõ cõpererit: in maximo errore uerſatur. Sed ut ſæpius teſtati ſumus: adhibere principia oportet: tum cognatiſſima iis quæ demonſtrantur: tum eiuſmodi: quæ per ſe in iis adeſſe & contineri dicantur. Equidem ſua quoiuſq; generis principia appello: quæ ut ſint neceſſe eſt conſtituere: ſi habenda demonſtratio eſt. Ipſum uero ut ſit in principiis oportet prænoſſe. In iis: quæ a principiis fluunt: probare.

Quot modis principia prænoſcantur. CAP. XXI.

SEd diuidendum a capite eſt ad hunc modum. Quom tria ſint momẽta quibus abſoluitur omnis ſcientia. Genus ſubiectum: ut numerus: magnitudo: triangulus: teſſera: affectio ideſt ea quæ per ſe in genere illo inſunt. Paritas imparitas: duobus rectis æqpollere tris angulos: lineas a minoribus angulis eductas cõcurrere. Tertium ipſa ꝑloquia: ſi ab æqualibus æq̃lia demeris. Genus ſubiectum ſtatuere oportet: ut ſint affectiones: & ea quæ per ſe inſunt: quid ſignificẽt. Proloquia utrunq; deſyderãt. Nam & ut ſint & quid ſignificent anteq demonſtrationes: ſciẽdum. Sed quãobrem generi & affectioni altera prænotio ſufficit: proloquio utraq; neceſſaria eſt. An quia proloquio teximus inuicem terminos & concluſionem aſſuimus. Non nulla ſane ſunt quæ conſtituere ſuperuacaneum ſit: qualia quæ nobis admodum perſpecta exploataq; ſunt: ut ſubiectam naturam eẽ: ſi hoc ita cognitum ſit: & ut in prouerbio eſt: uel pueris ſcitum. Nec enim cõſtituit phyſicus aliquid eẽ ferũidum: algidum: ſudum. Nec medicus humanum corpus eſſe. At numerum & unitatem eſſe: cõſtituendum Arithmetico eſt. Quia hæc non perinde ut cætera in euidẽti ſunt. Solemus & præterire cõniuendo ea quæ præ ſua facillima cognitione quid ſignificent noſcitãtur uulgo: ſit enim perridiculum quaſi acta agas quæ ſuopte ingenio expoſita ſint: conari exponere.

Differe proloquia a poſtulatis ſubiectionibuſq;. CAP. XXII.

ACproloquia quidem a poſtulatis & ſubiectionibus differunt: q; neq; conſtituuntur neque petuntur concedi: quia & uera ſunt & uidentur. Quom dico uidentur uera: non id dico: q; concedãtur ore. Nam hoc quidem modo poſſet contingere ut proloquia nulla eſſent: ſane quom ſaltem exteriore uerbo poſſint negari. Nam interiore non poſſunt. Qui enim negaret paribus demptis ſubſidua eẽ paria: ſermone potius q̃ iteriore ſenſu contenderet: & ut uetus ẽ ſumptum ab Euripidæ. Diſſentiret lingua nõ corde. Demonſtratio autem non ad exteriorem locutionẽ: ſed ad internam intellectualemq; pertinet: quemadmodum & ſyllogiſmus. Non ergo ex eo quid quiſq; foras pronunciat: ſed ex eo quod intrinſecus approbat auctorantur ꝑloquia. Plerũq; enim diſſonat: qd̃ in lĩgua promptum habetur: ab eo quod clauſum geritur ĩ pectore. Nam nec geometræ lineis iis utũtur: ſuper quibus ſpeculamina ſua exigunt: ſed iis quas aĩo retinent concæptas: & quaꝝ tanq; exẽplaria & notæ ſint lineæ: quæ in abaco aut ĩ pluuiuſculo deſcribunt. Quom. n. pedalẽ lineã ducãt: quæ non ſit pedalis: aut æquilaterum: qd̃ non ſit æquilaterum: non ad ea quæ graphio deſignantur: ſpectãdum ẽ.

Sed ad ea quæ mente intelligunt. Atq; hæc uero sunt: quibus illi quom demonstrant utunt. Nam in conclusione lineam uniuersalem accipiunt: sed docent p illam interprætem: quæ desculpta in mensula est. Aliter. n. linea uera significari discentibus non posset.

Qui usus primo⁊ principio⁊ in demonstrationibus sit. CAP. XXIII

PRoloquia uero eē admodū agnita certaq; manifestum oībus est. Quid. n. certius q̄ nihil eē qđ simul affirmare negareq; liceat? Vsq; eo. n. ploquii huius indubitata lux est oībus: ut id in demōstratiōibus locare assumptiōis loco depudeat. Fere. n. plixum ac supfluum uidet q; nihil sit eo cōspectius: exploratius: prōptius: et tamē sunt in q̄bus necesse ē pfatum illud cōstituere assumptiōis loco. Sed dicet aliqs. Quādonā aut quēadmodū? Quotiēs intētio est: id concludere: ut aliqd ēe: & qđ ei opponit: nō eē demōstrationes. Verbi gratia finitum eē mūdum: nō qđ huic opponit. i. mūdum eē finitū: nō finitū nō eē: hoc est nō eē ifinitū. Ratio aūt sic formabit. De nullo corpore finitudo simul pōt affirmari & negari. Mūdus est corpus. Semp; in hoc genere maior ppositio talis sumi debet: quoi assimilis subiungēda cōclusio ē. Non solum aūt manifestum est nihil affirmari & negari simul idem posse: sed & illud quoq; de quaq; re necessario alteram parte afferri. Hæc. n. natura disperato⁊ uidet. Nam contraria q̄q̄ simul haberi nō possunt: nō tamē alte⁊ eo⁊ necessario habeat necesse est. Hoc ploquium ab aliqbus indemōstratione conferet. Præsertim eam quæ ad icommodū pducit. Nam q demōstrat impossibile esse oppositum eius quod uult tenere: necessario adhibet alterā partem disiunctionis. Nec aliunde rationi suæ necessitatem molit: q̄ ex initio: eoq; necesse est: in omni disiūctione in qua aut ēt aut nō ponit alterutrū esse ue⁊. Hinc illud est qđ dicit diameter aut cōmensurabilis est costæ: aut i cōmēsurabilis. Item aut cōmensurabilis: aut nō cōmensurabilis necessario est. Incōmensurabile porro: siue nō cōmensurabile nihil aliud est quā altera pars disperationis. Quod qdē q̄is explicitum expressumq; demōstrātibus nō sumit tamē uis ploquii eius subest eā quā diximus. Accōmodat uero & q̄si descēdit in materiā ppriam: quotiēs id qđ in eo fusum uniuersaleq; est: ad genus certū cōtrahimus. Dictum. n. & supius est: cōia pfata nō q̄diu cōia seruant in demōstrationē uenire: sed tum demū quom ad subiectam naturā tradūcta sunt subditis: p quæ cōuenire in alia desinat: ita ut astrictione hac: generi de quo agit ppria & appositā euadant.

In qbus cōmunicēt scīæ: & quēadmodū pria phīa a dialetica differat. CAP. XXIIII.

SVnt aūt peruulgata quædam ploquia & in omne genus sparsa: in qbus oēs scientiæ cōmunicare inuicem uident. Habent uero duæ uirtutes quaꝝ altera iferior est. Sapiētia & Dialectica: conueniūt inter se: q; ploquiis nō eodem more utunt quo artes cæteræ: sed confirmāt ea & cōprobāt. Verum interest q; dialectica ex pbabilibus ratiocinat: sapientia alio genere. Item dialecticam in ordinem scientiaꝝ nō redigimus: qa genus certum non habet: in quo uersēt nō lineas: nō numeros: non pportiones. Præterea nō de iis quæ p se insint: sed de iis quæ inesse uideantur accurat. Quāobrem dialectici iterrogationibus confidenter incessunt: quia utrum cōcessum nega tumue sit rationes habent qbus respondētem aut in laqueos inducant aut reuicāt. Hoc non facerent si uterent iis: quæ ab oībus concedunt. Et. n. impossibile est de eodem pbari cōtraria: uerbi gratia: de aio ut mortalis imortalisq; sit. At is qui demōstrat: alteram partem īsumit pbandam: qa nō iterrogat sed ueritatem uestigat. Quo circa si quis moueri semper aīum negauerit & alteram partem cōcesserit: dimittet statim: nec pterea fatigabit percūctationibus.

An interrogatio aliqua demonstrationi conueniat. CAP. XXV.

SEd quæro num sit quando iterrogare debeat qđ demōstrat? & num iterrogatio aliqua sit quæ scientiam pariat? quēadmodū aliqua captiosa & aliq̄ dialectica est. Soluit. Ratio est ut quēadmodum ppositio aliqua: ita & iterrogatio aliqua quæ demonstrationi obseruiat: habeatur. Non tamen interrogatio omnis sicut neq; omnis propositio ad demonstrandum appositā est. Sed solum ea de qua syllogismus quacunque scientia proprius nectitur. Hāc tu si paulum commutaris interrogationem scitam efficies. Interrogabit uero geometra non ut de responso propositionem ad syllogismum proprium corroget. Nam propositionem illam habere itus pōt ēt si ab alio nō condiscat: sed ut pertentaturus aliquos: qui eandem profiteant artem ad id quod uult efficere iterrogando perueniat. Alioquin non semper interroganti respōdendum: nec semper subeūda disputatio est. Sed geometricæ roganti geometricæ respondendum non musicæ: & musicæ agenti musicus non geometra respōdeat. Sed quæri assolet: num quæ arithmetica iterrogatio pertinere ad musicā possit? aut naturalis ad medicinā? aut perspectiua ad geometriam? Et uideri potest ptinere. Nam ex arithmeticis principiis in musica tractatus multi habentur. Et ex geometricis in pspectiua. Solutio est. In his respondendum esse etiam ad ea quoad uicissim cum scientiis generalioribus communicant. Ad principia non respondendum neque ad quamcunq; rogationem quemadmodum supradictum est. Itaq; constat si geometra coarguitur: q; totum in duas partes non secuerit: non ut geometra incessitur: sed ut is quem cum imperitia musices geometram esse contingat. Cum iis igitur qui geometriam nescīunt de geometria disputandum non est. Nec enim intelligere aliquis pōt recta captiosaue disputatio sit: si id de quo disputat ignoret. Nec quemadmodum earum rerum quæ probabiles tantū & persuasibiles sunt: ita earū quæ scienter tractantur adhibere imperitos iudices possumus. Imperitorum aūt duæ habent summæ formæ: una eorum qui de re omnino nihil intelligunt. Altera eo⁊ q intelligunt qdem aliqd: sed cōtra q̄ sit & deprauate. Ita uterq; iperitus geometriæ fuerit & qui nihil de lineis

æquæ diſtantibus nouerit & qui coire illas poſſe crediderit. Atq; hæc imperitia q̃q̃ geometrica põt dici ratione una: q̃ ſuper re Geometrica eſt: quæ recte ītelligi poſſit: tamen longe difficilior priore & magis etiam uaria atq; multiplex eſt. Sed quemadmodum difficilior uideatur: & quot modis cõtingat: demũ qua ratione obuiam ei eundum occurrendumq; ſit: proceſſu docebimus.

Commendatio Matheſeos: & quid ſit ſyllogiſmum ampliari in directum in latus: per media. CAP. XXVI.

IN matheſi obratiocinatio (ſic enim parologiſmum interpræter) non adæque committitur. Nã medium ī his ſemper duplicem habet reſpõſum: ſeu omonymũ: ſeu ſymonymũ ſumatur. Præfinitũ uero certũq; omne eſt: & quoiuſq; appellatio demõſtrationẽ iuſtam minimo minus penſat. Nam qui nomẽ circuli audit: cõtinuo circulum contuetur in ſe deſcriptũ afformatũq; animo: nec ad ſignificatũ deerat. Sed in illud tantum referẽ: quoius & definitionem cõmunit. Quod ſi quædam carminis forma dicitur circulus: tamẽ ratio circuli: quæ a geometra mente concæpta eſt: ſuſpicari non patitur circulũ eẽ carminis genus. At rõnes Dialeticæ nec mediis cõſtitutis utũtur: nec in aliquo genere præſcripto uerſantur: qualis illa. Scientes diſcũt: qui diſcunt neſciunt: ſcientes igitur neſciunt. Nã diſcere dicũtur: & qui ſciunt: & qui docentur. Plane fallatia ītерim a medio naſcitur: ut ſyllogiſmis iis: qui per mediũ omonymũ: ac ſi cognomine dixeris aſtringunẽ. Eſt autẽ id mediũ: qđ ante complexionem iterũ ſumitẽ. Quare quotiens alio ſignificatu ī propoſitione una accipitẽ: q̃ quo auditum in altera eſt: omonymia cõmittitur. Interim oritur ex forma: ut ſiqs duabus affirmatiuis in ſecũda figura utatur: ubi mediũ ex utraq; extremitate conſequitẽ. Si autẽ fieri nõ poſſit: ut ex falſis uera cõmoſtrarẽtur: facile utiq; eſſet quacunq; doctrina reſoluere. Reſoluere appello: uera concluſione poſita: propoſitiones ex quibus confecta ſit: exquirere. Hoc inq̃ facile factu eſſet ſi uerum non niſi de ueris ea deret: quia certa determinataq; haberentur in quæ referẽda concluſio eſſet. Nũc quãuis ex propoſitionibus ueris: non niſi uera concluſio exiſtat: non tamen in contrariũ recurrit. Sæpius.n. concluſio uera ex probabilibus ſumptis elicitur. Atq; hinc difficilis reſolutio eſt: quoniã perſecutio illa propoſitionum inueſtigatioq; in īmenſum excurrit: quãdoquidẽ infinita probabilia eſſe poſſunt: de quibus uera cõcluſio eueniat. Porro in hoc Mathematicæ rõnes a Dialeticis differũt: q̃ hæ faciliores reſolutu q̃ Dialeticæ ſunt. Ratio ea quoniã ad cõcluſionem probandã falſa nõ ſumũt. Sed ne uera quidẽ adhibẽt oía: ut quæ aut coía ſint: aut ex accidentiũ genere: ſed oés aut ex finitionibus: aut ex iis quæ p̃ ſe hærent promunt̃. Hæc uero facilia numerari definiriq; ſunt. Eſt & ſimplicior reſolutio Mathematicarũ rõnum: reſpectu alio: quia cõpoſitio eaꝝ & accretio ſimplicior eſt. Nec enī quẽadmodum ī Dialeticis ita ī Mathematicis duplex earũ ampliatio uiſitur. Nam Dialeticæ rõnes & extrinſecus aſſumẽdo concluſionibus dilatanẽ: idq; bifariã. Nam aut in directũ excurrunt: aut in latus fundunẽ: & media corrogando aſſumptionibus creſcunt. Mathematicæ alio genere prouehunẽ. Quod.n. ex prioribus ꝓbãt inſequẽtia: ſimulatq; in iis aliquid explicatũ demõſtratũq; eſt aſſuitur inſequens. Hac forma continenter toto opere attenduntur porrigũturq;. Ita uidemus: primo theoremati ſecũdum annecti: & tertium ſecũdo ſubiungi: & deīceps eadem ſerie reliqua. Mediorũ autem nulla in iis corrogatio eſt. Igitur hæc ꝓpoſitionẽ aliquã mediatam non ſumũt: quẽadmodũ uero ī iis ab uno coorta cõpoſitio ẽ: ita reſolutio ad unũ procũbit.

Quẽadmodũ una ſcientia utraq; demõſtratione utatur: & q̃obrẽ & ut ſit. CAP. XXVII.

SCire per cãm duobus modis accipitẽ: aut quia p̃ medium quoddã ſciatur: nã omne mediũ cauſa cõcluſionis elicitæ ẽ: aut quia explicatio per cauſam rei: quæ comprobatur contingat. Priore ſignificatu: ſyllogiſmus per cauſam formatur: quia omnis ratiocinatio utcũq; ex medio ſuo exiſtit. Poſteriore per cauſam non omnis ſyllogiſmus deducitur: ſed ſolum is: q a nobis demonſtratio: ideſt euidẽs probatio appellatur. Sunt & ſyllogiſmi alii: qui demonſtrationes dicanẽ: modo cætera quæ reqſiuimus habeãt. Sed ſyllogiſmũ qui de cauſa rei emanat demõſtrationẽ: quot ita ſit: ſiue quãobrem ſit: dicimus. Qui uero de medio ſolo conſurgit: & de reciprocis tãtum cõſtat demõſtrationem: ut ſit: ſiue quod ſit: uocamus.

Alius modus: quo in una ſcientia utraq; demonſtratio eſt. CAP. XXVIII.

NAne fieri poteſt: ut eadẽ ſciẽtia: modo ipſum q̃obrẽ tractet: mõ ipſum ut ſit explicet: aliq̃do ẽ: ut diuerſa ſciẽtia ſit: q̃ q̃obrẽ cõdocet ab ea q̃ ut ſit demõſtrat. Sed uidemus quẽadmodũ ea dẽ ſciẽtia utrũq; attīgat. Duplex is ẽ unus: hic quẽ mõ exeq̃mur. Quoniã cã rei p̃ ſe iſit: neceſſe ẽ & ꝓpiqua ſit rei quoius ẽ cã. Syllogiſmus q p̃ ꝓpoſitiões mediatas abſoluitẽ: fere demõſtrat: ut ſit: q uero p̃ imediatas magna ex pte: q̃obrẽ ſit: declarat. Vt aſtronomus: quom probat auſtrales ſtellas ocius q̃ aq̃lonias demergi: p id q̃ aq̃lõiæ mouẽt̃ mīore ſegmẽto: demõſtratio quãobrẽ ẽ: quia p̃ cãm rei ꝓximã & adiũctã exprimitẽ. Quom uero eãdẽ cõcluſionẽ cõfirmat: p id q̃ ſtellæ meridiõales a ſeptẽtriõe plus diſtãt: q̃q̃ ueꝝ ex ueris addicit: nõ tamẽ p̃ cãm ꝓpiquã & ſũmã oſtẽdit. Eodẽ mõ ī ſcia naturali: quotiens īmortalitas animi de motu eius īteriore & indigete approbatẽ: tum remota & interpollata demõſtratio fit. Quotiẽs uero p̃ id q̃ aíus uitalitatis initium ſit: exordio fineq; uindicat: tum iũcta & continens demõſtratio eſt. Qui fruges itẽ arboreſq; probat non ſpirare de eo q̃ animalia non ſint de longīquo collimat. At qui de eo id demõſtrat: quia deſit iis pulmo rationem imediatã attingit. Nec enim q̃ quæ res aíal non ſit: proxima cã eſt: ut nõ reſpiret. Alioquin retrorſum commearet: ut q̃ quid animal eẽt proxima cauſa diceretur q̃ ſpiraret. Atqui multa ſunt aíalia: quæ nihilominus animam non trahant: ut quæ uocantur inſecta. Sed proxima: ut dixi cauſa: ut non ſpiretur: eſt carere ſpirabili uiſcere.

Certe aīal non eſſe abiuncta & longe petita ratio uidetur q̄ frutices non ſpirent :quia ſpirare aīal prædicatio hians mediataq̄ eſt:nec niſi interuentu eius quod eſt pulmonem habere coaleſcit oppleturue. Proinde quom ſtirpes non ſpirare dicuntur q̄ animalia non ſint:ſuperlatio in cauſa reddēda commititur.Idem peccat Anacharſis: cum p̄cūtantibus cauſam q̄ ī terra Scythia tibicines nulli eſſent. Reſpondit:qa uiteé nō ferret.Remotiſſima hæc ſane cauſa:nā ꝓxima erat:qa temulēti Scythæ nō fierēt.Cā huius qa temetū nō haberent:huius qa uites eēnt iis negatæ.In ſcda ēt figura ſyllogiſmi p cām remotā ducuntur:ut in exemplis his:quorū modo habita mentio eſt. Quom.n.aīal de oī quod reſpirat dicat: planta de nullo:relinquit:ut plantæ nō reſpirēt.Et quomuites tantū datæ iis ſint: quibus tibicinium: Scythis non ſint datæ:reſtat ut Scythis tibiaꝝ uſus deſit.

Quēadmodū altera demonſtratio in altera ſciā habeat. CAP. XXIX.

ALius modus:quo eadē ſcientia:& ut ſit & quot ita ſit demōſtrat:eſt quotiens rationes duas immediatas quidem illas:ſed alteram a cauſa:alteram a ſigno communit. Qui enim argumēto q̄ peperit probat mulierem lacteſcere:cauſam quot ita ſit edocet. At qui retro agit pe periſſe dicens quia lateſcat:utitur demonſtratione q̄ eſt.Item qui crementū lunæ ex pleni tudine orbis demōſtrat: cām quot ita ſit declarat.Qui uero uice iuerſa id ꝓbat expoſitionē iſtituit rei: quod eſt.Ac ſæpe quidem contingit ut cauſæ & ſigna reciprocent:& inuicem probentur :ita ut quēad modum a ſigno in cauſam ſubitur:atq̄ hæc explicatio rei ut ſit uocatur:ita plerumq̄ a cauſa in ſignū demonſtratio recurrat:quæ quot ita ſit:ſiue undenam ſit dicatur.Quom igitur a ſigno argumentum præſtatur:tum ab eo tanquam a notiore q̄ cauſa ſit:concluſioni fides affertur.Quom uero a cauſa proficiſcitur:tum ab ea tanq̄ a principio rei procedit.Aliquando ſigna & cauſæ retro non commeant .Nec enim quia ignes ſunt ſi fumus adſit:ēt fumus adeſt ſi ignes ſint:& q̄uis neceſſe ſit : ut q̄ peperit cū uiro coierit :non tamen retrorſum ualet:quia poteſt coiſſe cū uiro quæ non peperit.In iis demonſtratio ut ſit poteſt ornari:demonſtratio quamobrem non poteſt.Nam cauſa per ſignum ſemper oſtenditur:ſignum per cauſam non ſemper oſtenditur. Quemadmodum itaq̄ non omnes cauſæ cum effectibus ſuis reciprocant:ita nec omnia quæ reciprocant effectus & cauſæ ſunt :quia fieri poteſt ī eiuſdem cauſæ plura indicia ſint : quæ inuicē recurrāt.Cauſæ huius:q̄ quis febriat ſigna ſunt arteriæ creber pulſus & intentus calor:ſigna hæc mutuo ſe afferunt.Sed de neutro ſyllogiſmus quāobrē ducitur.De utroq̄ ſillogiſmus ut ſit componitur.Hi modi ſunt:quibus eadem ſcientia demonſtratiōe quot ita ſit:& demonſtratiōe q̄ eſt:tractatur.

Qui modus ſit:quo ī diuerſis ſcientiis demōſtret ut ſit:& quāobrē ſit. CAP. XXX.

NVnc aggrediamur ad modos:qbus demonſtrationes illæ ī diuerſas ſciētias diſtributæ habent.Ergo quom ſcientiæ ita uiciſſim ſe habēt:ut una alteri ſubdita ſit:ut Perſpectiua Geometriæ:Machinatio Stereometriæ :Muſica : quæ arbitrio aurium conſtat Muſicæ:quæ in cognitiōe ratiōis poſita ē:eoq̄ Mathematica dicit:Nautica Aſtrologiæ.Sūt.n.ſciētiæ aliq̄ id genus quæ quaſi Synoymæ ſunt:nec definitionē oīno diuerſam optineant. Quāobrem harmonicus dicitur.& qui muſicem aurium:& qui mathematicam muſicem nouit.Quom inq̄ iter ſe ordine hoc ſciētiæ fuerint:demōſtratio ut ſit ad ſcientias ſenſiliū faciet : demōſtratio:quamobrem:ad ſpectatiuas & mathematicas pertinebit.Nā mathematici cauſas habent perſpectas:ſit:non ſit :plurimum neſciunt Nam & qui uniuerſalia contēplantur ignorant ſingularia:quia de iis perinde non cogitant.Aequidem a mathematicis didici ſummā chordā reſponſum & conſonantiā habere cū media : ſed ſentire cōſonā tiam non poſſum:quia uſu eius artis & exercitatione deficior.In plenum ſcientiæ:quæ magis mathematicæ ſunt:ideſt quæ in inſpectione rerum amplius uerſantur:& quæ formis citra materia & ſubiectum utuntur :ipſum:quamobrē:ſemper oſtendūt : qualis geometria reſpectu optices eſt.Geometra enim quæ lineis rectis propria ſint:tantum ſumit has:q̄q̄ actu a rebus auocare non poteſt:tamē genere quodā abiungit.Nā omne rectū aut in ære:aut in lapide:aut in ligno demum aliquo ſtrato recipitur. Sed artifex id non ut in aliquo horum continetur ueſtigat:ſed ut ſeorſum habetur:& abductū a rebus ſed perſpectiuus rectā lineā accipit:quæ aut in amuſſi:aut in æs ſciſa cernat. Ac ſunt quidē aliqua qbus tractandis ſciētia naturalis ad pſpectiuā eo modo ſe habet:quo hæc ad Geometriā:ut ratio arquus cœleſtis.Naturalis definit arquū ut ſit aſpectus ex tali nube ī ſolē refractus:ſed quāobrē tali forma: tali colore uiſatur:perſpectiuus abſoluit.Sūt aūt ſcientiæ:quarum etiā ſi altera ſub altera nō reponitur : eodē tamen modo proxīæ inuicē uident:ut medicina & Geometria.Nā ſcire uulnera orbicularia tardius ſolideſcere ad medicū pertinet :ſed undenā ad Geometrā.

Quæ figura ſyllogiſmi aptiſſima demōſtrantibus ſit. CAP. XXXI.

FIguraꝝ prima ad ſcientiā accommodatiſſima eſt.Nā & mathematici rationes ſuas ſecundū illā texūt:Arithmetici:Geometræ:Perſpectiui:poſtremo quicūq̄ demonſtrationē quot ita ſit frequētāt.Nā mediæ figuræ uſus rarus & ī pauca idoneus.Amat.n. cauſa p affirmationē oſtēdi.Quom ergo noticia quāobrē potiſſima ſit:efficit:ut figura hæc ad ſcientiā q̄rēdam aptiſſima uideat.Sed ad cognoſcēdos fines cōmodiſſima eadē ē:īmo ad genus hoc ſola pducit.Nā definitiōes uerbis uniuerſalibus & affirmātibus cōſtant.In media figura cōplexio negatiua cōcipit.In poſtrema pticularis.Præterea mediatas ꝓpoſitionēs ad imediatas nō alia figura q̄ pria rducimus.Nā eadē figura continent ꝓpoſitio mediata ad immediatā refert:qua primū cœpit aſtringi:nec in ſecunda: affirmatiua:nec in ſumma uniuerſalis concludit.Ita coſtat p has figuras mediatā ad imediatam ſolui

non poſſe. Immediatæ porro nõ omnes affirmatiuæ ſed & negatiuæ aliquæ habentur: æque enim immediatæ ſunt omnes: quæ ſyllogiſmo confirmari non habent: q̃les negatiuæ illæ ſunt: ĩ quibus de neutro termino affirmari aliquod genus poteſt. Nam in talibus uterq; ab altero citra medium remouetur. Si enim medium aliquod ſtatuatur: neceſſarium ſit illud de altero termĩo affirmari: atq; ita p id terminus ſubiectus a predicato contraue abiunctis ſyllogiſmo ꝓbabitur.

De ſyllogiſimo imperitiæ ignorantieue. CAP. XXXII.

NVnc id diligentius exquiratur de quo ſupra: neſcio qd præſumpſimus: duas eſſe ſpecies imperitiæ: una quo mi aliquoius rei penitus rudes: ignariq; ſumus: ut pueri cõcluſionis eius. Triangulum duobus rectis pares: habere. Atq; hæc nobis dimittenda eſt: nihil enim cõtemplationis artificioſæ in ea comperias. Altera ſpecies imperitiæ eſt: quæ affectionis uocatur: quom quis rudis quidem nõ eſt: ſed falſam eius rei ſcientiam obtinet. Vt ſi triangulum habere tres angulos duobus rectis maiores aut minores exiſtimet. Dicitur autem ĩperitia hæc affectiõis: quia quom contingit: animus ꝑſuaſione quadam affectus & formatus uidetur. Putat enim ſe id ſcire quod neſcit. Hæc igitur imperitia: aut earum rerum eſt: quæ immedietatæ iunctæq; ſunt: nõ ſunt: aut earum quæ per aliquod medium poſſunt offendi. In utroq; autẽ genere bipartita eſt. Nam aut per ſyllogiſmũ contingit: aut per ſimplicem apprenſionem imbibitur: ut triangulum duos rectos angulos nõ habere: aut diametrum commenſurabilem eſſe cum coſta. Nam in iis etiam ſine ſyllogiſmo corruere poſſumus. Qualis enim in ſenſu error allucinatio & obauditio eſt: talis in mente apprenſio & opinatio falſa conſurgit. Solemus & ratione aliqua mentita captioſaq; decipi. Atquæ hoc uariis & pluſculis modis contingit. Nam & ſyllogiſmoꝝ formæ multiplices ſunt: eorum p̃cipue qui paralogiſmi dicuntur. In quos facile ſit quem collabi. Ergo id quod immediate aut mediate non ineſt: ut ineſſe per ſyllogiſmum credatur: in prima tantum figura poteſt accidere. Vt enĩ quotiens aliquid uere uniuerſaliter negatur: ſeria demonſtratio in alia figura quam prima deduci non poteſt: ita & quotiens aliquid falſo uniuerſaliter negatur: ratio mentiens alia figura non texitur. Et hæc cauſa eſt quamobrem imperitia hæc terrerima & ſtolidiſſima ſit: quia ſibi perſuaſionẽ ſcientiæ arrogat: & proprietates eius aſciſſit: ac uẽdicat: quod & accæpta uniuerſaliter ẽ & regulis ſcientiæ uſa. Quæ uero mediate ĩ aliquo immediateue continenť: nõ contineri putare: ſyllogiſmo prima & ſecunda figura contingit. Proĩde interim binæ ſumuntur falſæ interim altera. Sed quãdo & quemadmodum utrunq; genus eueniat: ab Ariſtotile ipſo peti uolumus. Nos ſi perſequeremur omnia: inferemus offenſionem adeuntibus hæc.

Quemadmodum ſyllogiſmo imperitiæ occurratur. CAP. XXXIII.

ILluc potius cõferẽda oratio ẽ: ut doceamus ſolere ꝓpoſitionibus falſis: e quibus ob ratiocinationes hæ ideſt paralogiſmi ducũtur: reſiſti nõ opponẽdo diſperata: aut particulariter refellendo: ſed contraria obiiciendo & uniuerſaliter confutando. Ex iis enim conceſſis & ueritas aſſeretur: & id quod errori cõtrarium eſt uendicabitur. Nam deceptionem ita ſumere poſſumus: ut p eam contrarium demeremus. Ac dialecticus qdem ẽt particulariter ocurret: quippe quoi cõcluſio aliqua uniuerſalis ꝓpoſita nõ ſit. Demonſtrator ſemp reꝑnſiones uniuerſaliter afferet.

Abolito ſenſu aliquo: ſciẽtiam illius ſenſus aboleri. CAP. XXXIIII.

MAniſeſtum uero eſt ſiquis ſenſus defecerit: ſciẽtiam generum eoꝝ quæ ſub ſenſum illum cadunt neceſſario defecturam: ita ut ab eo: quoi deeſt quæri & capi nõ poſſit. Hoc ſic ĩſtruimus. Si uerum eſt quicqd cõdiſcitur: aut inductione: aut demonſtratione condiſci. Demõſtratio aũt uniuerſalibus: inductio particularibus conſtat. Fieri nequit: ut ſenſilium generũ uniuerſales notiones ſcruteris: niſi ea per inductionem perſpecta & cognita habeas. Inducendis porro ſenſilibus qui poteſt is ualere: qui deminutus ſit ſenſu quo illa noſcuntur? Quom ergo: neq; ex uniuerſalibus quicq̃ ſciri poſſit ſine inductione: neq; ĩductio ſine ſenſu abſolui: nulla ei uia relingtur: qua ſciẽtiam capiat. Nam & illa quæ p abiunctionẽ a materia nominãť abſtracta: q̃q̃ longe a ſenſu uidenť remota: tamẽ auxilio ſenſus & ĩductione faciliora & euidẽtiora diſcẽtibus reddunť. Supficiem longitudinem: latitudinẽ: & cæteros menſus ſeorſum haberi facile credimus: qũo fides ĩductionis accedit. Nam triangulum tribus lateribus claudi: fere aut ſenſus aut ĩductio comprobat. Nam tametſi hæc neq; re uera exolui a materia: neq; ſeparatim poſſunt conſiſtere: tum ea inductionis uis eſt: ut quod quoiq; horum per ſe ĩgenitum ſit: comitatu ſenſus exploret.

Quid ſit prædicari per aliud: ſeu per accidẽs. CAP. XXXV.

QVoniam uero ſæpiſſime teſtati ſumus: eum qui demõſtrat ſemper ſumere: quæ dicanť per ſe: dialecticum non ſemper: ſed interim quæ per accidẽs prædicẽtur: modo ꝓbabiliora notioraq; uideanť: q̃ ea quæ inſunt per ſe. Definiendæ nobis formæ ſunt: qbus aliquid p aliud aut per accidẽs prædicari cõtingit. Sane fuſa & multiplex eius uerbi ſignificatio ẽ. Primum corpus per aliud eſſe candidum dicitť: quia per ſupficiem: & uitis alba per aliud: quia racemos albos obtineat: ſed de accidẽte accidens dicatur: per aliud uidebitť dici: ut de candido muſicũ. De ſubſtãtia quoq; allatum per aliud prædicabitur. Si de numero eorum nõ ſit: quæ per ſe habentur: ut ſi de hoĩe ruffum aut ſubatrum. Tum uero maxime: accidẽtaria prædicatio eſt: quotiens peruerſo naturæ ordine ſubſtãtiam de accidente affertur. Vt quom de albo animal dicitur. Nam oratio hæc album eſt animal: differt ab ea quæ eſt: animal eſt album. In eo q; in poſteriore quod ſubiicitur: neq; in alio ineſt: neq; per aliud conſiſtit: ſed per ſe ſubſtantia eſt. In priore id ſumitť uice ſubiecti: quod ut ſit habet: ab eo quoius ẽ acci-

dens. In more: itaq; dialecticis est: quom argumẽtãt p̃dicatis uti ꝓbabilibus cognitisq;: nullo discrimine. Demonstraturus p̃dicatiões iconditas: & p̃posteras: quẽadmodum & accidẽtarias uitabit: nisi quæ accidentia huiusmodi sint: q̃ q; per se insunt p̃dicari ẽt ꝓ se possint: de qbus retro monuimus. Atq; oia hæc fortasse de iis: quæ supius nobis expositа sunt: constant.

An demõstrationes in infinitum euadant. CAP. XXXVI.

EXpectat pridem nos disquisitio ea: neq; ignobilis hercules neq; supflua. An finitus sit numerus eorum quæ prædicant de subiecto per se: an uero serie continẽti in infinitum hæc exeãt: Atq; hoc quod dico tale ẽ: cõstituamus summum & ultimũ subiectum esse: ubi ẽ. C. quod de nullo præterea dicatur. Sed de quo id ubi ẽ. B. Primum imediateq; prædicet. De. B. ubi est. D. de. D. ubi est. E. Quæro num: quando necesse sit: ut extractio hæc procumbat: an in immensum sit casura? Ita ut de. E. prædicari subinde. F. possit. de. F. iterum. G. Idq; in infinitum abeat. Sitque prædicatorum uis inexhausta & inconsumpta: quæ identidem suppetant. Atq; hæc prima nobis quæstio ponitur. Secunda est huiusmodi. Fingamus seu subiectum sit. A. tale esse: ut de ipso nihil dicat. Sed ut prædicatum primum supremũq; sit tum ut. A. immediate insit. In. F. rursum. F. ut insit in. E. Deinceps ut. E. isit i. G. Quæro num ratio hæc cesset: an egredi in infinitum sit necesse? Nec aliquod subiectũ inuenire sit: quod non obiter de alio prædicetur. Differt uero consideratio hæc a priore. Quoniam in ea id quæritur: an p̃dicata infinito ascensu. In hac id agit: an subiecta descensu ifinito suppeditẽt. Tertio quæstio est constitutis extremis: primo p̃dicato: & sũmo subiecto: utq; infinita interueniant media: ut si in propositionibus sumptis medius semper aliquis terminus sit: qui committat: ne quod prædicatum subiecto proxime innexum & continens uideatur. Atque hoc nihil aliud est: quam quærere: an demonstrationes progressione infinita utantur: idest an infinita obire habeant qui demonstrant: ita ut quicquid ad probationem alterius sumitur: ipsum quoq; ab alio probari necesse sit. An uerius sit aliquas esse immediatas propositiones: & ultimos fines quo simul uentum est demonstratio sistitur. Eadem & in negationibus quæstio est: immediate aliquæ habeantur: an cõtra. Supra quales immediatæ negationes dicantur ostendimus. In recurrentibus uero reciprocantibusq; controuersiæ: hæ pari modo non tractãtur. Non enim ultimo subiecto posito dubitari potest: an primum aliquod prædicatum iis sit. Neq; primo prædicato accepto quærendum est: an subiectum aliquod ultimũ habeat. Quom enim aliqua inuicem commutantur: quicquid de altero, quæritur: de utroq; obiter quæritur: & si põt subiectum in his sumum spectari: poterit: & p̃dicatum primũ. Nam si ultimũ subiectũ cõuertas prædicatum in primũ efficies.

Infinita nõ eẽ media: & si in affirmatis hoc uerũ: in priuatiuis uerũ. CAP. XXXVII.

INitium itaq; a questione prima sumendum. Sed scire oportet intermedia statui infinita nõ posse: si sursum ac deorsum uersus p̃dicatiões decũbunt. Voco sursum uersus: q̃ ad uniuersale: deuersus quæ ad particulare potius cessant. Si enim quisquã: concesso ut. A. primũ prædicatum sit. &. G. ultimum subiectum: de fendat media icidere infinita: fieri non posset: ut qui cœpisset ab. A. descenderet unq̃ ad. G. & qui ab. G. soluisset: subiret unq̃ ad. A. ex hoc sequit finita extrema non esse quod tamen erat concessum. Atq; hoc ẽ perinde: ac siquis numerũ dicat ab unitate ad denarium finiri: sed numeros esse qui interiaceant infinitos. Quemadmodum igitur: qui hoc diceret pugnantia diceret: quia inter limites finitos numeri actu infiniti continerẽtur. Nam eo quod sunt præcedunt q;: non eo ꝓ possunt accipi: infinita euadunt. Ita q finitos quidem terminos faterentur: sed infinita esse quæ intercederent: crederent: tueri quod feteretur: nõ possent. Neq; quicquam officit rationi nostræ: quod de sectione continui simile uidetur: quamquã enim ibi extremitatibus terminatis inter media magnitudo infinite distrahitur: tamen recisamenta quæ indidem corraduntur antequam acciperentur: actu nõ erant. Sed hic terminos: qui accepti fuissent præcessisse actu necesse esset: ut pote qui in rerum natura sint: etiam non accepti. At in iis quæ diuiduntur: nihil in actu euidentiq; est: antequã commutatur diuisio. Quamobrem necessario confit: ut constitutis extremis intermedia: in infinitum prodire non possint. Atq; hic status non indemostratione affirmatiua modo: sed & in priuatiua perpetuus est. Nam omnis priuatio negatioq; abiunctione affirmationis ostenditur. Si ergo finitæ affirmationes sunt finite ẽt erunt adiunctiones: ꝓ quas uegetationibus fides afferẽt.

Terminos prædicatos ifinitos nõ esse rationibus logicis probat. CAP. XXXVIII.

SAtis declaratum uidetur: finitis extremis propositiones in infinitũ hyare non posse. Nunc docendum ẽ extrema ipsa utroq; uersus finita esse: primum cõmunionibus argumentis ꝓbabimus: nõ solum prædicata ꝓ se: sed ut cunq; in infinitum non extrahi. Quom igitur omnium quæ de altero prædicantur: quædam in eo quod est rei esse: quædam genere alio prædicentur. Item alia secũdũ naturam: idest complexu recto dicantur. Alia præter naturam idest præposterо. Secundũ naturã quotiens de substantia accidens affertur. Præter naturã quotiens de accidẽte substantia. Prædicationes quæ naturalem terminis regionẽ mutant: ne prædicationum quidem appellatione censemus: eoq; missas hoc loco fieri uolumus: In cæteris uidendum an stent: ac statim quidem illa: quæ i eo: quod rei esse ẽ: prædicant: constat finita esse. Nec enī diffinitio aliqua cõualescere inq̃ posset: si oia genere continerentur & definitionem agnoscerẽt. Nam ne generum quidẽ quisquam definitiones unq̃ reponeret: si semp genus aliud supeteret: quod sine definitione cognosci nõ posset. Ita nũq̃ neq; initiũ neq; summa tenebit. Alioqn definire oia nõ sit possibile: quia ifinita exigi aut cõtinuari nõ

poſſunt. Ex his diſlucet in finitionibus prædicata certo numero compræhendi. Nunc idem de accidentibus mõſtrãdum. Palã é accidẽtia q̃ deſubiecta ſubſtantia p̃dicanť: aut q̃ q̃litates ſunt prædicari: aut q̃ q̃titates: aut q̃ ad aliqd relata: aut q̃ actiões: aut q̃ paſſiões: aut q̃ aliquẽ habitũ p̃ferũt: aut q̃ aliquẽ locũ deſignãt: aut q̃ aliqd tẽpus oſtẽdũt. Atq; hoc quotiẽs unũ uni cõferť. Nam & albũ dicimus pedale eſſe: & inãbulãtẽ ſoq; & duplionẽ numerũ paré eſſe. Sed prædicationes hæ uidẽtur omnes: ut paulo ante dixi: p accidẽs. Nã quom album dicimus pedale nihil afferimus: quod ipſum per ſe tãta magnitudine cõſiſtat. Sed lignũ id lapiſue eſt: in quo album ineſt. Portenta illa hercules ſunt: quæ aliqui autumant albedinem: nigritiam: ruborem: numerum: ambulationem: doctrinam: ſeorſum a rebus ſtare. Ergo quod diximus: omne accidens de ſubſtantia prædicari: certum eſt: quæ uero de ſubſtantia prædicantur: oĩa ſunt finita. Nam decem genera certis utrinq; finibus includuntur.

De eodẽ ratiõibus ꝓpriis: terminoſq; ſubiectos nõ exire ĩ ĩmẽſum. CAP. XXXIX.

Actenus logicis & communibus argumentis: nunc præſſius ac reſolutius ĩdicabitur: terminos prædicatos aut ſubiectos in demonſtrationibus: de quo modo agitur: in infinitum attineri nõ poſſe. Demõſttationes ducunť ex iis q̃ p ſe adſunt. Quæ p ſe adſunt bifariã accipe ẽ. Nam & quæ in definitionibus collocantur: per ſe dicuntur: ut multitudo & quantitas numero. Et accidentia quæ ſubiectis ſuis definiuntur: ut numero impar. Neutrum genus in infinitum attenditur. Nec enim ſi impar de numero dicitur: neceſſe eſt: ut de impari aliud quicquam obiter prædicetur: nec ut impar: in definitionem illius addatur. Quemadmodum numerus in definitionem imparis cadit. Semper enim terminí: qui hac forma prædicantur: anguſtiores quam ſubiecta ſumuntur Tandemq; attenuati impendio comminutiq;: ad indiuiduum recidunt. Nam quemadmodum arctius eſt impar quam numerus: ita id quod de impari prædicabitur: cõtractius quam impar ſit oportet Ergo prædicationes hæ aut ratione: quam diximus: conſiſtent: aut quia quicquid de impari prædicabitur: de numero quoq; prædicari neceſſe erit. Demum quæcunq; ineſſe terminis dicentur: eadem ineſſe ſubiecto fatendum. Ita in definitionibus eorum omnium adhibebitur numerus: infinita igitur per ſe inerunt numero: & definitiones infinitas numerus: obibit. Sed ea: quæ per ſe inſunt ĩfinita eſſe non poſſunt: quia hæc ſimul actu eſſe neceſſarium foret concedere. Præterea fieri nequit: ut accidenti per ſe: aliquid per ſe inhæreat: alioquin accidens natura quædam ſubiecta & ſubſtantia uideretur eſſe. Sed ne illa quoq; infinita conſtitui poſſunt: quæ in definitionibus prædicantur: quia nullius rei definitio tenetur. Quamobrem late patet nec demonſtrationes abire ĩ infinitum: nec omnia eſſe talia: ut demonſtrari uendicariq; habeant q̃ nonnullis uiſum diximus inter initia. Nam ſi non ſemper nec in omni propoſitione medium terminum accipere eſt: ſed ſimul ad propoſitiones immediatas deuenimus: ſcrutiniũ & perſecutio deſinit: non poteſt defendi cadere in demonſtrationem omnia. Probatum enim ſuperius eſt definitis extremis: quæ interſtitium obtinent neceſſario finita intelligi. Demonſtrationes autem in infinitum non euadent: niſi innumerabiles termini præſto ſint: & quaſi habeantur ad manum: qui cõtinenter afferri poſſint ad concludendum ſequentia.

Demonſtrationẽ uniuerſalem præſtare particulari. CAP. XL.

Videamus nunc demõſtratio uniuerſalis particulari potior ſit nec ne. Sed prius eſt ut afferamus ea: q̃bus particularis poſſit uideri potior. Quod particulare eſt: per ſe amplius conſiſtit & euidentius homini eſt: nam qui priuata commentatione Calliam rationabile animal eſſe ĩtelligit: exquiſitius noſſẽ: id uidẽť: q̃ qui communi ratiocinatiõe aſſecutus id noticiæ ſit: qa ſcilicet: omnem hoĩem eſſe animal rationabile ſcierit. Res enim per demonſtrationem particularẽ: uti eſt: ita cognoſcitur: per uniuerſalem dumtaxat in cõmune. Præterea uniuerſalis nulla ſoliditas eſt: particularis aliqua eſt. Sed enim potior demonſtratio earum re& habenda: quæ ſunt: q̃ earũ: quæ nõ ſunt: Iam errores nullibi frequẽtiores: q̃ circa uniuerſale: ut de quo ceu a ſingularibus abiuncto demõſtrationes procedant. Contra quod particulare eſt: uſurpatur uiſu: & quaſi manu tenẽť: demõſtrationes de eo nihil falſi: nihil inconſtantis enuntiant. Sed rationes hæ q̃q̃ uidenť plauſibiliter dici non tamen labore multo repræhenduntur. Ac primum quidem: nota p ſe uniuerſali: q̃ particulari iunctius ĩhæret. Nam rectos habere duos ex eo potius ĩtelligitur: q̃ per ſe triangulus ẽ: q̃ q̃ equipedus aut ſcalenus. Et de uniuerſali tanq̃ de eo quod ſit: demonſtratio nectitur. Nec enim appellatio uniuerſaliũ omonyma ẽ: neq; merum iis uocabulum reſpondet: ſed hypoſtaſis etiam aliqua: ideſt confirmatio euidentiaq;: nõ tamẽ abiuncta: quemadmodum neq; accidentibus: ſed quæ in ſingularibus: poſita re: ab ſe cõſpicua ſit. Deinde continentur in ſingularibus pluſcula: quæ natura uniuerſali non particulari ſunt deſumpta: ut rationabilitas Socrati: nec enim qua Socrates eſt: ſed qua homo rationabile animal Socrates ẽ. Item illa optimatior demonſtratio ẽ: quæ a potiore cauſa trahitur: ſed potior & amplior: cauſa uniuerſale q̃ particulare eſt. Nam quæſtio & inueſtigatio: quamobrem quicq; ſit ad uniuerſale ceſſat. Exempli gratia quæritur quamobrem in triangulo exteriores anguli: quattuor rectis pares habentur? Reſpondetur: quia ſublitius: non eſt ſatis: quia ſcalenus: neq; hoc itidem ſatis: qa triangulus: nihil facit: quia figura rectilinea eſt: nihil ſupererit ad demonſtrandũ: quod uelis. Huc accedit q̃ demonſtratio particularis fere infintorum eſt. Sunt enim particularia ad numerum infinita. Vniuerſalis finitorum. Item illa præſtãtior demonſtratio eſt: per quam uberius & locupletius ſcitur. Per uniuerſalem ſcire locupletius contigit. Item quanto uniuerſalior demonſtratio é: tanto ex immediatioribus ſcientia paritur. Item qui uniuerſale agnoſcit potentia: & particulare agnoſcit. Nec retroagitur: ut qui particulare ĩtelligit continuo:

& illud intelligat. Postremo uniuersale rationis: & animi est. Particulare alūnum ē sensus. Per hæc probatum uidet: demōstrationem uniuersalem antistare particulari.

Demōstrationem affirmatiuam præstare negatiuæ. CAP. XLI.

NVnc docendum demonstrationem affirmatiuam: negatiua superiorem esse: affirmatiua p̄ſi dio negatiuæ non indiget. Negatiua sine usu: affirmatiuæ non constat. Proinde demonstratio ex solis negationibus texta: nihil efficit. Affirmatio etiam prior & simplicior negatione est.

Demōstrationem assertoriam potiorē eē ducēte ad īcōmodū. CAP. XLII.

POtior quoq; demonstratio ea est: quæ assertoria: q̄ quæ ducens ad incommodum uocatur. Assertoria dicitur: quæ id quod propositum initio ē: commentatione recta concludit. Ducens incommodum: quæ contrariū eius: quod tuetur: intendit. Quo facile reprahēſo īfirmatoq;: tum ad quæstionem propositam commeat. Assertoria simplex & impromiscua ē: qa solū ex propositiōibus nectit: altera multiplex & misselanea: ut q̄ hypotheticas ēt corroget.

Quot modis scīa prior & certior alia sit: itē q̄ una: q̄ diuersa. CAP. XLIII.

SCientia prior & certior alia multifariam dicitur. Vno modo si hæc p̄ ipsum: quamobrem confirmet ut sit. Illa tantum demonstret q̄ est. Atq; ita non ex primis: sed ex sequentibus: & signis ostendat. Alio modo si hæc intelligibilium & uniuersalium generum sit. Illa sensiliū Quomodo habet arithmetica ad musicem. Geometria ad opticem. Demum omnes superiores ad subditas. Tertio modo si simplicioribus principiis hæc utatur. Illa quasi connexis & iunctis. Hac forma arithmetica: q̄ geometria certior uidetur. Nam arithmeticæ unitas pro principio est: geometriæ punctus. Sed unitas situ caret. Puncto adiungitur situs. Illo modo & geometria: q̄ astrologia exquisitior est. Illa simpliciter accipit corpus. Astrologia non simpliciter corpus: sed quod mouetur cir cumagiturq;. Scientia una dicitur: quæ affectiones per se unius generis contemplatur. Vnum genus ē: quoius eadem prima principia sunt: una ergo scientia geometria: stereometriaq; ē. Diuersæ scientiæ appellantur: quarum diuersa principia sunt: non quæ de principiis alterius ortum habent. Vt geometria & perspectiua. Atq; hoc constare poterit: iis qui aduscq; prima indemonstrataq; subierīt initia. Si enim nulla iis inter se cognatio fuerit: tum scientiæ probabuntur diuersæ. Nam principia: quæ cum iis: quæ demonstrātur: eiusdem generis sunt: si nihil commune inter se habeāt: neq; ipsa illa: quæ demonstrantur: habuerint.

Plures demōstrationes eiusdem rei esse. CAP. XLIIII.

PLures uero super eandem rem demonstrationes & ex pluribus mediis necti contingit: ut si aliquid modo ex congeneribus: & quæ se recta inuicem compræhendant: modo ex iis quæ alterius ordinis aut generis sint addicet. Ex congeneribus: & quæ se recta inuicem amplectant: quom platanum esse substantiam: aliq̄do p̄ arborem ceu p̄ mentē: aliquādo p̄ plantā quorum utrunq; ex eodem uersu ac serie ē demōstramus. Ex iis quæ seqoris ordinis aut generis sint: quom hominem esse substantiam quandoq; p̄ rationale: quandoq; per bipes ostendimus. Hæc aūt media parte se continēnt uicissim: quia utrunq; de altero extremorū generatim afferet.

Fortuita nō sciri. CAP. XLV.

VErum quæ casu uiceq; fortuita proueniunt scientia per demōstrationem attolli non potest quia nec necessaria sunt: quorum temeritas domina est: neq; textum syllogismi recipiūt. Nedum uero necessārium: sed ne frequēs quidem est: quod forte fortuna committitur. At ois syllogismus: aut ex necessariis: aut ex frequentibus trahitur.

Sensum nō esse scientiam. CAP. XLVI.

AC ne per sensum quoq; ornatur demonstratio: quippe quæ uniuersalium est: sensus ad singularia pertinet. Si enim cerni oculis posset triangulum habere duobus rectis æquales: nondum tamen demonstratio teneretur conclusionis eius: in qua omne triangulum habere pares duobus rectis exponitur: sed trianguli huius cognitio tantum ac sensus. Aut si deliquium lunæ fieri obiectu terræ contueri possemus: non tamen in uniuersum sciremus omne deliquium lunæ interpositu hoc existere: sed solum id quod aspectus ostenderet. Sane omnis demonstratio ueritasq; a sensibus oritur: nec itelligi datur uniuersale: nisi de multis operibus & functionibus sensuum. Nam de particularibus multis uniuersale reponitur & euidens redditur. Nec tamen iudicium ueritatis in sensibus ē. Nec demōstratio credi sensus aliquis potest: quia sensus quamobrē quicq̄ sit: nō potest docere: sed semper in cognitione: quod est: uersatur. Expositio causæ quot ita sit quicq; tota uniuersalium est: eoq; non modo noticiam huius unius defectus: quem nunc patitur luna: sed simpliciter omnium continet. Nam interuentus terræ nō tam huius defectus causa est: quā ominum qui possint omnibus seculis euenire: quoꝝ itaq; causa aliqua est: eoꝝ cognitio uniuersalis nobilior & antiquior ē: q̄ sensus: neq; sensus tantum sed etiam q̄ simplex eoꝝ & citra causam apprehensio intellectioq;: ut si quis illi conclusioni: in triangulo interiores angulos esse pares duobus rectis: absolute fidem haberet: nec accæptam referet: angulo exteriori: qui controuersim interioribus respondet. Igitur apprehensio: quæ coniuncta cum causa: quamobrem est: longe uidet præstantior: q̄ quæ seorsum habetur. Diximus autem supra quorum causa aliqua est ut noticia principiorum esset excæpta: ut quæ uel sine causa extra æmulā optimate sit eminentia. Sed quærat aliquis si sensus scientia nō ē: unde fit: ut sensu defecti

deficiaſ & ſcientia? An hoc ita ītelligendū eſt:nō ut ſenſus ſcientia eſſe poſſit:ſed ut ex ſenſu uniuerſale proficiſci dicaſ:intercæpto autē initio:neceſſe ſit conſecutionem intercipi. Vt modo addubitari ſolet q̄obrem:uitrū:ſi ex aduerſum ſoli retineatur accendat. Quod ſi lumen ſolis foraminibus perſpicuis cō means oculi cernerent:tum & uniuerſale & cauſa miraculi huius ītellecta eſſet per ſenſum.

Non omnium eadem principia eſſe. CAP. XLVII.

EAdem autem principia ſcientiarum omnium haberi nō poſſunt:nec remota: nec ꝓxima. Non proxima:quia quom principia rebus quæ demonſtrantur ſua quibuſq; reſpondeant. Quæ uero demōſtranſ nō eadē ſint:īmo ſæpius & genere differāt neceſſe eſt:ut ꝓpoſitiōes quoq; taliū rer̄ diſcrepēt genere: ꝓpoſitiōes.n. ex iis quæ p̄ ſe ſunt cōſtāt. Alia itaq; principia Geometriæ:alia Arithmeticæ ſunt. Adeo autem uiciſſim accōmodari non poſſunt:ut neq; hæc de illis dicantur ſubiicianturue:neq; altera alteris pro medio inferantur. Cōmunia quoq; & prima principia in omnem ſcientiam nō intrant:ut omne aut affirmari aut negari neceſſe eſt. Nec enim probari quicq̄ ex ſolis iis poteſt: ſed quotiens hæc in demonſtrationem rogantur: propoſitiones aliæ propinquæ ac proprie adhibentur. Neq; uero proloqa in ſyllogiſmo ſumuntur uniueſaliter concæpta: ſed ad genus aliquod ſubiectum quaſi contracta. Hoc modo cōmune profatum eſt. Quotiens quattuor momenta comparilia ſunt ordine cōmutato:eaſdem manere proportiones. Vtūtur hoc artes. Sed reſtricto. Geometra quotiēs quattuor magnitudines. Arithmeticus quotiens quattuor numeri. Naturalis quotiens quattuor motus:aut quattuor tempora. Deīde ſi principia omnium ſcientiarum eadem forent:neceſſe eſſet numero aliquo cōpræhenſa dicere:ut elementa:ſed quæq; ſcientia promoueri in īmēſum poteſt. multiplex enim concluſionum amplificatio & dilatatio eſt. Ergo principia totidem cōſtituere oportet. Non igitur cōmunia ſuffecerint. Poſtremo ſi eadem principia omnibus cōueniret: ſequereſ ut quicq; ex quoq; eorum demonſtrari contingeret. Sed ex muſicis Geometrica demōſtrari non poſſunt. Ex iis intelligitur principia:neq; omnium eadem eſſe:neq; penitus aliena:neq; prorſus affinia.

Scientiam differe ab opinione rebus ſubiectis. CAP. XLVIII.

SCitum & ſcientia ab opinione uera:& opinabili differunt. Nam de falſa opinione:nulla dubitatio eſt:quin cum ſcientia:nihil ſimile habeat. Sed & īter opinionem ueram: & ſciētiam plurimum ītereſt. Primum quæ ſubiecta ſcientiæ ſunt:neceſſaria eſſe oportet:& quæ aliter habere ſe non poſſint. Opinionis quæ ſunt non oportet. Sed hæc aliquando poſſunt & mutari. Deinde ſcientia:ut ex neceſſariis:opinio:ut ex poſſibilibus propoſitionibus pendet. Et ita alius modus eſt approbandi:q̄ opinemur:alius q̄ ſciamus. Diſtat ergo ſcientia ab opinione diſcriminibus binis: rebus ſubiectis:& genere approbandi. Quam uero de poſſibilibus contingētibuſue opinio ſit:hinc docebimus. Contingentia:nec ad ſciētiam ptinent. Alioquin nō poſſent aliter ſe habere. Neq; ad ītellectū: Hoc loco intellectum appello principium ſciētiæ:quo termini cognoſcunſ. Neq; ad appræhēſionē credulitatemue ꝓpoſitionum immediatarum:quam quis ſciētiam indemonſtrabilem dixerit. Quod ſi habitus oēs:qbus uera noſcuntur aut ſciētia:aut intellectus:aut opinio eſt:relinquiſ opinionem earum rerum uideri eē:quæ ut ueræ ſint:tamen ſecus eſſe poſſunt:ac ſunt. Inconſtans igitur:& inſtabilis opinio eſt:quia inſtabilis etiam illa ē natura:qua utitur ſubiecta. Præterea nemo putat opinari ſe:quæ credit aliter eſſe non poſſe q̄ ſunt:ſed ſcire opinatur uero tunc quom ita eſſe rem utiq; putat: ſed quæ tamen aliter poſſit.

Scientiam differe ab opinione genere approbandi. CAP. XLIX.

HInc dicendum genus & modum approbandi:alium in opinando:q̄ in ſciendo eſſe. Eadem res ex eiſdem propoſitionibus modo ſcita:modo opinata eſt. Atq; hoc contingit ſeu ſyllogiſmus q; eſt:ſeu ſyllogiſmus quamobrem fiat. Vnde dubitauerit quis:quod qui ita opinanſ nō ēt ſciant:quādo & ꝓpoſitiones & ſubiectæ res eædē ſunt. Et quot adæq; ſi cognitio hæc ſcientia ſit: illa non ſit. Solutio:ſi credunt aliter eſſe propoſitiones nō poſſe q̄ ſunt: nō opinio: ſed ſciētia hæc dicetur: quia de iis quæ per ſe ſunt:& quæ de ſubſtantia rei prodeunt: ſciētia non opinio adornatur. Sin uero neceſſaria quidem credunt:ſed quæ neceſſaria eſſe nō putent: hæc opinio non ſcientia fuerit. Atq; tum circa eaſdem res ſubiectas: tantum arbitror: opinio ut ſcientia uerſari uidebitur:ita eiſdem propoſitionibus opinio ut poſſibilibus:ſcientia ut neceſſariis utiſ. Quamobrem fieri non pōt ut ſcia & opinio eædē ſunt. Nam & definitiones eaq; euariāt:& modi approbandi credendiq; diſſidēt. Eodē modo q̄q̄ interim contingit:ut de eadem re: tum uera tum falſa opinio habeatur:nō tamen id eo ualet:ut uera & falſa opinio idem ſit. Alioquin quod firmum cōſtanſq; eſt:cum fluxo & labili non poteſt idem eſſe. Nec quod cōmutari non poteſt in falſum:cū eo quod poteſt. Quapropter nemo unq̄ opinatur ea quæ ſcit:ne idem ſimul aliter ſe habere poſſe:& neceſſarium credere oporteat. In diuerſis certe uſu uenit:ut eadē res conpræhenſa opinione & ſcientia ſit. Erat opinio in Epicuro quom diceret Solem deficere:cū luna ſub rotam eius ſubiret:qa putabat aliter quoq; id poſſe. Erat ī Ipparcho ſciētia. Sed ut in eandem animam:eodē tempore: de eadem re:cadat opinio & ſcientia:non poteſt cōtingere. Hactenus de opinione dictum eſt.

Quid ſolertia ſit. CAP. L.

SOlertia uero ē ſagax repētinaq; adeptio:& quaſi collimatio medii. Vt ſiqs uidēs lunā: id qđ eius ſpectat ad ſolē:id habere lucidū:reliqua obſcura eē:pūcto:tpe:cauſam cōiectet:quia ſcilicet recipiat ſplendorem a ſole. Aut ſi quempiā cum nūmulario aut argentario colloquen-

tem intuitus ſtatim intelligas uerſuram eum facere: & omnino feneraticiam eē cauſam. Ergo is q̄ ex/ aſpectu audituue extremoꝝ celerrime põt perſpicere: qd inter illa ſit mediū: hic ſolers & ꝓſpicax dicit̄: & uirtuti nomē ſolertiæ inditum: ut quæ reſolutio q̄dam cõcluſionis ſit in primas ꝓpoſitiones: & ue lox quaſi compræhenſio & continuatio medii.

THEMISTII PARAPHRASEOS IN POSTERIORA: LIBER SECVNDVS: INTERPRE/ TE HERMOLAO BARBARO.

Quattuor eſſe quæſtiones. CAP. .I.

AB HIS Conſequens eſt: ut differentias quærendaꝝ reꝝ tractemus. Nm & quæ inueniē/ dis conueniant obiter communi uſu noſcent̄. Eadem enim quærēdi: & inueniēdi diſcri mina ſunt. Quia quæſtio omnis inuentionis gratia initur. Quærimus ergo aut de ſim plici ſolitarioq̄: aut de compoſito: & quod in complexu orationis ſit. Solitarium & ſim/ plex intelligo: quod ſeorſum ex uno aliquo decem generum ſumit̄. Deum: centaurum: carybdim: compoſitum dico. Vtrum luna deficiat: iuſtum natura: an lege potius & iſti/ tutiõe hominum ſtet. Quotiēs de ſimplici quærimus: prima & occurſoria q̄ſtio ē: an ſit: ſecūda qd ſit. Nam primū q̄rimus: an ſit deus: deinde deus qd ſit. Si de compoſito: & qđ in cõplexu ſerieq̄ loquēdi ſit q̄rimus: prima q̄ſtio eſt: an ſubiecto p̄dicatum inſit: ſecūda quãobrem quēadmodum inſit. Nam ſi/ mul didicimus: lunam deficere continenter: quãobcauſam deficiat q̄rimus. Sunt igit̄ q̄ſtiones q̄ttuor: An ſit. Quid ſit. An huic illud inſit. Quãobrem inſit. Ex iis unum par ad ſimplicia: unum ad cõpoſita ꝑtinet. Neq̄ cõturbari quēq̄ uolumus: q̄ in cõmentationibus topicis aliam q̄ſtionum partitionē orna/ uimus. Illic. n. formæ dialecticaꝝ q̄ſtionum ſolæ afferunt̄: & quæ nõ niſi in cõſtructione & cõpoſitione cõueniant: tantūq̄ ī iis modus ꝓpoſitionum diuerſus uidet̄. Cauſa uerbi an quicq̄ de altero dicatur: ut genus. An afferat̄ ut ꝓprium. An affirmetur: ut accidēs. An p̄dicet̄ ut finis. Nã ſi de definitione ritu dia lectico agamus: primū ex ea ꝓpoſitionem texemus: tum deīde q̄ſtionem ita formabimus. Eſt ne aīa numerus ipſum ſe mouens: ut Xenocrati uidebatur. Sed ſi ad uſum demõſtratiõis quærat̄: quod ſit rei eſſe: tum q̄ſtio in modum ꝓpoſitionis cõcepta nõ erit: ſed nec quæſtio: quãobrem põt dialectica eſſe quæſtio. Non enim is qui ita ĩterrogat: optionem aduerſario dat: ut alteram partem diſperationis acci/ piat: qa nõ ĩterrogat captandi coarguendiue ſtudio: ſed ſciendi quod quærit.

In omnibus quæſtionibus cauſam quæri. CAP. II.

PLane quærentes utrum ſit inane: utrum luna delinquat: uidentur id quærere: utrum teneri aliqua cauſa poſſit: qua inane ſit: & qua luna delinquat. Item is: qui iam ſcit inane in rebus eſſe: & qui iam ſcit lunã delinquere: quærit autem quid ſit inane: quid ſit lunã delinquere: uidetur ſtatuere aliquã eſſe cauſam: qua inane ſit: & aliquam qua delinquat luna. Sed ſubin de uult reſcire: qualiſnam ea cã ſit. Nimirum id conſtat quom primū inuentum eſt: qd ſit inane: ſimul cõpertam eſſe cauſam: qua inane ē. Nã definitio: & qđ eſt rei eſſe: cauſa eſt: ut quicq̄ ſit. Rurſum agnito quid ſit lunã deficere: ſtatim intellegitur cã: qua obſcurat̄ & offundit̄ luna. Nã ſi luna iccirco deficit: qa lumen eius umbra terræ: in quã incidit hebetat̄: hebetatio luminis cã erit defectus: Omnis igitur quæ ſtio de cauſa eſt: ſiue ob quã res ſimpliciter ſit: ſiue ob quã aliquid in alio adſit. Quod ſic clarius docebi/ mus ī iis: quæ quot ſint: aut quot talia ſint: ſenſu: cã: poteſt cognoſci: nihil quæritur neq̄ ſint: neq̄ quid ſint: neq̄ q̄lia ſint: neq̄ q̄obrē ſint. Nã ſi ſup Lunã eſſemus: & oppoſitū illū terræ cõtueri eēt: tum neq̄ ecqd deficeret Luna: nec qd eēt defectus: neq̄ an accideret Lunæ: neq̄ q̄obrem accideret quæreremus. Neq̄ hoc dico: qa uelim idē eē cãm tenere: & ſenſu precipe: ſed quia ꝑ ſenſum nanciſcimur cãm: & ad ſcientiã ſubimus. Quõ ergo quærimus: undenã ſit qcq̄: itelligit̄ exploratū nobis eſſe: q̄ ē. Quom uero utimur demonſtratione q̄ eſt: ſimul quod ita ſit euidenter ꝓbamus. Hoc enim demõſtrationis illius potiſſimæ ingeniū eſt: ut cõmuni examine utranq̄ abſoluat cognitionē: & ut ſit: & quãobrem ſit: aut ueꝝ nõ eſt: quod ĩter exordia notauimus. In demonſtrarione medium nõ modo cõcluſionis: ſed & rei quoq̄ cãm uideri. Diſſimilis ratio eſt quæſtionū: an ſit & quid ſit: quæ de ſimplicibus quærunt̄: nam anteq̄ qd ſit roges: neceſſe eſt fingas: id eſſe quod rogas. Quom uero an ſit quærit̄: interim qd ſit obiter cõſtat: iterim non cõſtat. Sed eſt: quando aut ſignū: aut cõſequẽs ad naturã rei: qua de quæritur demõ/ ſtrandam ualeat: ſed accidentia hæc inuentionis nõ rei ſunt principia.

Non eſſe eiuſdē omnino demonſtrationē finitionēq̄. CAP. III.

QVemadmodum quæſtiones compoſitæ monſtrarentur: dictum ſupra eſt: nunc utrum id quod rei eſſe demonſtrari poſſit: uidendū. Sed prius eſt: ut diſſeramus: utrum omnia eodē reſpectu per definitionem & per demonſtrationē ſcire cõtingat. Dixi eodem reſpectu: quia triangulum eē figuram planam tribus lineis compræhenſam: per definitionem accipitur. Triangulum habere duobus rectis æquales: demonſtratione cognoſcitur. Sed primum intelligitur: ut id quod triangulo eſſe eſt: alterum ſcitur: ut triangulo accidens. Tractemus igitur quod propoſuimus. Vtrum ſemper cuius demonſtratio eſt: eiuſdem definitio habeatur. Abſurdum id quidem & impoſſi bile eſt. Nam & demonſtratio & ad negationes porrigitur: definitio non porrigitur niſi ad affirmatio nes. Sed quærat aliqs cõtra: utrum quoiuſcūq̄ afferri definitio poteſt: de eo quoq̄ demonſtrationem

constituere liceat impossibile est & hoc. Nã principia demonstrationum: & termini primi per definitionẽ noscuntur: per demonstrationem non possunt. Alioquin conquisitio ĩ infinitũ euaderet. Sed reliquũ est ut quæramus: utrum aliquorius possit reddi definitio: quorius & demõstratio sit. Neq; hoc potest contingere. Quom enim ex iis: quæ superiore libro diximus cõstet: tum demũ sciri qcq; quod possit demonstrari: quom de eo tenetur demonstratio. Si id quod demonstrari potest per definitionem sciretur: tum quod demonstrari posset: citra demonstrationẽ sciretur: nihil enim uetat definitionem eius seorsum a demõstratiõe haberi. Quod qui dicit nihil potest obtusius. Ita cõficitur nihil eẽ: quorius noticia utroq; genere capiat. Per inductionem quoq; huic assertioni fides accedit: quãdo nulla est definitio: quæ quicq̃ earum rerum demonstret: quæ aut per se: aut per accidẽs: aut simpliciter habeãtur. Nam si definitio aliqd accipit: quod per se insit: nõ ꝓpterea per demonstrationẽ id accipit: nec enim hominẽ esse animal demonstrat: sed cõstitui: nec hominẽ esse rationale cõprobat: sed tantum sumit. Præterea definitio uniuersam rei substãtiã euelat: demõstratio ea: q̃ p se ĩsunt explicat. Porro dubiũ nõ est: q̃ per se insunt: substãtiã rei nõ esse. Itẽ definitio rei qua de agitur: quod sit rei esse: declarat. Nulla demonstratio ad essentiã ptingit: aut illã cõcludit: sed subiicit ac psumit: ut in mathematicis: qd ipar: qd unitas sit. Iam omnis demõstratio quicq̃ de quoq̃ demonstrat: in definitione nihil est quod de aliquo prædicare: neq; aial de gressili: neq; retrorsum gressile de aiali: neq; figura de plano: neq; cõtra planũ de figura. Nã neq; uniuersali notatiõe determinatiõeue utit: neq; si uteret uera eẽ posset pdicatio. Sed ne de ipso quoq; hoie sua definitio pdicat. Nõ. n. hõ pars aliqua suæ definitionis ẽ: quẽadmodũ oẽ subiectum: ut pars ĩ cõclusionẽ cõfert. Quod siqs ita efferat. Homo ẽ aial bipes iceptile: is nõ definitionẽ sed ꝓpositionẽ afformat: ĩ qua de hoie definitio sua dicat. In plenũ q̃stio qd sit: diuersa ẽ ab oibus iis quæ p se adsũt. Diuersa inq̃ alio genere: q̃ quo uniuersalia dem utãt ab iis: quæ ĩtra se cõtinẽt singularibus: triangulus ab æqpedo. Quæ uero diuersa usq; adeo sunt: diuersas ẽt ratiões habeãt: qbus noscãt: necesse ẽ. Quãob rẽ aptissimũ puto: nihil idẽ ĩ eodẽ respectu finiri & demõstrari cõtingere.

Non posse demõstrari finitionem p syllogismũ duplantem. CAP. IIII.

Sed quærit an definitio aliqua possit de re: quæ definit: per demonstrationem ꝓbari. Verbi gratia q; animal bipes ingressile definitio hois sit: q̃q̃ uero de iis quæ modo retulimus facilis & absoluta q̃stionis huius discussio sit: tamẽ opinor digna cõtrouersia ẽ: de qua seorsum mẽtio & cõmẽtatio ali q̃ habeat. Si ois syllogismus: aliqd de aliquo: p aliqd ceu mediũ: cõficit: necesse ẽ: ut q demõstraturus sit: illũ eẽ hois finẽ: mediũ aliquod cooptet: p quod ratiocinationem suam deducat. Hoc aũt medium: ipsa sit hois definitio oportet: ut demonstratio ad hũc modum fiat. Homo est animal mortale capax rationis. Tale animal ẽ bipes ingressile. Homo igit bipes ingressile ẽ. Aliter de eo qd̃ sit rei eẽ cõponi syllogismus nõ põt. Siue enim id quod ꝓ medio accipit ĩ plura possit q̃ homo: idest q̃ minor extremitas: siue in pauciora: siue & reciprocet. Nec tamẽ in eo: qd̃ sit rei esse: dicatur. Maior extremitas: idest definitio ipsa in eo qd̃ sit rei eẽ pdicari nõ poterit: q; si hæc uera sunt: ne cesse ẽ eum: q de hoie: qd̃ sit rei esse: demonstrat: aliud sumat: qd̃ sit rei eẽ. Sed unde obsecro scieris: aial bipes ĩgressile. De aiali mortali rõnali in eo qd̃ sit rei esse: prædicari? aut aial mortale rationale de hoie? Non. n. si ex secũdo cõsequit primũ: neq; si secũdum ex tertio: necessarium ẽ: primũ illud definitionem secundi esse. Multa adeo sunt: quæ consequantur: nec tamen consequant: ut definitiones. Genus differens: ꝓprium: accidẽs: id qd̃ separari nõ põt. Si ergo simpliciter sumpseris primũ euenire ex secundo seũdum ex tertio: nũq̃ ꝓbabit: primũ esse definitionem tertii: sed tantum hoc: primũ ineſſe tertio utcũq;. Quod si duplaueris sumptũ: idest si secũdũ de tertio nõ absolute: sed cũ adiũctione hac: in eo qd̃ sit rei esse: prædicaueris: tum complexio qdem syllogismi conficit: sed sumit: qd̃ in q̃stione discussioneq; positum ẽ. Institueras docere definitionẽ hois p demonstrationem addici: sed statim sumis sine demõstratione aliquã esse hois finitionẽ. Præterea si ita dicat: nihil obstabit quo minus definitio una de altera possit demõstrari: qd̃ ab demõstratione alieniſſimũ uideat.

Non posse definitionem ꝓbari p syllogismũ diuidentem. CAP. V.

Sed ne per diuisionem quoq; definitio explicat: qd̃ & in istitutione de figuris pſecuti sumus quia id: quod ita monstrat: quasi p iductionem mõstrat. Nec ex certis aut ꝓbatis seorsum: sed ex concessis p interrogationem responsionẽq; sequit. Fere. n. tota: hæc ratio p uices rogantis: & respondentis absoluit. Ita uidet aliud par: aliud: qd̃ datum sit colligi. Ecquid homo aial ĩanimalue est? Animal sumit nõ asserit syllogismo. Rursus omne aial ecqd gressile aut aquatile? Datur gressile: nõ ꝓbat. Deinde aial gressile: ecqd bipes: aut multipes est? Concedit bipes. Tum ratio texit. Homo ẽ aial bipes gressile. Videri genus hoc totum ĩterrogationibus & assensionibus eorũ: quibuscum instituit constare: Nec enim in eo quicq̃ ut necessarium: sed ut cõcessum accipit. Sed neq; si qd singulare separatim q; ue; est: continuo sequit ut iunctum cum aliis ue; sit. Non enim si uerum est: sutorem quem esse: & uirum bonum: utiq; necesse ẽ eum eẽ sutorem bonũ. Item ut oia ẽt iunctim uera sint: non tamen in eo: quo sit rei esse: uera sunt.

Diuisionem conferre ad finiendum. CAP. VI.

Sane qui diuisione utunt cõpendiũ ꝓbationis faciunt. Nam eam q̃ cõfirmare eẽt necesse: ratione rogatiõis sũmunt: ꝓpterea q; nihil ipsi afferũt ad psuadẽdum: sed eo: qd̃ sibi dat: q cũ disputãt: qd̃ uolũt demõstrãt. Verbi gra homini aial ineſſe: põt p sensile syllogismo exponi gressile p aliud qcq̃ lucrant hoc laboris: q diuidũt: ꝓpea q; hoiem & aial eẽ & gressile: conce-

dit is:qui cū ſtituta diuiſio ē.Proīde nō ꝓbari diuiſione:ſed adiuuari finitionem oportet.Nec ſyllogiſ/
mus diuiſio ē:ſed ratio tamē:qualis docendi ſicut inductio:hæc ſyllogiſmus dici:utiq; nō pōt: ſed quo
quomodo aliquid cōficit.Vtiliſſima uero diuiſio ē quotiens cōmunita his præceptis afferēt:ut oīa:quæ ī
eo:qđ ſit rei eſſe habēt cōtineāt.Vt nihil redūdat:nihil đſit:neu q̄ trāſiliat ad ultimā ſpēm.Trāſilit q ani
mal ſtati in bipes & multipes diuidit.Nam prior diuiſio erat in uolatile & greſſile. Omittit qui greſſile
in bipes:& quadrupes diuidit.Nam & depes & multipes præterit.Hac obſeruatione diuiſio uſum ſui
aliquem finientibus præſtabit.Nec tamen q diuidet ratiocinatione ſyllogiſmoue uti dicēt.Nam quē/
admodum in commētationibus iis:in quibus medium uerbis explanatum nō ē:ēt ſi mente cōceptū
euidens non eſt:quāobrem ſequanē.Ita neq; in eo ſyllogiſmo:q ex diuiſione reponit.Ac forte qđē ſin/
gula:quæ in ſermonem illum ultro citroq; habitum incidēt:ꝓbare certis rationibus poſſis:ut anima/
tum hoīem eē:qa nō animæ:& rōnale:qa nō irrationale:totam certe concluſionem:quæ de mēbris di/
uiſionum coalita eſt:definitionem hoīs eſſe non probas.

Per ſyllogiſmum finitiuum non probari finitionem. CAP. VII.

VTrum uero finitio ꝓ finitionem:finitionis poſſit monſtrari: q̄ſtio nobis reliqua eſt. Id hoc
modo exponit:uult quis docere:finē hoīs eſſe:animal bipes greſſile:atq; ita rōnem format.
Oratio quæ cōſtat ex iis quæ ad eſſentiā ptinēt:& ꝓpria rei ſunt:definitio ē.Hæc oratio:ani
mal bipes greſſile homini ē.Definitio igit hoīs ē:aīal bipes greſſile.Nunqđ forma hæc pro
banda philoſopho ē? Sed deridicula uidēt:& qđem amplius q̄ ſupiores:qa peccat qđē qđ illæ:ſed aper/
tius euidētiuſq;.Fingit.n.fortiter ac pſumit qđ ē ꝓbandū.Nā dicere cōplexū hūc:aīal bipes greſſilie:re/
rum eē q̄ priuatim attingāt eſſentiā hoīs:nihil aliud ē q̄ cōſtituere:eā eē finitionē hoīs.Igit in ꝓpoſi/
tionibus:iis cōcluſio nō ui:aut potētia(nā hoc rectum eēt)ſed actu poſita collocataq; ē: de hinc pinde fa
ciūt:q demōſtranda finitionē finitione finitionis: ꝓpoſitionum loco ſumunt:ac ſi ratiocinādo finē ra/
tiocinationis loco aſſumptiōis adhiberēt.Quēadmodū ergo quotiens ratiocinamur:nō ſumimus qđ
ſit ratiocinatio.Ita quotiēs demōſtrāda finitio ē:admonēdi nō ſumus qđ ſit finitio:ſed neceſſe ante eſt:
utrūq; & qđ ratiocinatio ſyllogiſmuſue ſit:& qđ finitio ſpectiſſimū habuiſſe.Vnde & nobis facillime
in offenſiſſimeq; ſimulatq; uelimus:accurrāt:& alios q addubitarent:docere ac ſuadere poſſimus. In
demōſtrationē certe:ut partes ſumptaue cooptari non debent.

Neq; a cōtrariis:neq; per īductionem ꝓbari finitionem. CAP. VIII.

DIcat aliqs:ſi hoc mō nō licet licebit alio.ī.afictione ſubiectioneq;: afictiōe hoc loco ē ꝓ hypo/
theticum ſyllogiſmū ſiue cōditionalem hoc more.Si definitio mali ē diuiſilitas.Fingāt.n.
diuiſilitatē eē definitionem mali:cōtraria definitio cōtrarii fiunt: Ergo definitio boni indi/
uiſilitas dicēt.Sed nō ne uides:q ita faciūt arceſcere q̄ſtionē a capite.ī.ad demonſtrandā finiti/
onē ſumere finitionē aliā:q̄ nō ſit minus dubia:q̄ q̄ demōſtrāda ſit.Nam cōtraria ea:q̄ diuerſa dicunt:
ut bonū malū:celeritas:tarditas:tantūdē euidētiæ ignorationiſq; habēt.Cōſtatq; ſi qs definitionē mali
explicare uoluerit:eodem mō ſumptuꝝ eū definitionē boni:hoc aūt aliud non eſt:q̄ inuicem ꝓbari &
demōſtrationes reciprocas:& obābulatorias cōmitti.Præterea cū multa ſint:qbus nullū contrariū e re
gione occurrāt:quonāmodo finiēdis iis:ratio hæc poterit ſufficere? Forte credat qſpiam fines per indu/
ctionem ꝓbari:& hercule dici non pōt.Cū inductio ex ſingularibus exiſtat.Nulla definitio ſingulariū
eſt:inductio aliud de alio prædicat.Definitio in complexu non eſt.

In uniuerſum finitionē demonſtrari non poſſe. CAP. IX.

QVis ergo modus finitionis demonſtrandæ fuerit.Nimiꝝ digito:auribus:cōſpectu:demum
ſenſu aliquo uſurpari aut tāgi nō pōt. Alioqn ſcio hoc đ nobis q̄ri:ecqđ aliq̄ rō ſit demōſtrā
di finitiōes? Et uidēt nulla & neceſſe ē:eū q debet ſcire:qđ ſit hō:aut qđ uis aliud: ꝓ certo ha
beat:hoīem eē.Nā id qđ nō ē:nemo pōt ſcire qđ ſit. Nā qđ nomē Hircocerui ſignificet:ſcire
qđē multi poſſūt.Sed qđ ſit Hircoceruus nemo:ſi id ignorat an ſit.Ergo ſi demōſtrari poſſet qđ qcq; ſit
ſimul demōſtrareт:q; eēt.Hoc uidēt ipoſſibile:qa unius rei una ē demōſtratio.Porro aliud ē ſcire ho/
minē eē:aliud qđ ſit hō.Huius definitio.Illius demōſtratio ē.Deū eſſe & prouidētiā eē demōſtramus:
qđ ſit deus:qđ ꝓuidētia definimus.Qui ergo pōt:q definit definitionē ſyllogiſmo excipe? Atq; hoc ob/
ſeruari ī oībus artibus uidēt.Hæ ſeorſum:qđ ſit res:deſcribūt:ſeorſum demōſtrāt:ut ſint:quom uero
id demōſtrāt:primū:qđ res ſignificet:ſumūt ꝓ cōpto.Igit anteq̄ triāgulū ꝓbes eſſe:quē tribus lineis cō
ſtituas directis:neceſſe ē itelligas appellatiōe triāguli uenire:areā tribus directis lineis cōpræhēſam.Pro
pterea q agnitiōis ī oī exquiſitiōe caput origoq; eſt.Ita efficit ut demonſtratio una ī plures euadat.Qui
enim qđ rei eſſe ſit:demonſtrat:ſimul & eſſe rē confimat.Qui aūt definit:nihil affert:quamobrem ne/
ceſſe ſit:id eſſe qđ definit.Proīde q finit circulū hoc mō.Circulus ē figura plana quē linea una circūcur
rēs amplectit:nō demōſtrat circulū eſſe.Nulla.n.cā ī definitiōe ea ē q̄ ut circulus ſit:efficere uideāt.Sed
ne ratio qđē aliq̄ cōtineāt:quot ea definitio circuli ſit habēda:poſſet quis definitionē illam æris & fibu/
læ ipſius credere:quia nulla uis cōparet:quia circuli potiſſimū definitio ſit:ſed hoc extrinſecus petitur.
Si ergo non demonſtrat rem eſſe:qui qđ rei eſſe ē:demōſtrat:definitio:qđ ſit:demōſtrare non poterit:
ſed qđ nomen indicet tantū.Ita fiet ut rerum:quæ nō ſunt afferri definitio poſſit. Nā & Hippocentau/
rus aliquid ſignificat.Deīde omnis uerborum explicatio notatioue:ideſt qua de cauſa quæq; res ita ſit
nominata:quā.Ethymologiam appellant:ut hominem uocari:quia ſit ex humo coalitus:& aquam qa
ſit id:a aqua uiuimus demū omnis noſtra cōmentatio:confabulatiōe definitio diceret.Ipſa quoq; llas

Homeri definitio una uideri posset. Cū dico Iliada nō ipm nomē itelligo: sed subiectā nomini poesim. Ité illud. Sed uos q tādē quibus aut uenistis ab oris? Et illud. Venimus huc uissi. Et illud. Dic mihi mu sa uirum. Et illud. Nos Troia antiqua uæ deus applicat urbi. Horū oium fere una uis ē. Tātū hic iter/rogat. ille respōdet. Hic præfatur. Ille adnarat. Res tota perridicula. Nā præter id qđ nō ois oratio: quæ qđ noīe designatur: exponit definitio est: nec illud quoq; definitio explicat: definitionē necessario cū no mine æquali esse potentia. Si. n. hoc sit: tum rebus noīa non arbitratu institutioneq; hominum: sed na/tura essent imposita. Nec agnominationes omonymiæue fierēt: idest ad res dissimiles similia uerba ac commodari non possent. Ex iis liquet: neq; eandem rem uideri esse definitiōem & syllogismum: neq; eius rei syllogismum posse constitui: quoius definitio teneatur. Dictum & illud est: p definitionē neq; ut sit res: neq; ut eius rei definitio sit: cognosci.

CAP. X.

Quantum aliquid ualet ad demonstrandum rem esse: tantum ualet ad demonstrandum quid sit res. Item demonstratione non sciri finitionem: sed innotescere.

QVoniam uero hæc disputandi causa potius: q̄ decernendi snīa disseruimus: nunc quid horū recte: qd perperā dictum sit: & quēadmodum demōstratio effici definitio possit: extimabi/mus. Sed accersenda res altius est. Sicut ergo quom tenemus rem eē: aliq̄do quærimus: q̄/obrem sit: aliquando: nō quærimus: qa ptinus: quā didicimus rē esse: quod ita eēt: pspicuū nobis fuit: nec retrorsum cōtingit: ut prius qsq̄: q̄obrē sit: q̄ sit: cognoscat. Ita nūquā quærimus qd sit res: nisi nobis eē rem constet. Quid. n. stultius ineptiusue: quā definitionē earū rerū uelle scrutari: quas sint: nō sint nescias? Ergo necesse nō est definitione ostēdi rem esse: q̄doqdoqđ præsumi & constare id oportet: anteq̄ ad definitionē accedas. Et quēadmodum q rem demōstrat: qđ ē: simul & qđ ita sit: inue/nit. Nam demōstrationes a causis ducunt. Ita sæpenumero fit ut i demōstratione: quæ docet rē eē: de/finitio & qđ sit esse rei eluceat. Quod qdem: qua rōne: & quādo cōtingat: repetēdū ab initio est. Esse rē concludimus in demōstrādo multis modis: interim ex accidentiū mométis: quæ ab rei subst̄ātia longe sunt posita: interim ex aliquo: qđ i re contineat: ut pars. Deos esse probat Chrysippus: quia uisuntur al/taria. Id ab accidentibus trahit. Stoici deos asserunt esse: quia mortalibus suppetias plurimas afferūt: fu/tura uaticinantur: cœlestes globos inumerabilibus sæculis cōmouent. Hæc a re sumpta demōstratio ē. Porro: quæ adsunt i re: alia propius alia remotius sunt iuncta: qđ qdē exēplis iisdem instruit. Acciden/tia: per quæ tantū docemur rē esse: nihil afferūt ad naturā & definitionē rei cognoscendā. Quādo & eē rem ægre ac exiliter demōstrāt. Nā cognitio accidētiū trāslaticia est: nec habet q̄q̄ annexum qđ cogat. At ex iis quæ propria sunt: & ab rei natura depēdent: ad definitionē & rōnem essentiæ facilius uenitur. Quantū igit efficatiæ habēt res ad probādū rem esse: tātum habent ad confirmādum & demōstrandū quit sit. Id hoc modo explicabit. Proposita quæstio sit: ecquid deficiat luna? Quicūq; docet deficere: p/pterea qđ luna: quomō ad plenitudinē orbis sui puenit umbra nō iaceat: ab accidēte diluit quæstionē. Nec q̄q̄ cōmunit unde possit intelligi defectus lunæ qd sit. Qui uero demōstrat: eo q; lumē eius īpleni lunio interuentu terræ occulit: is ægregie ac proprie ostendit lunā deficere: atq; obiter occasionē uberē præstat: uti: sciatur qd sit defectus Lunæ: quia ueram causam miri huius nāsciscitur: Causa uero defini tio: & q; sit rei esse: est. Itaq; in hoc genere simul & ratio essentiæ: & quāobrē sit conspicitur. Quid est de/fectus? Occultatio luminis ob interpositum terræ? Causa ergo defectus ocultatio est. Quid ē tonitruū. Restinctio flāmæ quā nubium cōflictus excussit. Definitiones has cōmuta i quæstiōes: & causas q̄obrē utrūq; sit: afferes. Quāobrē ē defectus? pp occultationē ex obiectu terræ ortā. Quāobrē tonitrus? pp re stinctionem ignis in nube. Ex iis quæ dicta sunt patet: q̄uis definitio: & id quod rei esse est demonstra/tiōe addici nō possit. Tamē fieri: ut i iis q̄ p cās suas mōstrant: p demōstrationē definitio eoꝝ innoteat.

CAP. XI.

Quæ cām non habent: eoꝝ finitionē non innotescere p demonstrationem.

ILlud sane necessarium est recipere: hoc quod modo diximus: non esse passim definiēdis oi/bus uerum. Sed tamen iis: quæ insunt i alio: ut defectus: ut tonitrus. Sola enim hæc i demō/strationem uocantur: eo quod medium in iis quoddam habentur: quod causa est: & conclu sionis & rei. At quæ per se sunt: nec in alio insunt: in iis eadem ratio obseruari non potest: qa causam superiorem non habent per q̄ monstrent: quoiusmodi sunt sua sciētiis singulis subiecta. Quæ tum ut sint: tum quid sint certum & constitutum esse necesse est. Nec alio modo cognobiliora euadūt: q̄ aut indictione: aut fide aliqua: aut periculo: demonstratione non euadunt. Quomodo ipsa sint princi pia demonstrandi: quod quidem omnes scientiæ custodiunt: unitatem esse: & quid unitas sit: cōstituit Arithmeticus: Non demonstrat deum esse: & quid sit deus sumit: philosophus demonstrare non pōt: quia causam: qđ dii sint afferre nō est. Nā consulere eos rebus humāis: & mouere se ppetuo agitatu: q̄q̄ ex mométis his subst̄ātia eoꝝ percipitur: qa naturā diuinā attingunt. Nō tamē sunt cāæ: qđ sint: nec qđ sint dii. Ac forte cōstitui descriptio quædam ex talibus possit. Hoc modo deus ē: animal sempiternum humano generi beneficium: definitio non possit: nisi concedendum sit causam esse aliquam quāobrē sint dii. Nam quod rei esse est: origo & causa intelligitur: quamobrem id: quod definitur: sit.

CAP. XII.

Tres esse species finitionum.

DEfinitio multifaria est. Alia exponit: quod significet nomen: quæ ne definitio quidem ap/pellari digna: sed interpretamentum potius quoddam uocis: quæ efferatur. Plerunq; n. sit ut q definitiōis hoc genus audiunt: neq; si tne res: neq; undenā sit nouerint. Nam uacuū qđ indicet: scimus. Sit nō sit: aut quamobrem sit possitue esse: assignare nō possumus. Alia desi

nitio rē qdē cōmōſtrat eē: ſed q̄obrē ſit:nō cōmōſtrat.Quoiuſmodi ea eſt:Lunā deficere:eſt lunā nō col lucere pleniluniis. Atq; hæc oro:q̄q aliqd deſignat nihil tamē ad ſciētiā demōſtrat.Alia definitio ſimul utrūq; cōplectit.Nā & ut ſit res:& cām qd ita ſit cōtinet.Hæc definitio ſola minīo mīus demōſtratio ē. Nam id quod rebus eſſe ē a demōſtratiōe demutat ſolo flexu.Eadē oratio paucis mutatis ī demōſtra/ tionē & definitionē effingit.In demōſtrationē hoc modo.Vbi flāma reſtīguit tonat.In nube flāma re ſtinguitur.In nube igit tonat.Nā ſermo in prima figura cōtinuus texit.In definitionē hoc modo.Toni truum ē reſtictio ignis in nube.Tertiū genus definitiōis eius eſt:quæ cām aliā unde ſit habet:eoq; in cō cluſionē demōſtrationis pōt cōferrit. Vt tonitruū ē eliſus ī nube ſonitus.Quarta forma definitiōis eo/ rum eſt:quæ prima īmediata ſunt.Atq; hæc a demōſtratione non differt ſolo ſitu:quia ad cauſam ſupe rorem non refertur.Nulla enim cauſa primis immediatiſq; eſt.Neq; concluſio item demōſtratiōis di/ ci hæc poteſt:ſed prīcipium potius & theſis: ſiue propoſitū quoddā eſſentiæ:quod demōſtrari nulla ui poſſit.Dempto igitur primo:tres modi relīquuntur finitionis.Primus is de quo ante mox diximus: q ad id quod rei eſſe eſt ptinet:nec demōſtrari pōt. Alter eius quæ a demōſtratione poſitu caſuq; ſolo eua riat.Tertius eius:quæ demōſtrationis cōcluſio eſt.Oro certe illa quæ ſolā cām:q̄obrem:continet: qua/ lis hæc.Ira eſt libido repuniēdi.Tonitrū eſt reſtinctio igniū in nube:īmediata ē nec demōſtrari uſq pōt.

Quattuor cauſas eſſe poſſe media demonſtrari. CAP. XIII.

EX iis quæ rettulimus:propalā eſt:nullam finitionē demonſtrari contingere. Nam ſolæ illæ differūt a demōſtratione poſitu:quæ cām rei quod ita ſit edocent. Atq; hæ ad ſciētiam ſolæ appoſitæ uidētur.Quattuor autē numero ponimus genera cauſaꝝ.Primū ſubſtantiæ ratio nem.Secūdū rē ſubiectā:quam materiā uocamus.Tertium:id:unde initium motus.Quar/ tum quoius gratia quippiam ſit.Oēs hæ in demōſtrationibus:q̄obrē:ſpectantur & medii termini ſunt. Ac ratio quidē ſubſtantiæ ideſt:qd rei eſſe eſt:quēadmodū in demōſtrationem ueniret: ſupra tanq̄ per occupationē docuimus.Materia quoq; reddita eſt.Hæc in ſyllogiſmo regionē mediam maxīe obtinet: propterea q; in demōſtratiōe omni:materia ſyllogiſmi uidet medius eē terminus.Nā medius termīus duas illas propoſitiōes cōſarcinat:in qbus cōſtituta demōſtratio ē.Porro ſæpe accidit:ut materia ea quæ propria ſit allata:quæſtio:quāobrē:ceſſet.Quāobrē aīalium corpora cōſumātur?quia cōtrariis cōſtāt. Redditur & primū mouens:q̄obrem mundus uiſenda pulchritudine eſt?qa Deus opifex: hic id a quo ortum motus habet cā & medium eſt.Quāobrem Socrates uxorē ducēdam rebat?ut liberos habere/ mus.Quāobrem fabricatus eſt mundū Deus?quia bonus erat.Hæc finis:& cauſa quoius gratia eſt.

Idem effectus per plures cauſas monſtratur. CAP. XIIII.

TRactatio autem & conſtitutio medii atq; cauſæ non eodem modo in omnibus habet:ſed aliud priore ordine q̄ effectus eſt:ut mouens: aliud poſteriore:ut fines:& ea quorum gratia res quæq; & efficiuntur & ſunt: aliud ſimul:ut definitio & quod rei eſſe eſt.Nihil uero pro hibet:quin idem & gratia melioris notæ & ex uſu materiæ ſit.Verbi gratia: q̄obrē de later/ na egreditur lumen:quia neceſſe eſt:ut id quod foraminulentum eſt:& ampliuſculos habet meatus: q̄/ le cornu laternæ uidet:per uim lumini ſit:ut ſubtiliori graciliorīq;.Hæc neceſſitas materiæ ē. Huic cō/ iuncta & ratio boni pulchriq;:ne qui noctu procedunt ad aliqua offenſent.Idem ſed clarius in corpore cœleſti apparet.Nam & conuertitur in orbem neceſſario quia nec graue ē:nec leue.Et gratia aliquoius: ut q̄ proxime poſſunt:imitatione:accedant ad deum: Plurimis adeo naturæ operibus:& neceſſitas: & finis ineſt.Patet hoc in dentibus:quorum primores acuti ſunt:tum q; ex oſſe gignuntur tenuiore:tum gratia finis:ut cibo ſecando dirrimendoq; habiles ſint.Contra maxillares lati & quod ex pinguiore ma teria exiſtunt:& ut in attritum molendo & ſubigendo ſufficiant.Tonitruum quoq; duplici cauſa fit:& q; ignis reſtinctus neceſſario ſtudet perſonatq;:& comminationis terriculamentiq; gratia:ut ſontibus: qui in tartaro ſunt:formidinem afferat: quēadmodum Pythagorici cōminiſcuntur.Dehīc duplex cu/ iuſq; natura eſt:una quæ ad formam refertur: & hæc cum fine ipſo eadem eſt.Forma oculi eſt uide/ re:idem eſt finis ad quem iuncti ſunt animalibus oculi. Aurium audire:idem eſt finis ad quem datæ ſunt aures.Alia quæ ad materiam:neceſſitatemq;.In inſtitutione auſcultatoria de natura quemadmo/ dum materia eſſe neceſſitas uidetur:diſputatum nobis abunde eſt.Ea ex fictione ſubiectiōeq; non ab/ ſolute neceſſitas dicitur: hoc modo.Si futuri ſunt oculi:materiam talem adeſſe neceſſe eſt.Si dentes ta/ lem.Hæc igitur neceſſitas:in rebus naturæ omnibus habet inſita:quia materia quoq; oībus addita ē. Item actus impetuſue:qui ob materiā ſingulis corporibus ſui debent:eodē genere neceſſarii ſunt: nec abiungi poſſunt ab iis:quoꝝ eſſe uidentur actus:ut terra in mediū locū mundi ad pares angulos fert: quia grauis.Contra ignis in cœleſtē locū:rectis lineis:ſubuolat:qa leuis. Nec igitur p̄ter naturā extraue: neq; uiolēter cōiūcta rebus neceſſitas eſt: ſed ſuopte qbuſq; nutu īgenioq;:& ut ita loquar:ſponte natu ræ.Videt.n.de ſubſtātia ipſa:& naturali quoiuſq; tēperatura euenire.Violenta uero p̄ter naturā:p̄terq; nutū extrīſecus afferūtur.Molitur āt natura qcqd molit. Fere dixerim aliquoius gratia.Molitur inq: qa gratia finis molitur.Qui aut bonus ſit aut bonus eē uideat:a fortuna temere oīa.Nihil ꝓuenit ali/ quoius gratia:ēt ſi ī rebus illis conſiſtat:quæ aliquoius gratia initæ īſtitutæq; fuerīt.Tunc.n.qd cōmiſ/ ſum fortuito dicitur:quotiens aliter atq; cogitatū eſt cecidit.Putearius fodiens offendit aurum: ſed nō propterea fodiebat ut aurum offenderet: ſed ut æſtuarium faceret.Proceſſit alius ad balneas: debitorē inuenit:recæpit argentum:non tamen egræſſus eſt ut pecuniam referret.Pleraq; etiam ex iis:quæ par tem & intelligentiam fierent: caſu interim fortunaq; prodeunt.Reſtitutus quis ualitudini:ē:potu fri/

gidæ:quam tamen non ad ualitudinem:ſed uoluptatis gratia ſumpſerit. Eodẽmodo caſu defenſa nauis a naufragio eſt:q̃ eã tẽpeſtas aliqua ſtationi tutæ applicuit. Domus certe aut lectica effingi caſu non poteſt. Sed ne omnes quoq; artes fortuna æque participant. Aliæ parcius:aliæ amplius plurimum cõiectura continentur:& ſunt opinabiles. Atq; hæc plura fortaſſe ſunt:q̃ pſens conſideratio poſtulabat.

Quemadmodum effectus coæui cum cauſa demonſtrentur. CAP. XV.

SEmper autem cauſa ea:quæ forma & eſſentiæ ratio eſt:quam magna ex parte pro medio accipi in ſyllogiſmo diximus æquæua rebus ẽ:quarum eſt forma:ſeu illæ iam ſint:ſeu gignãtur futuræue ſint:iis quæ iam ſunt hæret indiuidua. In iis quæ gignũtur: gignitur: cum iis quæ exoleuerunt exoleuit:in iis quæ futura ſunt:futura etiam ipſa eſt. Quamobrem defecit Luna pridie:qa terra iter Solem & Lunam extitit media. Quamobrem deficiet poſtridie:quia exiſtet media. Quamobrem deficit modo:quia exiſtit media. Igitur in his cauſæ cum effectis ſuis inuicẽ reſpõdent:& quaſi pedem pariter ponunt:unde & reciprocantur.

Quemadmodum effectus non coæui cauſam demonſtrent. CAP. XVI.

IN iis uero :quæ ſimul non habentur:ſed cauſæ temporibus præeunt: quales parte plurima ſunt agentes:ut Sardas aggreſſi bello:quod contra Mædos ſuſcæptum eſt: cauſam dedere: & raptores Helenæ:ut Ilium euerteretur:in iis inquam:nec reſponſus ille:nec regreſſus ſeruatur:neq; eadem neceſſitas demonſtrationis deſcendentibus atq; aſcendẽtibus perpetua ẽ: ſed ſi cæptum a cauſa ſit:concluſioni neceſſitas non affertur:ſi ab euentis affertur. Domus ẽ:oportet igitur haberi. Parietes ſunt:oportet igitur fundamenta eſſe iacta. Agamus retro fundaméta:ſunt:igitur & parietes. Parietes ſunt:igitur & domus:non ſequitur.

Quẽadmodum cum hoc poſt hoc oritur:continuatio hæc accipienda ſit. CAP. XVII.

SEd hoc mirum cuipiam illico ſit. Nam ſi quod factum prius eſt:cauſa eius nõ dicitur: quod poſterius factum eſt:quomodo id cõtinuãdæ generationis cauſa fuerit:ideſt ne ſubciſiuus rerum ortus interpollari unq̃ habeat:an tẽpus propterea quod continenti ſerie eſt: uideri facit res:quæ modo fiant:contineri cum factis? Nam omnis generatio in tempore abſoluitur eſſe quicq̃ generatum & factum:generationis conſumatio finiſq; eſt:ut punctus lineæ. Ergo quemadmodum linea inter puncta dirimitur:neq; præterea cum parte quæ conſequitur:continua eſt:ita ſi factum quicq̃ eſſe & generatum notaueris:neceſſe erit generatio inſequens attineri non poſſit cum priore. Nam generatum eſſe aliquid in confinio temporis:& momento contingit. Tempus ex momentis non conſtat:neq; generatio ex iis:quæ quod cum præfatione dixerim ueniæ ſub hoc nomine: generatum eſſe:intelliguntur. Sed hæc ab inſtituto noſtro aliena ſunt. Diligẽtiuſq; de iis in libris de motu egimus:illud manifeſtum eſt in iis:quæ plerunq; eueniunt:ab effectis:ad cauſas:& a poſterioribus ad priora neceſſarium recurſum uideri. Siue.n.generatio eſſet continua:inter effectum & cauſam:ſiue inter poſterius:& prius:media cauſa interueniret. Nunc q; accæptio terminorum cõtinua non eſt: ad immediata procumbit & ceſſat. Si domus ſit:& parietes. Si parietes:fundamenta. Si fundamenta:cementum & lapides. Inter hos trios nihil intercidit.

Quãdo demõſtrationes reciprocæ:circulareſq;:ſingulareſq; locũ habeant. CAP. XVIII.

VErum quom aliqua huiuſmodi habeantur:quæ ſe circuitu quodam inuicem generent: i iis & demonſtratio obambulatoria locũ habebit:quoniã hæc i totũ reciprocãt:ſibiq; mõ cauſæ:modo effecta uicibus ſunt:ita i argumẽtãdo robur & felicitas par:ſiue ab initio:ſiue a ſũma auſpiciũ capias. Terra imbri madida halat uapores:hos ui caloris efferri neceſſe ẽ. Ex his nubẽ cogi oportet:hac coacta imbrificataq; denuo madeſcit terra. Hoc autem eſt id a quo ſumptũ exordium eſt. Res ergo in orbem deducitur. Vno aliquo poſito aliud oritur:quo orto ſubinde aliud naſcitur:quo nato:iterum ad originem reſilitur.

Effecta quæ maiore ex parte eueniant:probari per media eiuſdẽ generis. CAP. XIX.

SAne habitus hic maxime cernitur i iis:quæ ꝓpetuo ac neceſſario generãtur. In qbus.n.neceſſarius ẽ circularis motus:i iis & demõſtratio circularis neceſſaria ẽ:i his uero:quæ fere:ac ꝓpenſius euadũt:directa ratiocinatio ẽ. Nec ab utralibet pte initur:ut dictũ eſt:ſed a conſequẽtibus tãtũ. Atq; in iis media quoq; ipſa ex eodem genere coniuga & quaſi popularia adhibere oportet:ideſt quæ plurimum fieri ſoleant:& poſſibilia non neceſſaria ſint.

Quemadmodum finitio indiuiduæ ſpeciei inueſtiganda ſit. CAP. XX.

SEd redeundũ unde abſceſſimus. Quom definitio demõſtratione confirmari nõ poſſit:p demõſtrationẽ reddi euidens poſſit:inueniẽda nobis aliqua ratio eſt:qua uenari eã ueſtigareq; facile ſit. Ex iis quæ in eo:quod rei eẽ ẽ:adſunt cõia:q̃dã extendunt ultra genus naturæ eius:q̃ ſumit finiẽda:quædã citra cõſiſtũt. Ineſt ternario aliqd eẽ. Eſt.n.numerus. Ineſt iparitas: ſed ipſum eẽ ſupra ẽ:q̃ numerus & q̃ natura ternarii. Nã & aliæ res dicunt eẽ:quæ numeri nõ ſunt. Imparitas citra eſt:quia tantum ad naturam numeri pertinet. Adeſt quinario:adeſt ſeptẽnario:adeſt nonario: & cæteris eius formæ:quibus omnibus numerus ineſt cõmunis. Reponere igitur ac reſiligere prædicata tot oportet:quot iuncta non excedant id quod finire uolumus: etiam ſi ſeorſum ſingula in plus ualeant. Ineſt ternario numerus:ineſt imparitas:ineſt ut primus imparium ſit:atq; hoc bifariam: & q; eum numerus alius non metitur: & q; in numeros alios referri aut reſolui non poteſt. Hæc igitur definitio termini eſt. Numerus impar primus incompoſituſq; dupliciter. Harum conditionum prior

omni numero impari promiſcua eſt. Poſterior binario. Propria utraq; nulli extra q̃ ternario. Quã uero hic ſit finis ternario liq̃bit: ſi conſtitutum ſit definitionem ineſſe rei: quoius eſt neceſſario: & ſoli: quorũ utrũq; certiſſimum ẽ. Neceſſario: quia quæcũq; in definitione ſunt: in ſubſtantia prædicantur: quæ in ſubſtantia prædicantur: uniuerſalia & neceſſaria ſint neceſſe eſt. Soli: nam da non ſoli: erit ergo genus & inerit pluribus. Sed credo quibus definitio inerit ternarii: quæ nõ ſint ternarii. Ergo huiuſmodi oratio definitio eſt: & quod eſt eſſe rei ſignificat. Eodem collectu definitio hominis ſarcitur: animal rationale mortale: uel animal bipes inceſſile. Atq; hic modus finiendis indiuiduis ſpeciebus cuſtodiri debet.

Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit. CAP. XXI.

GEneribus autem iis: quæ ī ſpecies alias ſoluuntur: ſpargunturq;: definiendis: uia hæc ſeruabitur. Primũ ſummẽdæ ſunt oẽs eius generis ſpecies īdiuiduæ: ut numeri ternarius: binarius cæteræ formæ. Fingamus. n. has eſſe ultimas ſpecies numeri: uel q̃uis alia. Item oĩs ſpecies lineæ quæ ſint recta circũiens linea. Oẽs ſpecies anguli quæ ſint acutus retuſus directus. Deīde harum ſpecieꝝ definitiões promẽdæ: ut paulo ante præcepimus. Tũ ſumenda legẽdaq; omnia: quæ ſint ſpeciebus iis quæ definiantur: cõmunia. Quid eſt linea recta? Longitudo citra latitudinem: quoius puncta media non prominent ab extremis. Quid eſt linea circũducta? Lõgitudo citra latitudinem: ad quoius ſummum lineæ omnes a centro ductæ ſunt pares? Quid eſt linea? linea? Longitudo citra latitudinem flexuoſa. In omnibus itaq; finitionibus linearum: longitudo citra latitudinem ut quiddam cõmune ponitur. Hoc reponendum: deinde redeundum ad lineam: & in quo ex decem principiis ſit: q̃rendũ: & quoniam in quãtitatis genere eſt. Hoc ſumendũ & cũ illo cõī: quod in definitionibus omniũ ſpecierũ cõperimus: iungendũ: ita definitio lineæ tota hæc fuerit. Linea eſt quantitas citra latitudinẽ lõga. Nam genus ſummũ cũ iis quæ oĩbus ſpẽbus communiter īſunt: definitionem generis citerioris cõſtituit. Ea. n. cõmunia ſumenda: quæ ſupra non ſint: q̃ genus quod definitur: & quia ſupra nõ ſunt: ſoli generi propriũ qddã efficiũt: nã genus ex ſpeciebus ſuis conſtat: & quemadmodum genera per ſuas ſpecies ſunt: ita quæ generi inſunt: per ſpẽs ineſſe putãdum eſt. Principia ergo definiendi finitiones ſpecierum ſimplicium ſunt. Simplices audio indiuiduas. Id enī quod ſimplex eſt: ubiq; rõnem principii obtinet. Et hic definitionis generũ modus: quotiens ī definitionibus ſpẽrum aliquid continẽt commune. Quotiens uero nihil cõtinetur cõmune: tũ ſcire oportet ſpecies illas ſub uno genere cõpræhendi nõ poſſe. Cauſa exempli. Quid ẽ altitudo animi? Primũ ſumo uirtutis eius ſenſilia: hoc eſt: oẽs qui magno animo memorãtur fuiſſe: Alcibiadẽ: Aiacem: Achillẽ: oĩbus his cõmune illud aderat: iniuriã accæptã īpune abire nõ pati. Sed hic bellando ulciſcebatur: ille obiraſcẽdo: alius ſibi ipſi manũ afferẽdo. Creduntur: & Diogenes: & Socrates magnanimi fuiſſe. Nunquid & hos ī eos magnanimo dixeris: ī quo Achillem? Aiacem? Alcibiadem? Quod iniuriæ īpotentes eſſent? nequaq̃: ſed in eo q; res quæ ī fortuna eẽnt poſitæ: aſpernarentur inſuper haberentq;. Ergo diuerſa in his: & in illis uirtutis huius ratio eſt. Illi propterea magnanimi appellantur: q; notam honoris modice non tulerunt: hi propterea: q; bona fortunæ deſpicata contẽtaq; habuerũt. Nihil ī his uiſitatur cõe. Non ẽ igitur magnaminitas genus: ſed duæ uirtutes ſunt oĩno abiũctæ: ac diſſimiles: ſed q̃ ſocietate ſola noĩs ut cætera omonyma cõuenire uideãtur.

Facilius ſpecies q̃ genera definiri. CAP. XXII.

EX iis delucet: longe facilius ſpeciem indiuiduam finiri: q̃ genus. Ea enim quæ ſingularibus īſunt: communia magis q̃ quæ ſpẽbus perſpicua ſunt. Definitio ſpeciei & ſingularibus. Definitio generis ex ſpeciebus colligitur: ſane. Præterea euidentior ſpeciei q̃ generis a gnominatio omonymaq; eſt. Proinde ſpecies dicitur ſenſuum eſſe. Senſilia facile dignoramus: omonymæ ſunt: nec ne: ut hominem pictum a uero. Agnominatio generum: non niſi per collationem ad ſpecies diſcernitur: ideo animal pictum omonymos animal uocatur: quia homo pictus omonymos homo intelligitur.

Quemadmodum diuiſio utilis finientibus ſit. CAP. XXIII.

SI hæc uera ſunt: expeditius uī finibus quærendis a ſpeciebus incipere ſubireq; colligendo: q̃ a generibus deſcendere diuidendo. Diuiſio certe per differentias generum commodiſſima eſt ad ſumendum: quæ per ſe: & uniuerſaliter prædicatur: quoniam ordine quodam incedit quaſi gradatim: incernendo & ſeligendo quæ per ſe adſint. Semper enim differens generi diuiſo additum: genus integrum conficit. Iterum genus hoc diducendum per differẽtias alias ẽ: idq; uſq; eo perſequi oportet: dum finitio e duabus rebus perfecta genere & differentia citima coaleſcat. Dixi genere: quia omnes ante citimam differentiæ ſi cum genere commitantur: integrum genus unum attollunt. Quod quidem etiam ſi innominatum eſſet: tamen uis in eo generis appareret. Nam & ualeret in plura: & ī eo quod rei eẽ eſt prædicaretur. Modus hic mirifice ad ordinem confert. Nec præterit quicq; eoꝝ quæ ī ſubſtãtia cõtinent. Nã ſemp neceſſe differẽtias maiores priore ſitu diſpõere: neu quæ uellicatim īcõditæ aut ꝓpoſtere adducãt. Quod ſi forma hæc ī diuiſionibus neglecta erit: ſæpe fiet: ut genus nõ ī differẽtias generis: ſed ī alias diſtrahat: ut q aĩal ī totipẽne & ſciſſipenne diuideret: is nõ aĩalis ſed uolatilis differẽtias afferret. Ille aĩalis differentiæ ſunt: uolatile: greſſile: aquatile. Prima igitur in hæc cõmitenda diuiſio ẽ: deinde aĩal uolatile: genus alteꝝ ī totipẽnæ & ſciſſipẽne ſoluendũ. Ac primæ quidem differẽtiæ ī quodq; genus cõueniũt. Aĩalis differentiæ in quodq; aĩal cadũt. Volatilis differentiæ ī totum auitiũ. Piſcis differentiæ ī oẽ piſcitiũ. Hac uia eunti & ordinẽ hunc ſeruãti: nihil prætermittitur: nihil redundat: ſi aggrediaris alia: neceſſe eſt collabare: & inſcienter facias.

Contra Speusippum: q putabat scire oportere oia: eum qui recte finiret. CAP. XXIIII.

VIsum autem Speusippo ē: utiq; non recte: eum qui definiturus sit: scire omnia oportere. Necessarium inquit est: omnes rei differētias teneri: per quas genus id quod definire uelis: a cæteris differat. Hoc nemo assequi potest: q cætera non cognoscat. Primū id nō est necesse oēs differentias sciri: propterea q; infinitæ ab accidentibus trahi possunt. Quibus res eadem speties cōprehensæ iuicem discernuntur. Socrates a Platone: Zuthus a Callia. Quocirca nihil attinet scire has: neq; ad substātiam rei idicandam: neq; ad finitionem earū constituēdam. Deide q genus i differētias propinquas & contrarias diducit: ut aial i rōnale & irrōnale: & pterea cognoscit hoiem i altero mēbro diuisionis reponi: & sumit rōnale: non illico necesse est eum scire: quæcūq; sub irrōnale: quod alterū membrum distributionis est cadunt. Nam abūdanter scitur: hoiem esse aial rōnale: si itelligitur: sub altero discrimine contineri posse. Rursum aial rōnale: aliud mortale: aliud imortale. Sumatur mortale: nihil necesse præterea est: ut quæ imortalia dicantur: quærere laboremus. Ergo hæc oro speciei: quæ comitatu differentium oium sæpta exaggerataq; est: definitio substantiæ appellatur. Illud adeo nō potest dici: quom speciem differemus sub altera obuersarum necessario comprehēdi. Sumptum id esse utiq; non confessum. Nihil enī æque perspicuum est: q; si differentiæ generis proximæ iunctæq; afferantur. Et quæ ita iuxtum ex altera parte adhibitæ respondentesq; sint: ut nihil medio spacio hiet: speciem i altera earum includi.

Tria præcepta diuisionum. CAP. XXV.

PLane i diuisionibus: quæ ad finitionum momenta pertinent: triplex obseruatio necessaria ē. Primum sumenda sunt: quæ quacunq; de re: quam finimus dicuntur prædicatione qd sit: ut genera & species: cum qbus differentiæ eorum sciscendæ. Idq; ex Topicis petendum. Nā quemadmodum loci sunt: qbus accidens qcquam: sit nec ne: discernitur: ita sunt: qbus genera & differentiæ substantiales noscuntur. Alterum præceptum est ut differentiæ collocentur & digerātur i seriem. Hoc fiet: si maiores quasq; loco priore constituas. Tertium est: ut diuisio usq; eo euadat: dū perueniatur ad ultimam spēm: quæ ultra concidi non possit: & dum proprium qddam ex oibus exeat: quod i aliam rē nequeat transferri. Oronem his rebus ac præsidiis ornatam expromittere poterimus absolutā esse finitionē: ut quæ i eo quod rei esse est: prædicetur: & cū eo quod finiendū sit quadret.

Solum uniuersalia definiri. CAP. XXVI.

SEmper autem definitio uniuersalium est: quemadmodum ois & disciplina & ars. Medicus ualentia spectat non huius oculi: sed simpliciter speciei: & simpliciter oculi. Sicut uero in demonstrationibus primum id curari debet: ut cōclusio seria sit: ita i definitiōibus: ut res quæ definitur: fiat conspectissima. Obscuritatis multæ sunt causæ. Præcipua ea quæ i assignatiōe differentiarum potest contigere. Quapropter quærendis iis caute & solicite uersari oportet: quia communes pluribus sunt. Definitio quemadmodum per demonstrationem euidens fieret: & quemadmodum uestigari haberet: executi affatim sumus.

Ex ratione diuisionum: & commentatione dissectionum: uberem copiam dissoluendis quæstionibus comparari. CAP. XXVII.

AT uero facile sit: causam qobrē qcq; est: reddere & quærentibus de nobis: qcquam: abunder occurrere: & ratio diuidendi & dissectionum commentatio i promptu habenda: quā nobis primus Aristoteles perscripsit. Si enī quæ propriæ singulis generibus sunt dissectiones nossemus: suppeditaretur nobis ad sciēdum quod quæq; res sit: mirabilis copia. Nā ea quæ: generibus oibus isunt communia: p ea quæ sigillatim habent: exqrere est. Verbi gratia: in aiali aiatum & sensibile per distributiones sciunt. Quom. n. substantiam per aiantē & inaiantē diuiseris: tū cōperies animal i substantiam aiantē referri. Denuo quom substantiā aiantem i sensibilē & insensibilē solueris: tum itelliges aial in substantiam sensibilē reponi. Hæc per diuisiōes noscunt. Per anatomē uero. i. membrorū cōsectionē itellectū ē: oē aial ex humidis & siccis cōstare. Eadē ratio ad singulas spēs accōmodata magno usui erit. Proide & piscē proscidere: & auē exdorsare utile fuerit iis: qui cōmunia piscibus & auibus uolūt excipere. Quāobrem quædam cōmunia ex diuisione summi generis: quædam ex dissectione ista sumentur: qui hæc ad manū habuerit: causas plurimasq; rerū cognoscere & reddere poterit. Oia namq; quæ in genere uniuerso insunt: per ipsum genus in species quoq; transeunt. Quamobrem scissipenne animal gallinaceus est? quia uolucris. Quamobrem caret pulmōe glanis? qa piscis. Quod si genus non habet nomen: tamen effectio aliqua deprēdi pōt: quæ compluribus ex natura sit communis: ut cornigerū esse: ex hac quæ sequunt adiunctaq; sunt spectanda. Primū est omasum habere. Est autē omasum boum & ruminantium uenter: alterq; est primoribus maxillæ superioribus dentibus carere. Hæc ex anatome colliguntur. Rursum qbus contingit cornuta eē: ceruis: bubus: capris: iis illa inesse necesse ē: quæ ex hoc q; cornua habentur: sequi solent. Illud ergo fuerit medium. Si quærat qobrem bos omasum habet? quia cornigerum aial est: qobrē ceruo uita lōga? qa uacat felle. Sed & hoc medium ex dissectione sumptum est: quod uero ex medio consequitur accidit medio. Accidit & iis quoq; communis affectio ē. Medium igitur modo per consectionem: modo per diuisionem accipitur. Sūt & quæ p portione sola cōia sint: ut spina: os sæpium. Est autem sæpium quidam insitum sæpiis ualidiusculum: latiusculumq; fungosum ac friabille: inter spinam & os: naturam mediam referens. Hæc seligere oportet: ut quæstionibus in hoc genere propositis respondere in promptu quoiq; sit.

Quæ ſint eædem quæſtiones. CAP. XXVIII.

QVæſtiones autem eædem dicuntur:quæ idem medium continent: & quibus eadem ratio ſatiſfacit.Quamobrem lapis magnes trahit?quamobrem electrum?Quamobrem cucurbicula medicinalis?horum omnium ut Platoni placet cauſa eſt:reciprocatio:ſic enim antiperiſtaſim uoco.Idem medium uel ſpetie intelligi uolo:uel genere.Spetie idē in exemplo ſuperiore eſt.Nam tria illa mira reciprocationi aeris tribuunt.Genere hoc modo.Quāobrem echo redditur?q̄obrem aſpicientes in ſpeculum formam ſuam agnoſcūt?Quamobrem arcus cœleſtis fit? Oīa hæc per refractionem & diſſultationem contingunt.Aeris echo obtutius repræſentatio radiorum arcus.Quæſtiones igitur inter ſe eodem:quo & media:diſcrimine different.Ita aliquæ ſpetie:aliquæ genere conſentient.

Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtionibus contineri. CAP. XXIX.

ESt & modus alius:quo inter ſe quæſtiones multæ conueniunt:ut cum cauſa unius quæſtionis ab alterius pendet:& continetur ſub illa.Verbi gratia:quamobrem Nilus torrentior ab Idibus uidetur.Quia menſis quomodo exit hyemantior eſt.Atq; hæc una eſt quæſtio:quāobrem hyemantior eſt menſis:quomodo exit:quia luna tum decreſcit:& collucere deſinit: hæ duæ quæſtiones diluuntur cauſa una fere.i.coitu ſolis:ſed intereſt:q; coitus proxima ratio ē:quod luna iterlunis collucere deſinat.Remota:quod menſis uergens hyemātior ſit,Remotiſſima:quod mē ſe prono fluuius concitatis & properantibus aquis uehatur.

Demonſtrationes ex reciprocis conſtare. CAP. XXX.

AD hæc ambigat quiſpiam de cā:& eo quoius eſt cā.Cām ipſum mediū uoco.Id quoius ē cā cōcluſionē.Quēadmodum medio allato ponitur cōcluſio.Ecquid ī cōtrariū cōmeet cōcluſione poſita:uti mediū afferat::piculoſum id uideri:ne oīs demōſtratio redux & reciproca euadat.Deficit luna:qa īterponit terra.Interponitur terra:quia deficit luna. Sed quēadmodum ſubabſurda res eſt:demōſtrationem conſtituere ex retortis:atq; iis quæ inuicem probētur.Ita demōſtratio putāda non eſt:quæ nullo modo aut ex cā:aut ex aliquo:quod cogitatiōe prius ſit:ducatur. Nam lunam deficere:non eſt cā quod terra ſe mediam oggerat:ſed poteſt eſſe concluſionis:utiq; rei nō poteſt.Atq; hoc latiſſime patet:q̄doqdem defectus lunæ in definitione terræ:aut interpoſitionis illius non ponitur.Contra in definitionē defectus:terra & interpoſitio eius ingreditur. Quod ſi nō recipro/carentur:ſed concluſio ſemper effectibus mandaretur:medium cauſis:neceſſe eſſet plura media:& plures cauſas haberi eiuſdem concluſionis:quod fieri non poteſt.Porro tam effecta q̄ cauſæ in demonſtrationibus uicem uniuerſalium cauſarumq; obtinent:& tum hæc:tum illa in ſubiecto genere continentur.Quamobrem decidua arboribus folia ſunt:ſiue cauſam afferras:amplitudinē foliorū:ſiue īopiam humoris calidi:uterq; ordo ſtabit.Quæ defrōdeſcunt earūdem folia exilitate caloris humidi contrahi & quarum folia contrahuntur:eaſdem frondes dimittere.Nullum autem incommodum ſuſcipitur: ſi cauſa talis cū ſua concluſione retorqueri dicatur.Nec.n.eadem ratio utrinq; reciprocādi ē: ſed quom ab euentis ad cām ſubitur:ſyllogiſmus tantū uocatur:quom e cōtrario eſt: abſoluta demonſtratio dicitur.Sane media plura:& cauſæ plures eiuſdē rei eſſe:niſi per accidens nō poſſunt.In quo genere demonſtratio a ſignis & ex accidenti proficiſcitur.Quamobrem folia decidunt arboribus?q̄ contrahūtur & obareſcunt.Vnde ortum incendium eſt?Ex reliquiis cineꝝ aut carbonū.Sed dictum ſæpe eſt:demonſtrationes hac forma deminutas imperfectaſq; eſſe:atq; in iis media:non cās rei:ſed cōplexionis ītelligi. Explodenda igitur ab iſtitutione noſtra hæc ſunt:ſed præcipue quæ per accidens conſtāt:ut ex qbus īterrogationes ſcitæ afformari nō poſſint.Nemo.n.quærit quāobrem arbuſta nigra:aut uitis pulla:aut ſuffulta platanus folia deperdant.Sed ſimpliciter quamobrem arbores nudētur.Huius rei una eſt omnibus arboribus cauſa:& merito.Cauſa enim quod folia amittant:definitio eſt: & eſſentia illius caſus: quæ nihil aliud eſt:q̄ contractio humidi.Quemadmodum cauſa defectus lunæ: nihil aliud eſt: quam īteruentus terræ.

Medium ſequi conditionem maioris extremitatis. CAP. XXXI.

IN demonſtrationibus ex iis terminis:qui in concluſione collocantur:maior extremitas dicitur:quoius cauſa medium eſt:minor extremitas:quoi medium cauſa eſt:medium:ipſa iam cauſa.Ratio igitur maioris extremitatis:quæ in concluſione ponitur:medium eſt:quo circa maiori extremitati reſpondere medium oportet:ut ſi omonyma:ideſt cognominis hæc ſit: omonymum:& medium ſumatur:ſi ad proportionem:ſimilis: ideſt analoga:eodem modo & mediū ad proportionem ſimile afferatur.

Quemadmodum reciprocent ſubiectum & affectio. CAP. XXXII.

DE reciprocatione autē cauſæ: & eius quoius eſt cā: & eius quoi eſt cā:ita res habet. Voco id quoi eſt cauſa ſubiectū:arboré:uitē:ficū.Id quoius eſt cā: affectionē.Defrōdeſcere:cām: humorem cōtrahi:aut quiduis aliud.Dictū ē ſupra cām:& id quoius eſt cā inuicem cōmutari: ſi eiuſmodi ſint:ut definitio cauſa ſit:id qđ definitur effectū. Nūc quemadmodū reciprocet cum ſubiecto:breuiter explicādum uideſ.Si ex genere ſubiecto ſingulare aliquod & ſenſile adhibueris: locum reciprocatio nō habebit:ut ſi quæſieris q̄obrem ficus:aut morus folia dimittāt. Nam dimittere folia & humoré:inopia caloris cōſiſtere:affectiones ſunt amplius fuſæ:q̄ ut commeare poſſint cum ficu:aut uitæ.Sin uero arbores in cōmune attuleris:qbus folia decidunt:tū reciprocatio & coæquatio ſe/

ria:& incolumis fuerit.Oportet igitur id ſciri:quod omnibus arboribus:quæ amittunt folia:ineſt cõ/muniter:ut ex eo id ſumamus:quod ſubiectum huius affectionis ſit:de quo nectenda ſit quæſtio: quã/obrem.Huic enim primo cauſa inerit:medium:& quod plus eſt:inuicem commeabunt.Obſeruatum eſt non cadere arboribus folia:niſi quibus illa ſint lata:cum hoc & cã ipſa & id:quoius cã ẽ reciprocat.

Eiuſdem effecti plura eſſe media:ſed non prima omnia. CAP. XXXIII.

SVnt autem in quæſtionibus iis termini quattuor:decidere folia:ſuccum concreſcere:latiſolium eſſe ficus.Duo ſunt extremi:duo ſunt medii:ſed unus ſubiecto propior & ſubiecto cõ/munior:alter prædicato affinior:cum quo:& reciprocat. In iis igitur:quorum media plura ſunt:utrum eorum cauſam dixeris:quod de ſubiecto prædicent̃ affectio:nimirum id quod iunctius ſubiecto eſt:quia per hoc ineſt & remotius.Verbi gratia:ficum eſſe latifolium : potius cauſa eſt:quod ei folia decidant:quoniam per hanc habetur alia cauſa in fieri:quæ eſt ſuccum cõſiſtere: inare/ſcereq;.Dicat aliquis clariſſime uideri plura eſſe in quibuſdam eiuſdem rei media. Nam in commune cauſa deliquii:& interuentus Lunæ in Sole:& interuentus terræ in Luna,Certe plures finitiones eiuſ/dem rei afferri non poſſunt:nominis poſſunt.

De habitu principiorum : & quemadmodum cognitio uniuerſalium in homine pa/riatur. CAP. XXXIIII.

DE demonſtratione dictum eſt ut conſter:dictum etiam de ſciẽtia demoſtrãdi :quoius opus demonſtratio eſt.Nunc de principiis eius quemadmodum cognitio eorum ingeneretur in nobis:& qui habitus ſit:quo illa innoſcantur diſſeremus.Sed antequã deſcẽdimus:purgãda quædam:& amoliẽda:quæ uidẽtur obſtare.Neceſſe ẽ prima prĩcipia aut cognoſci a nobis dicere:aut non cognoſci:ſi cognoſcimus:aut demõſtratione:aut alia uia cognoſcimus.Itẽ aut ſciẽtia:aut uirtute oĩno aliqua:pleraq;.n.ſciri p demõſtrationẽ nõ poſſunt:quæ nihilomĩus ſciunt̃ ut finitiões.Sci/ri certe prĩcipia demõſtrationis:neceſſe ẽ eũ qui ſcire uult:quæ de prĩcipiis oriũtur:idq; ſupra & proba/uimus.Nec illud prætermiſſimus prĩcipia demõſtrandi:demõſtratione oſtendi non poſſe . Videamus nũc:ecquid horũ:quæ prima ĩmediataq; ſunt : ſciẽtia ſaltẽ aliqua:aut potẽtia ſit:ſed a quæſtiõe illa ini/tium capiamus:prĩcipia hæc iam ĩde ab ortu noſtro iſignita ĩpræſſaq; aĩo ſint:qdẽ:ſed lateant.An uero tũ demum quom adulti iã ſumus percipi a nobis:cognoſciq; ſoleãt:& Hercules iſita illa ĩ nobis aliquã/do eſſe:nec intelligi:nõ põt defendi:qa quẽadmodum demõſtrationẽ tenere nemo põt:ſi tenere ſe igno/ret:ita nec ſcire prĩcipia q ſcire ſe neſciat:tãto præſertim exqſitiore hoꝝ noticia q̃ demõſtratiõis . Altera adeo pars:quæ uult principiorum noticiam:progredientibus & confirmatis ætatibus alui . Diſſenta/nea a nobis eſt:qui ſtatuimus omnem doctrinam diſciplinaq;:ex præſumptis quibuſdam & ante per/ceptis exiſtere.Nihil.n. principio ſupius priuſue eſt.Hæc ſunt quæ controuerſiam pariunt:nec diſſolui poſſunt niſi uis animæ aliqua inueniatur:quæ prima inter cæteras cognoſcat. Et a qua principiorum intelligentia originem habeat.Ac uidetur quidem hæc omnibus animalibus data:quippe quibus inne/xa ſit diſcernendi quædã:iudicandiq; ratio.Sed quãuis omne animal inſtructum ſenſibus ſit :nõ tamẽ iuditio æque ualet omne.Sunt enim ex iis alia:quæ abiuncto ſenſili ſpectrum eius diutius ſeruant: alia quæ non ſeruant.Eorum quæ non ſeruant:quædam omnino non ſeruant:ut muſcæ:uermiculi : culi/ces:quædam exilites:ut brutorum & auicularum:nonnullæ:quæ cantibus:quos audiunt: inſueſcunt. Ea in quorum animis res ſenſibus percæptæ non manſitant:nihil ſine ſenſu cognoſcunt.At quibus di/greſſo ſenſili imago eius inſculpitur:ut ſi Socrate abeunte formam eius detineant animo:poteſt iis alia cognitio:q̃ quæ per ſenſum accipitur:contingere:atq; hæc ĩ animalibus imperfectis memoria dicitur: quoius id officium modo eſt:ut ſimulachrum rei eius:quæ accæpta ſenſibus eſt:ĩ theſauro ſuo diu cu/ſtodiat.Quædam præter hoc & connectere:quæ in memoria condiderint:poſſunt & ſimilia ſimilibus conferre.Quod genus rationalia perfectaq; ſunt.De ſenſu itaq; proficiſcitur memoria:ut dictum ẽ:de memoria oritur peritia & experientia:utiq; ſi de aliqua re ſæpius agitatum cogitatumq; ſit.Nam me/moriæ ut ita loquar multæ una exit experientia.Hoc enim quod fel diſcutit: primum ſenſu percipio: ueratrum eſſe:deinde & ſecordor:iterum ſentio:& iterum uſum eius agnoſco:& iterum memini . Si/mul hoc periculum ſæpius fecero : tum ex pluribus ſenſionibus memoria una coaleſcit: & ex memo/riis multis peritia hæc conſurgit:ut ſcientia ueratrum bilem trahere.Hæc peritia ĩ dies accreſcit: ſenſu: experimentis:memoria:confirmatur.Tandem enuntiatum uniuerſale reponitur:idq; ĩ anima obma/net:tale omne ueratrum purgat.

Vniuerſale a ſenſu ortum habere:& ab intellectu formari. CAP. XXXV.

MNiuerſale autem notio eſt quædam in ſingularibus reperta & ad plures differentias ptinẽs. Hæc initium artis & ſcientiæ omnis eſt artis:ſi circa ea ſit:quæ oriuntur & occidunt ſcien/tiæ:ſi circa his contraria.Neq; igitur iam inde ab initio uitæ principia ſciuimus:alioquĩ per/fecti abſolutiq; naſceremur.Neq; item ab alia potentia priore præſtantioreue: oriũtur hæc. Alioquin confitendum haberemus:aliquid prænoſci ante principia:ſed a ſenſu & memoria congregã/tur.Nam quemadmodum inclinato exercitu fuſoq;:ſi unus aliquis reſiſtere incipiat : ſæpe fit ut alius primum:deinde alius:atq; alius conuolet.Demum globo facto:& fauore multorum addito animo:to/ta acies iterat pugnam:& redintegrat prœlium.Ita de ſimulacris dicendum:& reliquiis inhærentibus earum rerum:quæ ſenſu hauriuntur:primo ueſtigio ſecundũ allinitur:ſecundo tertiũ nectit̃:ab iis alia confluũt:corrogãturq;:de qbus poſtremo ulĩs q̃dã nocio conualeſcit,Hæc.n.aĩæ acrimonia ẽ:ut etiam

ſi genera:quæ accidunt ſenſibus continenter laborentur & fluerent:tamen ſimilitudines eorum excipere & memoria continere poſſit:& quod in ſingularibus commune uniuerſaleq; eſt:deprehendere notareq;.Nam & ſenſus hoc percipit.Quotiens enim Socratem quis agnoſcit:ſenſu:una & hominem agnoſcit:in Socrate.Et qui hoc rubens:hoc candidum uidet: ſimul & rubens & candidum uidet: nec quiſquam eſt qui Calliam & hominem:ut eandem omnino rem ſentiat.Alioquin ſicut non ẽ niſi unus Callias:ita uidere nõ poſſe alium hominem niſi Calliam.Sed quom Socratem uidet:uidet in Socrate id quod in aliis quoq; hominibus ſimile cõmuneq; ineſt.Quare ad quẽdam modum uniuerſale ſenſu percipitur:non tamen ſeorſum a ſingulari:ſed obiter ſubindeq;.Alia quippe uis ẽ:qua ſenſu circa ſua incidẽtia ſubiectaq; occupato:ipſa unum ex multis rimatur:indifferens:ex differẽtibus:idem ex diuerſis:promiſcuum ex impromiſcuis colligat:hominem:ex Ariſtone & Callia:animal:ex homine & leone: ſubſtantiam: ex animali & planta.Durat enim aſcenſus hic:uſq; eo:dum multa ĩ aliquid:quod unũ omnino ſimplexq; ſit reducamus referamuſq; & tanquam religemus:

Quemadmodum uniuerſale per inductionem accipi intelligendũ ſit. CAP. XXXVI.

QVamobrem modus quo uniuerſale conſtituitur:cognoſciturq; inductio eſt. Inductionem accipio hac parte aggreſſionem illam rationemq;:per q̃ ex noticia particularium ut cũq; ad intelligentiam uniuerſalis uenitur.Huius rationis aſſumptiones:ipſi erunt ſenſus.Nam ſenſus quoque principia & cauſæ ſunt ut ſingularia noſcitentur. Vniuerſale mentis opus eſt & ab ea effingitur.Huic enim proprium unire & cogere eſt:atq; ut inquit Plato infinibila fini obſtringere.Diuidit illa componitq;:pluribus modis conuariat:atq; commutat:omnino agilis & permobilis natura eius deprehenditur.Porro inductionis huius in qua ſenſus uicem optinet ſumptorum:uniuerſale concluſionis:non ſtatim a ſumptis concluſio ſæquitur:nec paruo tẽpore abſoluitur: ſed iter ſumpta & complexionem aliquanta uis incidit temporis.Nam ſumpta illico afformare ĩcipit ſenſus:ſed quom proceſſit admodum:ac diu exercitus eſt:tum ea uis animi quæ intellectus nominatur: cõcluſionẽ ipſã ſubiungit.In hoc autem opus eſt ætate longa & uiſu multo:quia quod effuſum ſparſumq; eſt:niſi ſpatio temporis cogi:& in unum conferri non poteſt.

Principia in nobis non natura eſſe inſita:ſed creari ab intellectu. CAP. XXXVII.

SEd adeo paulatim ſenſimq; aſſuitur inductio hæc:ut continuatiõe ipſa lateat:unde orta perfectaq; ſit.Quapropter contingit multos credere naturam homini noticias quaſdam ingenuiſſe ſine doctrina:nec intellectum eſſe:qui de ſe illas promeret excitaretq;:quod falſum ẽ. Quam uero hæc ſola uis animæ ſit:quæ uniuerſales & immediatas propoſitiones commuiat:hinc docebimur.Habituum qui ad intelligentiam pertinent:alii ſemper ueri:alii nõ ſemper ſunt Non ſemper ueri opinio & ratiocinatio:uterq; enim earum rerum eſt:quæ aliter eſſe poſſunt ac ſunt. Sed opinio fere ſpectatiui generis eſt:ratiocinatio adminiſtratiui.Veri ſemper ſunt: ſcientia & intellectus:& ſcientia principiorum non eſt.Nam ſcientia eſt noticia per demonſtrationem quæſita:relinquitur intellectum eſſe quoi principia debeantur.Nam principia exactius & exquiſitius cognoſci:q̃ quæ a principiis ſunt oportet.Solus intellectus exquiſitior omni ſcientia eſt.Intellectus igitur hic:qui principia ſcientiis miniſtrat:quem primum natura indidit homini:& qui intellectus potentiæ dicitur: ſimpliciſſimus ſit oportet.Hic ceu animæ oculus eſt.Hic initio uitæ iudicio & ratione omni caret.Per hũc homo ſtatim ab ortu ſuo rationale animal natura exiſtit.Hic nobiſcum ab ineunte ætate ad obeuntem ſenectam augetur: prouehiturq;.Primum notiones ſimplices capit:quas terminos uocamus & incompoſitas uoces:quæ prima orationis tanquam elementa ſunt.Nam hominem:terram:algidum: candidum:ſtatim a pueris efferre:& audita ab aliis in complexu intelligere poſſumus. Deinde quom paulũ proceſſimus:tum & progrediens confirmatur animus:& ſimplicia ĩcipit nectere:& qd ſit homo agnoſcere.Adhuc proficiſcente longius ætate:quaſi adultior fit:ut iam & conflare uniuerſalia & commenta ri a ſe poſſit.Nec ceſſat profectus:quouſq; ad expletionem quandam & abſolutionem naturæ ꝓueniat: & habitum intellectualem:per quem ratiõale animal ſumus:attollat. Ac certe accidit ſimile quiddam animo:quod corpori:nam paruuli primo ſic iacent:ut neq; flectere ſe: neq; ingredi ualeant. Deinde ut quadrupedes reptant:tum erigunt ſe:& incedunt ut bipedes:nec indigent comite:qui manũ det:adeo uero promouent hoc proceſſu:ut iam:& ad curſum uegeti:& ad omnes uſus corporis firmi robuſtiq; ſint.Eodem modo animus primum nominare tantum res poteſt:& intelligere quæ nominat. Tũ cõponere & meditari.Poſtremo uniuerſalia quædam iudicia & notiones ſcrutatur:quas ꝓtinuſq; elicuit: in ſe ipſo deponit atq; conſignat.

Intellectum eſſe habitum principiorum:quemadmodum ſcia habitus eſt ſcitorum. CAP. XXXVIII.

INtellectus igitur principium ſcientiæ eſt.Principio utique principiorum noticia tribuenda ſubiciendaq; eſt.Quemadmodum ſcientiæ omnia:quæ ſciri per demõſtrationem poſſunt: ita enim principium ad principium ſe habet: ſicut ſcientia tota: ad totum id: quod ſubiectum ſcientiæ eſt.

Anteq̄ qd ſciaſ̄ p̄noſcere aliqd oportere. Cap.i.
Duas eſſe p̄notiones ut ſit & qd ſit. Cap.ii.
Concluſionē anteq̄ demonſtratiōes par/ tim ſciri:partim neſciri. Cap.iii.
Quid ſit ſcire:& qd ſit demonſtratio. Cap.iiii.
Quid ſit propoſitio immediata. Cap.v.
Plus credi ꝓpoſitionibus q̄ cōcluſioni. Cap.vi.
Nec ſciri demōſtratiōe oīa nec circulo. Cap.vii.
Neceſſarias eē ꝓpoſitōes ī demōſtratōe. Cap.viii.
Quid ſit dici de omni. Cap.ix.
Quid ſit dici per ſe. Cap.x.
Qui modi eorum:quæ per ſe dicuntur: ad demonſtrationem pertineāt. Cap.xi.
Quid ſit uniuerſaliter dici. Cap.xii.
Quemadmodum circa uniuerſale ī de/ mōſtrando error contingat. Cap.xiii.
In demōſtrationē neceſſaria īgredi. Cap.xiiii.
Quæ ſunt per accidēs demonſtrationis rationem non ingredi. Cap.xv.
Demonſtrationē ex propriis non ex ex/ trariis conſtare. Cap.xvi.
Demōſtrationē nō cōſtare cōmunibus Cap.xvii.
Demōſtratiōis cōcluſionē eē perpetuā. Cap.xviii.
Demonſtrationē nō eſſe caducoꝝ. Cap.xix.
Quid ſit prīcipiū cōmune:quid ꝓpriū. Cap.xx.
Quot modis prīcipia p̄noſcanſ̄. Cpa.xxi.
Differe ꝓloquia a poſtulatis ſubiectio/ nibuſq̄. Cap.xxii.
Qui uſus primorum principioꝝ ī de/ mōſtrationibus ſit. Cap.xxiii.
In q̄bus cōmunicēt ſcīæ: & quēadmo/ dum prīa phīa a dialetica differat. Cap.xxiiii.
An interrogatio aliqua demonſtratio/ ni conueniat. Cap.xxv.
Cōmēdatio Matheſeos:&qd ſit ſyllogiſ/ mū āpliari ī directū:ī latus:p media. Cap.xxvi.
Quēadmodum una ſcīa utraq̄ demō/ ſtratione utaſ̄:& quāobrem ut ſit. Cap.xxvii.
Alius modus:quo ī una ſcīa utraq̄ de/ mōſtratio eſt. Cap.xxviii.
Quēadmodum altera demōſtratio ī altera ſcientia habeatur. Cap.xxix.
Qui modus ſit:quo ī diuerſis ſciētiis demōſtretur ut ſit:& quāobrē ſit. Cap.xxx.
Quæ figura ſyllogiſmi aptiſſima de/ mōſtrātibus ſit. Cap.xxxi.
De ſyllogiſmo īperitiæ ignorantiæue. Cap.xxxii.
Quēadmodum ſyllogiſmo imperitiæ occurratur. Cap.xxxiii.
Abolito ſenſu aliquo:ſcientiam illius ſenſus aboleri. Cap.xxxiiii.
Quid ſit p̄dicari p aliud:ſeu p accidēs. Cap.xxxv.
An demōſtratiōes ī ifinitū euadāt. Cap.xxxvi.
Infinita nō eē media:& ſi ī affirmatīs hoc uerum:in priuatiuis ueꝝ. Cap.xxxvii.
Terminos p̄dicatos ifinitos nō eē rō/ nibus logicis probatur. Cap.xxxviii.
De eodē rōnibus ꝓpriis:terminoſq̄ ſubiectos nō exire in īmenſum. Cap.xxxix.
Demonſtrationem uniuerſalem præ/ ſtare particulari. Cap.xl.
Demonſtrationem affirmatiuam p̄/ ſtare negatiuæ. Cap.xli.
Demonſtrationem a ſſertoriā potiorem eē ducēte ad incōmodum. Cap.xlii.
Quot modis ſciētia prior & certior alia ſit.Item quæ una:q̄ diuerſa. Cap.xliii.
Plures demōſtrationes eiuſdē rei eē. Cap.xliiii.
Fortuita non ſciri. Cap.xlv.
Senſum non eſſe ſcientiam. Cap.xlvi.
Non oīum eadem principia eſſe. Cap.xlvii.
Scientiā differe ab opinione rebus ſubie ctis. Cap.xlviii.
Scientiam differe ab opinione genere approbandi. Cap.xlix.
Quid ſolertia ſit. Cap.L.

TABVLA SECVNDI LIBRI.

Quattuor eſſe quæſtiones. Cap.i.
In oībus q̄ſtionibus cām quæri. Cap.ii.
Non eſſe eiuſdem oīno demōſtrationē finitionemq̄. Cap.iii.
Non poſſe demōſtrari finitionē p ſyllo/ giſmum duplantem. Cap.iiii.
Non poſſe definitionem probari p ſyllo giſmum diuidentem. Cap.v.
Diuiſionē confere ad finiendū. Cap.vi.
Per ſyllogiſmum finitiuū non ꝓbari fi/ nitionem. Cap.vii.
Neq̄ a contrariis:neq̄ p inductionem ꝓbari finitionem. Cap.viii.
In uniuerſum finitionem demonſtrari nō poſſe. Cap.ix.
Quātū aliqd ualet ad demōſtrandū rē eē:tātū ualet ad demōſtrādū qd ſit res.Ité demōſtra tione nō ſciri finitionē:ſed īnoteſcere. Cap.x.
Quæ cām nō habēt:eoꝝ finitionē nō innoteſcere p demonſtrationem. Cap.xi.
Tres eſſe ſpecies finitionum. Cap.xii.
Quattuor cauſas eē poſſe media demō/ ſtrari. Cap.xiii.
Idē effectus p plures cauſas mōſtraſ̄. Cap.xiiii.
Quemadmodum effectus coæui cum cauſa demonſtrentur. Cap.xv.
Quemadmodum effectus nō coæui cau ſam demonſtrent. Cap.xvi.
Quēadmodū cū hoc poſt hoc oriſ̄:cōti nuatio hæc accipienda ſit. Cap.xvii.
Quādo demōſtratiōes reciprocæ:circu/ lareſq̄:ſingulareſq̄ locū habeant. Cap.xviii.
Effecta quæ maiore ex parte eueniāt: ꝓbari p media eiuſdem generis. Cap.xix.
Quemadmodum finitio indiuiduæ ſpeciei inueſtiganda ſit. Cap.xx.
Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit. Cap.xxi.
Facilius ſpecies q̄ genera definiri. Cap.xxii.
Quēadmodū diuiſio utilis finiētibꝰ ſit. Cap.xxiii.
Cōtra Speuſippū:q putabat ſcire opor/ tere oīa eum qui recte finiret. Cap.xxiiii.
Tria præcepta diuiſionū. Cap.xxv.
Solū uniuerſalia definiri. Cap.xxvi.
Ex ratione diuiſionū:& commentatio/ ne diſſectionum:uberē copiā diſſol/ uēdis quæſtionibus comparari. Cap.xxvii.

Quæ ſint eadem quæſtiones. Cap.xxviii.
Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtionibus contineri. Cap.xxix.
Demonſtratiões ex reciprocis cõſtare. Cap.xxx.
Medium ſequi conditionẽ maioris extremitatis. Cap.xxxi.
Quemadmodũ reciprocẽt ſubiectum & affectio. Cap.xxxii.
Eiuſdẽ effecti plura eſſe media:ſed non pria omnia. Cap.xxxiii.
De habitu principioꝝ:& quẽadmodũ cognitio uniuerſaliũ i hoie uariat. Cap.xxxiiii.
Vniuerſale a ſenſu ortũ habere:& ab intellectu formari. Cap.xxxv.
Quẽadmodum uniuerſale per inductionẽ accipi intelligendũ ſit. Cap.xxxvi.
Principia i nobis nõ natura eſſe inſita ſed creari ab intellectu. Cap.xxxvii.
Intellectũ eẽ habitũ principioꝝ:quẽad modũ ſcia habitus eſt ſcitoꝝ. Cap.xxxviii.

HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI .Z.F.IN PARAPHRASIN PHYSICES THEMISTII:PRAEFATIO AD ANT.GALATHEVM.

PHILOXENVM Eryxidis & Gnathonẽ Siculũ gulæ ꝓceres:ĩmo uero extremos ac perditos gulones cupediuoraſq:ĩfamãt litteræ:q cõuiuiis adhibiti emũgere ſe ĩ pultariis ſoliti eẽnt:ut abſtinẽtibus cæteris:ſoli epulis ampliter fruerent. Idẽ mihi uidẽt peccare:q ſtudia liberaliũ artiũ docere:aut ſcribere ĩgreſſi:uocabulis ſordidis & ex intima plebæi ſermonis fece accæptis:fædant &cõtaminãt oĩa:ut bonis mẽtibus & ꝑclaris ĩgeniis:aut auerſis:aut ꝑterrefactis:ſoli reꝝ potiant:uoluptenterq citra æmulũ. Ita fit:ut q paulo modo humanius educari iſtitutiq ſunt:nõ reformidẽt hæc adeo:ſed fugiãt:oderĩt:deſpuãt. Cõtra rudiſſimus quiſq infantiſſimuſq admoliri manus iis audeat. Quod nõ cõtingeret niſi q (ut in ꝓuerbio ẽ) balbi balbos ĩtelligũt. Ac ſunt qdẽ nõ nulli tã male affecti aĩatiq:ut putẽt q ĩ philoſophia matheſi iuris ſcĩa tractãt: latine dici aut explicari nõ poſſe:nõ tã ꝓp egeſtatẽ lĩguæ:& reꝝ nouitatẽ (ut Lucretio uidẽt) q q ſentiũt humanas litteras q ſi negotiũ faceſſere:& ĩpedimẽto eẽ maioribus doctrinis. In quo alii ẽt ĩportunius ſtolidiuſq affirmãt:pugnãtia eẽ hæc nõ alio genere:q ea q diſparata & cõtraria aĩãtibus dicũt. Proĩde uitio uertũt: ſi qui utrũq aut iũctim cõdiſcat:aut ab eloquẽtiæ ſtudiis ſe ad phĩam cõuertat. Hi ſunt q plauſus mõ ĩ celebritatibus captãt:q ꝓ urbes uehunt cõſpicui:q unicos ſe Ariſtotelis lectores:narratoreſq & credũt & ꝑdicãt. Durius fortaſſe uerbũ q ut uel homo minie iurgioſus ĩmodeſtuſq afferat:uel ut abeẽ ab eo iuidia poſſit Sed fortis fortũa dicẽdum eſt: nihil æq pnitioſum in oĩ repu.ẽ q iſta ꝑſuaſio:nihil tota uita incõmodius ĩdignius:fœdius:q puerſio hæc & deprauatio ſtudioꝝ. Addiceré hoc neceſſariis rebus & teſtibus:ſed nolo eẽ lõgior in re nõ dubia. Illud nõ poſſum tacere:hoc qđ uulgo creditur:philoſophos nõ eẽ rebus gerẽdis aptos:nauoſq nõ aliũde habuiſſe ortũ:q ꝓ ex his plurimi:dũ ſe totos ponũt: in una illa.quoi addicti ſunt arte:aſpernant & deſerũt cætera:eloquẽtiã abdicãt.i.cultũ & elegantiã uitæ: hiſtoriã negligũt.i.magiſtrã & ducẽ bene ac beate uiuẽdi:de q & uſus reꝝ oĩum ꝓuenit:& peritia tota rei publicæ adminiſtrãdæ cõſtituẽdæq pariẽt. Hi cũ legati ad externos mittũt:cũ ꝓtores iuri dicũdo ſedẽt:cũ ĩ ſenatu ſnĩam roganẽt:miꝝ nõ ẽ:ſi aliq̃do ꝑſentibus riſum excutiũt:ſi fatua:ſi delira:ſi extrema deblateràt:ſi tota eoꝝ nõ plus incõpta q ĩprudẽs oratio eſt. Et hercules nullũ hoĩum genus uiſitur tã abhorrẽs a ſenſu cõmuni:tã diſtorto & corrupto iudicio:q q aut philoſophiã:aut ius ciuile ſine litteris cultioribus adierunt. Sed mittamus (obſecro) hos:q nõ uerbis ſed ferula cõmonẽdi eſſent. Niſi q ſenex ẽ ꝑſitacus negligit ferulã. Prius tamẽ q hinc decedo đ generẽ hoc ita ſtatuo. Quẽadmodũ Nuſcitioſi exqſitius cernũt ueſpi q ĩterdiu:ita ii facilius ꝓpoſtera & cõfuſa q recta & explanata ꝓcipiũt:& quẽadmodũ q miſere degũt (ut ĩquit Plato) dicũt humanũ genus fœlix ac beatũ eẽ nõ poſſe:ita q diuerſum a muſis ĩgeniũ obtinẽt:negãt habitaẽ eas poſſe:ĩ qbus ipſi artibꝰ uerſent. Cæteꝝ hortor:te mi Galatee ut adoleſcẽtibꝰ iſtis ueſtris nouitios philoſophos cũ ueteribus cõferas:penſiteſq ut quãtũ ĩterſit ĩtelligãt. Incũbe oĩ ſtudio labore dexteritate prudẽtia ut opinionẽ illã: de q ſuperius dixi:q fere ĩ hoĩum mẽtibus obduruit:aut diſcutias aut mollias. Ita n.& illos priuati & litteratos oẽs ĩ cõmune ꝓmeritus fueris. Multũ te ĩ hoc iuuabit. Põtanus noſter: cuius tãta ẽ uel doctrina:uel auctoritas:uel utrũq:ut ſperare ſit: eum ſi uires intenderit:talẽ huic malo futurum:q̃lis aut Sphingi Oedipus: aut Hydræ Hercules fuit:q ſi quos nactus fueris egregie pertinaces (ſunt enim & ĩ uolucrum & in terreſtrium genere animalia:quæ fœtidis gaudent) ad hos tu ceu aui præpoſtera ortos luſtratos:& ĩtemperiis actos ac plane depoſitos deploratoſq ne manũ qdẽ admoueas. Nũc reſtat ut de me ipſo tibi aliq̃ dicã. Mirari te nolim ſi infinitos errores:quos iſti partĩ ĩperitia linguæ:partĩ Ariſtotelicæ diſciplinæ iſcitia prælegũt & defendũt in ſcholis:non coarguo Nec.n.hãc prouinciã ſuſcæpimus ſcribẽdi res phyſicas:ut cũ illis tanquã in paleſtra (ut dicitur) certaremus de laude & gloria:quippe quos uincere nullum negotium ſit: ſed ut uel nobis ipſis cõmẽtaremur hæc:ſi nullos habituri ſectores eſſemus:uel ſiqbus idem q nobis ſtomachus eſſet:iis ad bonas litteras aliquid opeculæ adderemus. Nec.n.ſpiritus magis magnos ĩ hoc q utiles (ut ille ĩquit) afferimus. Nec de nobis quicq magnopere arduũ pollicemur:ſed qdã tamẽ iueniſſe non negamus quæ aggredientes ad hæc tantiſper morari nõ inuenta potuerint. Illud tempus eſt: in calce uti dicamus:nos tibi ĩterpretationẽ ĩ paraphraſin phyſices ꝓ noſtra ueteri ac ſtabili neceſſitudine uolẽtes diceſſe. Alioquin dicaturã hãc ſtipulatus a nobis es:quom eſſemus iſtic: Oppigneratã tibi fidẽ reluimus:q̃q̃ ꝑſcriptione uti poteramus & fori & decẽnii. Sed beneficio haꝝ legũ renũtiant philoſophi:qbus in fraude ponit uel furioſo abiurare gladiũ. Vale Venetiis. Mcccclxxx.

THEMITSTII PHYSICES: LIBER PRIMVS: INTERPRETE HERMOLAO BARBARO

LIBRORVM Aristotelis de auscultatione Physica facile est assequi intentionem: si prius eius partis philosophiæ diuisio: quæ de natura ē: ad memoriam reuocata: in medium ꝓferaꝫ: fortasse uero operæpreciū facturi simus: si uniuersa philosophiæ distinctio: quæ ab Aristotile ē instituta: a nobis hoc loco breuiter expositа explicataq; fuerit. Est. n. ut corporis medicina: ita animæ philosophia ꝓfectio. Porro animæ una pars irrationalis: altera rationalis ē. Rursum eius partis: q̄ rōnalis ē: una ē portio irrōnalitati obseruiēs: quæ intellectus potestatis uocaꝫ. Altera portio ē separata ꝓrsus atq; seiuncta: quæ dicit intellectus agēs. Præterea duplex totius animæ uis habeꝫ: appetendi una: altera cognoscendi. Plane id genus qđ persicit appetitum: qđ totum in irrationalitate & intellectu affectibus irrationalibus delegato positū cōstitutūq; ē: peripatetici actiuū administratiuūq; & circa negocium actiōesq; cōsumatum nominauere: finemq; eius particulæ statuerunt: boni delectum atq; indeptionem. Alterum uero genus: quod in comspectione: dumtaxat & æstimatione rerum sola consistit: cuiusq; finis est ueritas: generali uocabulo spectatiuū contemplatiuūq; appellari uoluere. Itez genus hoc posterius secatur i species. Nam ea speculatio: quæ circa res a materia non separatas uersaꝫ: quæq; auxilio sensus & uisionū ope ipsum potestatis intellectū ꝓficit: naturalis scientia nūcupaꝫ: ea ratione: q; & circa eas res & in iis cōsistere natura uideaꝫ. Eam aūt cōtemplationem: quæ circa res materia oīno carentis & purissimā intellectus agentis actionē: nec nō circa illum actum intellectus potestatis uersatur: quæ una cum intellectu agente conficiꝫ: diuinaz rez scientiam: & primā philosophiam & metaphysicam uocāt: quia scilicet post naturalium rez traditionē ista illa & ordinata eē uideaꝫ. Cæterez ea cognitio: cui subiectæ sunt res: partī coniunctæ materiæ: partī abstractæ: Mathematica & scientia de anima nūcupaꝫ. Et enim mathematicaz rerum substātiā affinitate quadam: & interstitio utriusq; naturæ ancipitem esse: atq; intermediā autumāt: eo q; si uniuersalitatem: atq; in cōmune spectes materiæ sint expertes: si dimēsum ipm discretionēq; particulare ac sensilē a materia disiungi: atq; auelli nō possint. Idē de aīa dicit. Ex sensibus nāq; & imaginationibus: atq; illo ipso intellectu potentiæ: multū ineſſe materiæ colligunt: ex agente uero intellectu: quem caput esse animi Aristoteles ostendit: aiūt esse animā ab omni materia prorsus abiunctam: quāuis non idem Alexandro uideatur. Verum alias philosophiæ partes diligentius suis locis exequemur. Nunc de naturali dumtaxat est agendum.

SCientiæ naturalis: pars una circa principia rerum naturalium: quatenus naturales sunt atq; corporeæ: qđ prorsus idem est & circa ea quæ necessario consequentia sunt & connexa principiis. Altera pars circa ea uersaꝫ: quæ ex principiis oriuntur. Ex his quæ de principiis oriuntur: quædam simplicia habentur quædam cōpositа. De simplicibus ea ꝑtractat scientia: quæ de cælo est ab Aristotele instituta. Nam prioribus duobus uoluminibus de quinta substātia eius: quod proprie cælum est disputatur. Superq; perrennitas etiam illius ostenditur. In reliquis duobus libris de q̄ttuor elementis agitur: quæ sub lunæ orbē sunt: q̄tenus simplicia sunt & q̄tenus motus simplices habent. Sic enim ut arbitror melius dicitur q̄ Alexandro uisum est: qui de perpetuitate & orbiculatione addit etiam de quolibet corpore naturali: seu de mundo uniuersaliter in iis libris traditam esse disciplinā. Nā de naturalibus rebus: q̄ sūt naturales in his libris: quos mō exponimus: agi ipsemet Alexander fatetur. Omne aūt compositū naturale est: de cōpositо uero nulla ibi fit mentio: sed de simplicitātū. Quēadmodū & ipse Aristoteles i tertio operis sui uolumine manifeste declarat. De primo inquit elemento iā dictū & quale sit natura & q̄incorruptibile īgenitūq; reliquū ē de duobus dicere: duo autē intellexit q̄ttuor elementoz cōplexiones: quæ duobus generibus motuū subiiciuntur: uni q migrat a medio: alteri q tendit ad mediū. Simplicia porro nūcupauit elemēta. Quū uero cōpositа omnia & genita sint & corrūpātur. Simpliciū autem rez: quædam sempiternæ: quædā generationi & iternitiōi obnoxiæ habeāt. De sempiternis agit in prioribus libris qui de cælo iscribuntur ut supradixi. De genitis & iterrituris q̄tenus simplicia sunt in tertio & q̄rto. Sed quū de gignēdis caduciſq; iam eēt dicēdū. Primū duo uolumina de generatione & corruptiōe cōscripsit: q̄bus naturæ rez eaz quæ gignuntur quatenus sunt gignendæ: & ea quæ cōmuniter cōsequūtur quatenus huiusmodi sunt pleniſſime cōtinētur & indicant. Præter hæc alia itē de rebus aliis scripta idē Aristoteles reliqt. Natura utiq; eaz rez quæ supra nos regiōe ꝓxima generant: ꝑ eos libros: quos Metrologicos uocamus: abundāter edocuit. De iis uero quæ ītra nos producūtur: i animis satisfecit: i ea istitutiōe: quæ metallorū naturas nobis cōplectit. Et quoniā i tria genera ferre animās natura diducit. Aīalia: frutices: & ea q̄ qa ex utroq; naturā habēt Zoophita appellant: ceu iter aīalia atq; plātas ambigua & in amboz genez collinitio constituta. De animalibus ueluti per quendam historiæ modum exequutus est i iis libris: quos de aīalium historiis iscripsit. Rationes uero atq; causas i iis libris aperuit: quos de generatione animalium partibus motibus somno similibusq; composuit. Eodem pacto de stirpibus atq; plantis duplici uia & ratione diseruit. Hæc estut q̄ breuissime dicam naturalis philosophiæ diuisio distributioq; a peripateticis prodita.

PRæsentis autem operis summa ītentio est ea docere: quæ uniuersaliter insunt in rebus naturalibus: quæ naturales sunt. Idem est autē & corporeas dicere & naturales. Plane principia sunt oībus cōia: quæq; annexa pricipiis. Pricipia sunt ea: q̄ philosophi cās: & concausas uocāt cāæ apud Aristotelicos sunt efficiētes & fines: cōcausæ forma & materia: & postrēo elemēta. Vex Plato addidit causis exēplari: cōcausis officialē siue īstrumētariā. Quā uero īstitutio hæc de iis rebꝫ sit: q̄ īsunt naturalibus uniuersaliter rebus: statī exorsus Aristoteles ostēdit. Necessariū ait ē naturæ studiosis īprimis: ea ut uideat: atq; discutiat: q̄ ad pricipia ptinēt. Idē declarat in tertio uolumīe. Est inqt manifestum: & ob hæc: & qa oībus uidēt: hæc esse cōmunia uniuersaliter: ista esse cōsyderanda: ab iis qui debēt singula & ꝓticularia ꝓsequi. Est enim posterior rex particulariū speculatus eo qui uniuersaliū ē atq; cōmunium: quoniam uero natura quodā pacto efficiens ꝓximū est: naturalium rerū & principiū motus: unde fit ut quælibet res naturalis in seipsa sui motus pricipium habere dicat. Necessarius oīno tractatus erit de motu ei q naturalem scientiam uolet ediscere. Rursum cum tempus metiat: oīa q̄ mouentur: q̄ aūt mouent in loco esse sit necessarium: & temporis: & loci naturæ uident esse explicādæ. Itē quū corpus tempus locus motus cōtinua sint: necesse est edocere qd sit cōtinuū. Atq; hæc sunt ea q̄ nos cōsequentia diximus: & annexa principiis. Sed inter hæc icidunt quæstiōes: & ea quæ de inani est: & ea q̄ de infinito. De infinito ea ratione: q; quum & naturalia corpora & motus & locus & tempus cōtinua sint & dimēsum habentia: necesse est esse sectilia in īfinitum. Item uel infinita esse uel finita: uel partim finita: partim infinita. Quoniam uero nonnulli sunt arbitrati locum esse inane quoddam spaciū: & carentem corpore dimēsionem: iure sermo: is q est de uacuo ei qui est de loco succedit. Quando p̄sertim physicoꝝ plurimi & qdem non ignobiles uacuū ītter principia numerauerūt. Physicæ igitur disciplinæ omnis functio circa ea est: quæ uel communiter in rebus insunt naturalibus: uel uidentur: utiq; ineſſe quāuis non insint.

CAusa etiam inscriptionis patet: docet enim de iis rebus esse tractandū: quæ naturalibus communiter insunt: qua naturalia sunt. Proinde merito uniuersale quodam nomen est inditū operi de physico: scilicet auditu: siue de auscultatione naturali. Cæterum auscultatio dicitur ceu ad eum modum elaborato exactoq; opere: ut in auditionem præceptionemq; aliis sit ꝓpositum. Adrastus uero in iis libris: quos de ordine cōmentationū Aristotelicarum cōscriplit: tradit a nōnullis esse de principiis inscriptum: a quibusdam de physico auditu: aliquos priora: quinque uoluımina de principiis īscripsisse: reliqua tria de motu: hoc etiam sensisse uidet Aristoteles: quum multis ī locis hac distinctione meminerit.

CAeterum naturaliū rerum scientia: nō solum ad eas res utilis est: quæ in uita tractātur: utpote quæ & medicinæ principia præbeat: & mechanicis cæteriscq; huiusmodi artibus subministret. Quælibet enī & naturā subiectæ materiæ & naturales differētias speculatus. Itē nō solū ꝓficit ea cognitio: parte illā animæ nobis assōciatā atq; cōplicitā: eo mō quo theologia parte itelligibilē: atq; suprema: sed ēt reliquis uiribus & potestatibus aiæ plurimū affert: & utilitatis & ornamenti: uidet. n. ad uirtutes actiuas adipiscēdas sciētia naturalis maximū habere mometū. Primū ad iustitiā: quādoqdē elemēta & reliquas partes orbis uniuersi: & sibi inuicē cedere: & suū amare quæq; ordinē: æquabilitatēq; seruare. Geometricā plane perspicimus: unde ab auaritia & possidēdi libidie nos faciet abhorrētes. Ad cōtinentiā deide tēperantiāq; ꝓficiet: quū doceat eā esse naturā uoluptatis: ut non sit antecedēs ullū aut p se ac suapte natura bonū: sed posterius qdā & subsequens: dū id qd uehementer mouere & magnope expetendū uidet: multa ēt num turpitudine ꝓter naturā cōmixtū & coinquinatū appareat. Huiusmodi itaq; studium philosophiæ facile nos a corporis uoluptatibus deterrebit: atq; ab eorum omnium cupiditate: quæ externa quum sint: plurimum admirari & p̄cioſa existiare solemus. Vnde illud eueniet: ut & iusti & cōtinētes eē possimus: & ī cōi hominū cōsuetudine atq; cætu: cōsultrissimi & prudētissimi esse uideamur: sed e physicis & fortitudo sumetur cōtra mortis metū: quū didicerimus hominē uix eē portiūculā sensilē uniuersi: & uiuēdi spatiū uix totius tēporis eē momentū. Itē genitū oē corrumpi dissoluiq; ī simplicia oportere: & ꝓtes ꝓpriis elemētis reddi: atq; restitui uniuersitati. Nihil. n. aliud est corruptio q̄ dissolutio dissipatioq; compositi: ꝓ quā ut dixi ꝓtes ī generalitatem. i. naturā suā reccurrentes reciprocantesq; quasi accæpto ferunt uniuersitati renouant ea: quæ cōsenuerūt: confirmantur ea: quæ debilitata fuere atq; ꝓstrata. Cæterum nunc siue paucis post annis emori in nulla esse ponendū ratione ei: qui tēporis numex atq; adeo ifinitudinē æstimarit. Quod si seperatā illā aī sublimitatem ad ea cognoscenda traduxeris: quæ a corpore sunt corporeisq; remota: tūc penitus cupieris uita excedere. Qui uero ita ē aīo cōstituto atq; composito: ut morte cōtemnat: quid esse potest tā admirabile: qd illius queat mentē præuertere? Prudentiam quoq; cum plurimam habeat cum itellectuali animi pte cognitionē: ea maxime iuuabit disciplina: quæ naturā rex ostendit & edocet. Excelso item aīo esse atq; magnifico facit ea scientia: q̄ psuadet nihil esse magnum aut eximiū ī rebus humanis. Quū uero ita reuocamus mentem a sensibus: ut nulli cupiditati perturbationiq; pareamus: sed modicis: atq; adeo intra desyderium naturæ contenti: nostras possessiones uelimus esse communes: alienis subsiıneamus: liberalissimi & munificentessimi efficimur. Iam uero maximum illud atq; optimum genus utilitatis: quis non perspiciat? Quod & ad animi nostri substantiam cognoscendam: & ad separatarum diuinarumq; rerum noticiam capescendam: hæc potissimum ratio atq; uia esse uideatur. Quod & Plato dicit: qui ex naturalium motuum percæptione: ad eam substantiam inuestigandam: perrexit;

quæ quum ſe ipſamet moueat:prædita eſt ītelligentia & diuinitate.Sed & Areſtoteles quoq; hoc ipſo opere ex peremnitate motus orbicularis:immobilem quandam ſubſtantiam adinuenit:quæ motum oīum origo eſſet & cauſa. Accedit ad gratiā:q; huiuſcemodi ſtudiū philoſophiæ:nr̄am erga deū obſeruantiā pietatēq; multū adauget:& tanq̄ cōcalefacit.Nā cognitis iis pfecte q̄ fecit deus:in admirationem cōmendationemq; ſui:omnium aīos atq; ora conuertit.Hāc autē admiratiōem ꝓpenſa charitas:fides: ac ſpes:certiſſimæ conſequunt:ꝓpter hæc maxime phyſiologiæ danda eſt opa uel ipenſiſſima: q; ſi uti lis eſt ea ſcientia:certe utiliſimum erit hoc opus:quo totius phyſiologiæ principia continentur:ſiue quibus naturalem diſciplinā complecti non eſt:quemadmodum ex initio ſtatim Ariſtoteles docet. Tunc inquit intelligere unumquodq; arbitramur:quum cauſas cognoſcimus primas:& prima prīcipia uſq; ad elementa.

SIquid aūt & de ordine huius opis eſt dicēdū ex uerbis Ariſtotelis:q̄ nos ſupra recitauimus: manifeſtū erit prīos hos libros haberi ī naturali ſcientia:utpote qbus prīcipia naturalia cōtineant.Nā poſt morales ſcientias quæ ad uitæ noſtræ īſtitutionē pertinēt:& poſt rationales quæ nobis tradūt regulas diſcutiēdæ diiudicādæq; ueritatis:capeſcenda erat rex naturaliū diſciplina.Quā aūt Ariſtotelicū opus hoc ſit ſupuacaneū eſt iueſtigare:quū res cōtrouerſa nō ſit:p̄ſertī quum in his libris: quoꝝ autorē fuiſſe Ariſtotelē nemini dubiū ē: ipſemet Ariſtoteles opus hoc liqdo uideat agnoſcere.Præterea ſtudioſiſſimi eius diſcipuli:& omnes demū Peripatetici Ariſtotelicū opus hoc eſſe meminerūt:quoꝝ nonnulli quoq; repti ſunt:qui id in capita rexerint:& breuiaria indidē cōpilarint.Quū itaq; bifariā diuidant ii libri:prioribus quinq; uoluminibus de principiis deq; iis quæ prīcipiis ſunt annexa:& iis quæ ueniunt in quæſtionem agi. Adraſtus putat: in ſexto initiū a motu capi: tribuſq; reliquis uniuerſam de motu ſententiam promi: & naturalia eius rei ſpeculamina pleniſſime iudicari.Quare & Ariſtoteles ipſe hoc dicerniculo nomēclaturæ:ſolitus eſt priora quinq; de principiis uocare:poſteriora de motu.In prīo eoꝝ q̄ de principiis ſunt:agit de cōcauſis:materia uidelicet atq; forma:& de ea q̄ formæ opponit priuatione.In ſecūdo de cā efficiente tractat:quam eē naturam dicit: & ſimiliter de ipſo fine:& qa ſunt aliæ quoq; cauſæ:quæ p accidens cauſæ efficientes uident eſſe: eodem libro ſecundo de huiuſmodi genere cauſaꝝ egit:quales ſunt caſus & fortuna. Quū aūt ſtatueret naturam eſſe principium motus:& earū deinceps reꝝ omniū:q̄ motus alicuius ꝓprietate indicaturaq; deſignant.In tertio docuit qd eēt motus:& ī uniuerſum & ſingilatī ſingula genera.Quū uero cōtinuus ſit naturalis motus:oē āt cōtinuū ī ifinitū ſit ſciſſile:eodē tertio libro & de ifinito:& de cōtinuo diſputat. Corpora āt naturalia cū loci egeāt:& eius ī quo ſunt:& eius ī quo mouēt ea ratiōe:de loco diſſerit ī q̄rto. Ad hæc quū nōnulli putarēt locū eē uacuū īteruallū:atq; inter prīcipia ipſum inane magno plauſu cōſenſuq; collocarent:iure eodē libro:eas exulcerat q̄ſtiones:q̄ de inani atq; uacuo ferebant.Item quū motum omnem metiatur tempus:neceſſarium uidebatur de tempore diligenter eē accurateq; pquirendum:ita q̄rtus liber finit.In qnto:motum q ꝓprius eſſet ab aliis mutationibus ſeparauit.Iam q̄ oppoſitiones:pugnātiæue tum motus ad motum:tum quietis ad qetem:q̄ motus item uiciſſim qetiſq; haberentur:poſtremo quis eſſet motus unus deinceps oſtendit:hactenus hæc. Ego uero additis paucis conuertar ad expoſitionem.

EX iis igitur:qui ante Platonem fuere philoſophatiq; ſunt:Tales & Anaximāder: atq; huiuſmodi oēs:utpote q poſt diluuium:& rerum neceſſariaꝝ:inſtaurationem ſtudium philoſophiæ:primi in Græcia excitauerīt:quum rerum naturalium cauſas quærerent:pinde ac ab ultimis ĩchoantes ſola materialia & elementaria prīcipia cognouerunt:quæ poſtmodū nobis tanq̄ rerum oīum principia paſſim īdiſcretæq; tradiderunt.Xenophanes aūt Colophonius:& diſcipulus eius Parmenides:mox & Pythagorici cōſumatiſſimā qdem reꝝ naturalium:atq; earum quoq; q̄ trans naturam ſunt:ſed plenam enigmatum ābiguitatumq; nobis philoſophiam reliquerūt.Anaxagoras quoq; Clazomenius efficiētem cām adinuenit ītellectum ac mētem:q̄q̄ in redditione & aſſignatione cauſaꝝ rariſſime uſus eſt ea:qđ in Phedone Socrates momordit.Tametſi nō erat id magnopere abſurdum: nam & Thimæus & Plato:q Thimæum ītroduxit:quis efficiētes cās & exēplares: & fines ꝓpoſuiſſent:tamē corporalium cauſaꝝ ꝓbatiōes:nō ex illis:ſed ex planis figuriſq; demū ab ipſa elemētorum natura duxerūt.Verūtamē ipſe Plato Pythagoricoꝝ Eleatarumq; placitis:q̄ ſuoluta ſubobſcuraq; ferebant:lucem quādam utiq; intulit:& ea quæ ultra naturam ſunt elegantiſſime cecinit.In naturalibus quoq; rebus atq; genitis elementaria principia diſſeparauit a reliquis:huiuſmodiq; prīcipia primus Plato dicitur appellaſſe elementa:ut Eudemus eſt autor.Efficiētes item cauſas & exemplares & finem:ita tradidit ut diſtincte īter ſeſe eē uiderent.Nam materiam ſimul & formā:Ariſtoteles ex eiiſdē prīcipiis cōperit.Is efficiētem cām diuinum ſtatuit ītellectum.Finē aūt illius bonitatē ꝓpter quā unūquodq; ſenſile ītelligibilis exemplaris ſimilitudinem gerit.Ab iis igit:q Platonem anteceſſerunt: non ſolum in eo diſſentit Ariſtoteles q efficiētem cām ītellexit:ueꝝ etiā q materialem enucleatius uidit & prodidit. Nam quum illi homiomerias:hoc eſt ſimilares particulas:uel unum ex quattuor elementis: uel plura uel oīa rerum eē principia cenſuiſſent:uel inſectilia uſq; corpora pueniſſent: Ariſtoteles & homiomerias & q̄ttuor elemēta diſſoluit:atq; ipſam corporalem naturā in formā materiāq; diduxit:quē admodum & ante Ariſtotelem Plato & ante Platonem Thimæus Pythagoricus fecerāt:arbitrati ꝓxima prīcipia eē q̄ttuor elemēta:& ante elemēta ſupficies.Principia uero prima elemētaria eē formā atq; materiā. A Platone aūt ſimul:& ab iis q Platonem p̄ceſſere Ariſtoteles uident in eo euariaſſe:q; cū nōnul

li:uidelicet ii qui ante Platonem fuere:de naturalibus rebus pinde:atq; de oibus diſputauiſſent. Nōnul li ita egiſſent de naturalibus rebus q̄tenus in mūdo habent:&quatenus ſunt partes mūdi:ita ut ī libris de mūdo huiuſcemodi prīcipia quæſiuiſſe tradidiſſeq; uideant:quēadmodum & Plato:quiq; ante Pla tonem fuere cōplures factitaſſe repiunt. Ariſtoteles naturalia oīa:quo ſe quæq; ordine habeāt:edocuit deq; ipſo corpore naturali:quale ſit ſuapte natura:ét ſi nunq̄ fuiſſet mūdus dicato ſeorſum opere com/ monſtrauit. Sed & in elemētis aliud a materia priuationem eē oſtendit:quum Plato ante aut materiā: aut ex materia priuationem diffiniuiſſet. Cæterum quum cām efficiente alii deſeruiſſent. Anaxagoras uero atq; Plato:idem eſt aūt ac ſi Pythagoricos dicerem:diuinū ītellectū efficiētem eſſe cām uoluiſſent: unus Ariſtoteles adiūctæ & ꝓpinquæ rei cāæ laborās:naturā id genus cām efficiētē expreſſit: quā Pla/ to iſtrumētariam eē putauerat:moueriq; ab alio:& mouere ſubinde alia. Verum Ariſtoteles nō ſiſtit ī ſola natura:ſed ad īmotā q̄dā & mouētem oīa cām ē ſupuectus:uniuerſaq;:q̄ mouerent:in huius opis calce pēdere inde:atq; niti acutiſſime comprobauit.

GEnus quoq; philoſophādi Ariſtotelis differt a cæteris q̄tenus obſcuritates & ſcirpos illorū trāſtulit in ꝓſpicuam quādam & ꝓpriam expoſitionem. Et uim ꝑterea ꝓbationibus & ſyl/ logiſmis adiecit. A Platone aūt eo uſq; uidet diſſenſiſſe q; demōſtratiōes aptius illuſtriuſq; inducit:q;q; eaꝝ principia a ſenſu & ab euidētibus rōnibus ſumit. Ab oībus ꝑterea ſimul in eo diſſidet Ariſtoteles:qđ partes oēs philoſophiæ naturalis uſq; ad ſingularia euolutas ac reſolutas re/ liquit. Quum aūt ſcriptoꝝ cōmentationūq; ſuaꝝ ſpecies duas haberet:unam eoꝝ q̄ exteriora nomina bat:q̄les erunt hiſtoricæ & rhetoricæ meditationes:demū oīa ea q̄ minus tum curæ ac diligētiæ: tum intentionis & ſtudii requirebant. Alteram eoꝝ q̄ auſcultatoria nūcupabat:in qbus philoſophia remo/ tior ſubtiliorq; agitabat. Ex quoꝝ numero habet hoc opus:cui titulus eſt de phyſica auditione. In au/ ſcultatoriis data opa uoluit obſcurus eē:ratus hūc ī modum obiter poſſe rudiora īgenia ab huiuſmodi ſtudio q̄ſi reici de terreriq;:utpote q̄bus futuꝝ ſit:ꝓinde ac ſi neq; ſcripta qdem unq̄ fuiſſent. Quapro/ pter Alexāder poſt Perſarum euerſionē hæc ad illum ſcripſiſſe ferē. Alexander Ariſtoteli ſalutem. Non recte feciſti q; auſcultatorios libros foras inuulgaueris. Nam qua alia re ꝑſtare cæteris amplius poteri/ mus. Si ea q̄ abſte accæpimus oīum ꝓrſus fiant communia? ego uero malim doctrina anteire q̄ copiis. Alexandro uero reſcripſit Ariſtoteles his uerbis. Ariſtoteles Alexādro regi ſalutē. Auſcultatorios libros quos æditos q̄reris:& non ꝓinde ut archana abſconditos:ſcito neq; æditos eē:neq; nō æditos. Cogno/ biles.n.iis tātum erūt:q nos utiq; audierint. Vale Plutarchus Chæroneus in uita Alexādri de æditione libroꝝ methaphyſicæ hæc ultro citroq; fuiſſe ſcripta meminit.

i IEſt aūt totius opis ꝓpoſitum naturæ earūq; reꝝ ſcientiā rationemq; explicare:quæ a natura producuntur. Nam ſine ratione cognoſcere facile eſt cuiuis homini. Poſſunt.n.oēs qui ſano ſunt ſenſu dicere hoc terram:illud aquā:hoc plantam:illud aīal eſſe. Is uero qui cū certa co/ gnoſcit ſcientia:neceſſe eſt principia rei cognitæ priora cognoſcat: quod & aliæ artes ratio/ nales declarant. Grāmaticos ſiquidem dicimus:non qui nomina auſcultāt: ſed quibus in promptu eſt dicere:ex quot cōſtet elementis nomē unūquodq;. Itē muſicos uocamus:nō qui ſumma aure cātus ex cipiunt:ſed qui in tonos & ſemitonia ſciunt diſſoluere.

ii SEd qui fieri poteſt dubitauerit quiſpiam:ut de principiis demonſtret quicquā? Nam ſi de/ monſtratio ex prioribus exiſtit priora inueſtigantes:principiorum principia inuenire uelle uidebimur. Sed ſoluitur. Id quod prius eſt dupliciter ſolet referri:& ad nos & ad naturam: nobis ea priora uidentur:eſſe:quæ notiora ſunt nobis:quæq; facilius poſſumus depræhen dere:quemadmodum nomina & ſyllabæ manifeſtiora q̄ litteræ:ſunt. Naturæ autem priora ſunt illa: quæ ex ſua ſubſtātia ſimpliciora quoq; habēt. Quēadmodū litteræ ſimpliciores ſunt q̄ ſyllabæ. Cōtra rius uero eſt utriq; ꝓceſſus. Nos ex cōpoſitis ad ſimplicia utpote naturæ priora reſoluimus. Natura

iii contra ex ſimplicibus compoſita fabricatur:

QVum igitur compoſitoꝝ rationem exquirimus:ea ex naturæ prioribus īdicare oportebit. Quum uero de prīcipiis agimus ex iis q̄ priora ſunt nobis:& eſt illa quidē propria demon/ ſtratio. Hæc uero q̄q; nō ꝓpria:tamen ſufficiens ad demōſtranda ea quæ uolumus. Si itaq; principiis oſtendendis:incipimus a cōmunioribus & plura comꝓhendētibus:nemo miret. Quia ex illis ad ꝑticularia ueniemus:cognobiliora ſiqdē nobis cōmunia ſunt aliquāto q̄ ꝓpria:ſunt.n. tanq̄ compoſitiora q̄ ꝓpria. Nā & in ſenſilibus uidere licet:accidentis procul aīalis:celerius totum cor/

iiii pus:q̄ caput:aut manum:aut pedem:aut partem aliquā cōprædendi. Eodem modo promptius eſt di/ cere id quod paret eminus aīal eſſe q̄ hoīem. Ita & in iis quoꝝ rationes quærimus:uniuerſalia atq; cō/ munia:manifeſtiora ſunt nobis q̄ ꝓxima & ꝑticularia. Quippe quæ magis ꝓmiſcua cōfuſioraq; ſint q̄ particularia. Eſt.n.penes intelligentiā totū qdā id qđ ē uniuerſale: ꝑtes uero ea q̄ ab illo cōplectunt. Ita & rhetores ſolent communia capita prius ꝓponere:mox de unoquoq; genere ſingillatim diſputare atq; perpendere. Eodem pacto & in libris reſolutoriis:is qui eſt de ſyllogiſmo tractatus:præpoſitus eſt ei qui quærit de demōſtratiuo:dialectico:atq; ſophiſtico. Quū.n.a communioribus initium capimus facilius cuiuſuis rei qđ propriū eſt atq; propinquum aſſequimur:ſed & primæ quoq; imaginatiōes ui/ ſioneſq; indiſcuſſæ inexplanataq; habent:& a cōmunibus ſimulachris impreſſæ iuectæq; ſenſibus: quia ſecundum naturam generalitas ſpecialitatē antecedit atq; ꝑcurrit. Itaq; pueri ab uniuerſalibus in/ choantes nullo diſcrimine uiros oēs arbitrant & appellitant patres:mulieres matres:utpote: q marem

& fœminā pinde ac cōmunia quædā uocabula prius intelligāt:q̄ ea quæ parentū ſunt ꝓpria.Idē dixerī de nomine & diffinitiōe:appello nomē id qđ diffinit.Verbi gratia:hoiem:diffinitionē ut : aīal terreſtre bipes intelliges.Nā hō uidet cōfuſe uniuerſaliter ſignificare:pōtq̄ ſi cōmunionē aut cōſortiū nominis ſpectes:pro aliis etiā num pleriſq̄ rebus capi:ueluti pro hoie ficto pictoue.Sed diffinitio uidet ſubſtātiā ſubiectā in mēbra ꝓtiri.Eſt igit hic maxie auſpicandū. v

NEceſſe eſt principiū unū eē:uel plura:& ſi unū:aut mobile aut īmobile:finitum : aut īfinitū:ſi plura rurſus aut mobilia:aut immobilia:numero aliquo terminata: aut īfinita . Sunt enim nōnulli qui īfinita principia poſuerūt:q̄les Anaxagoras Democrituſq̄ fuere:ueꝝ Democritus ſubſtātiā atomoꝝ.i.indiuiduoꝝ corpoꝝ arbitratus unā eē genere ſola effigiatiōe diſcreuit.Anaxagoras uero homiomerias cōtrariis q̄litatibus diſtīxit caliditate:frigiditate:nigritia.Eeodem mō diducti ſunt item ī ſectas:qđ entibus apud ueteres philoſophati ſunt.Illi entia putabāt eē principia: quærenteſq̄ quot eēnt entia:īueſtigabāt quot eſſent ponēda principia:ꝑterq̄ fortaſſe Parmenidē & Meliſſum:q quū unū ens eſſe & īmobile ſtatuiſſent:nō tamē unū principiū & īmobile efficere potuerūt.Nā quū principiū ex eoꝝ genere ſit:q̄ referūt ad alteꝝ:plura ſecū trahat ē neceſſe:atq̄ tot demū:atq̄ ea:quot & quoꝝ principiū ē. Alioqn quū dicāt ens īmobile ſe ipſos obiter ꝓdūt.Ens illud nequaq̄ ꝑ principio accæpiſſe.Quo.n.pacto aliud qđpiā gigneret ex eo principio qđ moueri nō poſſet? vi vii

COntra hos autē diſputare minime congruit phyſico.Sed quāobrē inquies:quoniam motu ſublato:principia tolluntur naturalia:īmo uero ipſa plane natura.Probare autem atq̄ addicere principia propria nullius eſt artis:quēadmodum neq̄ ad geometrā pertinet puncta & lineas demōſtrare:neq̄ ad arithmeticū unitates:ſed ex iis ueluti ſubiectis:atq̄ conſtitutis ea efficere atq̄ colligere q̄ cōſecunt.Quādo ꝑſertī ex qbus oſtēdere poterit phyſicus naturā eē? Nū ex principio aliquo naturali? At ſumeret pro argumento quod erat ī quæſtiōe diſcuſſioneq̄ poſitū.Num ex aliis quibuſuis extrinſecus? At nō demōſtraret ut phyſicus? ſed ſiqua eſt ſciētia prior naturali:illa utiq̄ aſciſcēda eſſet atq̄ īde haurire ac petere principia oporteret:quēadmodū a naturali principia medicinæ : a Geometria ſpectiuæ petūt.Qđ ſi grauaberis:uti ea ſciētia oportebit:q̄ cōmunis īſertaq̄ ē oībus artibus:q̄q̄ ꝑ ꝓbabilia tātū demōſtratiōes ſuas & ratiōes īducit.Cæteꝝ ſiue hoc:ſiue illo mō: ꝓceſſeris:nō diſputabis ut phyſicus:ſed aut ut Dialeticus aut ut philoſophus primus. viii

QVamobrem docere quot:& q̄ principia ſint naturæ ſpectat ad phyſicū:ſed quā natura ſit:nō eſt amplius phyſici functio:quiſq̄ illi directo minime uideant tollere naturā: nihilominus ex iis:q̄ dicunt:id liquido ſequit.Qui.n.minime cōcedit motum eē:neq̄ utiq̄ principiū motus dabit.Id aūt eſt ipſa porro natura.Quod ſiqui principia q̄q̄ cōcedūt:in iis tamē q̄ ſequūt: ex principiis male cōcludūt:ſtatim ad phyſicum ptinet ea uidere in qbus fallunt.Si uero ꝓꝓ difficultates aliquas quas diſſoluere neſciebāt:ſubſtulere principia naturæ:diſputatio iſtituta cū illis philoſophiæ naturalis fines egredit:atq̄ tranſcendit.Nam & falſas rationes ſi geometricis principiis nō repugnant a geometra ſoluunt:& conferēdus eſt pes:congrediēdūq̄ cominus:ſi repugnāt abſtinēdum tēperādūq̄: atq̄ hoc quale ſit illorū exēplo mōſtrabit:q circulū q̄drare ſunt conati:Hippocratis Chii & Antiphontis:nam Hippocratis error:qa principia retinebat:ſoluēdus ē.Is.n.eo peccat q̄ ſolum eā lunulā q̄drauit: quæ circa eius q̄drati latus cōſtituit:quē deſignauit in circulo:cum Antiphōte uero nō diſputat geometer.Is nāq̄ quū triāgulum æquilateꝝ deformauiſſet in circulo: & in quolibet latere ad circūferentiam circuli alteꝝ æquipedū.i.iſocelē conſtituiſſet:atq̄ deinceps hoc idētidē ſubindeq̄ factitaſſet:arbitrabat ultimi triāguli latus:qđ rectum erat circūferētiæ adæquaſſe.Hoc aūt erat tollere ſectionem in infinitū: qđ apud geometras ꝓloquiū ē:& cōmunis q̄dam ceu notio: Ac primū qdem hæc ītuentibus cōueniēs uidet (ut dixi)Parmenidis & Meliſſi rationes miſſas facere:ꝑſertim quū opinio ea & ꝓlixa ſubabſuerdaq̄ ſit:& ꝑterea huiuſmodi:q̄ egræ ꝑſuaderi cuiq̄ poſſit.Nam dicere oīa hæc q̄ ſupra & ſubter unum: id eē qđ eſt:qđ ē aliud q̄ dicere Dionē illud unum eē qđ ē:uel aliud qdpiam tale ex eorum genere tueri: quæ uerbo dūtaxat nō ēt rei ullius atteſtatione defendunt:quale eſt id qđ Heraclitus dicebat:eadē eſſe interſe cōtraria.Sed & rationes quoq̄ qbus utunt ſane litigioſæ captioſæq̄ ſunt: ꝓpoſitiones ſiquidem falſas aſſumūt:neq̄ recte ex forma cōcludunt:q̄q̄ magis ſtolida atq̄ īportuna ſunt:ea q̄ a Meliſſo dicūt: qppe q̄ nullam prorſus difficultatem afferre uideant:Verūtamen quoniā de natura q̄q̄ nihil loquunt: qui.n.de natura loqui poſſunt:q naturam tollunt? Naturales tamē ambiguitates attingūt:de uacuo:de īfinito motu:fortaſſe haud ab re fuerit:de huiuſmodi paululū diſputare:q̄ſiq̄ hoc munus nequaq̄ ꝑtinere ad phyſicum ſit oſtēſum:tamen a philoſopho minime alienum.Diſſereremus itaq̄ cōtra eos homines:non ut impugnata infirmataq̄ & ceu loco mota:atq̄ impulſa eorum opinione ſtatim ſic naturam & motum inueſtigemus: hæc.n.uti manifeſta nobis ſubiecta atq̄ propoſita eē debent:ſed aliter: ut hoc ipm uidelicet tanq̄ ex ſuperabūdanti nouemus ꝓſcrutemurq̄:qd &q̄tenus illi ſenſiſſe de natura recte & ꝓperam uideant:ac primū qdem opinionē ipſam ſeparatim æſtimabimus:deīde ſoluemus rationes eas:qbus ea q̄ ſentiunt aſſerere & cōfirmare conant. ix x xi xii

INitium igit eoꝝ oīum q̄ ſumus dicturi cōmodiſſimum eſt ꝓcunctari qđ illis ſignificet id quod ens uocamus:utrum putent multiplicem eſſe illius ſignificatum:an ſimplicē. Si multiplicem:ut nos in prædicamentis oſtendimus:nomen quidem ipſum entis unum erit:ſed ſubſtantiam:atq̄ rem multiplicem eſſe fateantur neceſſe eſt.Quod ſi erit ſubſtātia:& quantitas & qualitas:ſiue ſeparata illa ſiue cōiuncta poſuerint:plura erunt ea quæ ſunt:q̄uis una uox de illis xiii

xiiii oĩbus prædicet. Quod si simplicem significatũ eé uoluerint: atq; ita rẽ ipsam & id qđ significat unũ eé: quæremus eá rẽ significet ne tanq̃ genus: an tanq̃ spẽs: an tanquã idiuiduum? Sed siue tanq̃ genus siue tanq̃ species accipiatur: nõ poterũt effugere: qn plura colligant ea q̃ sunt: ꝓpterea q ꝙ & genus: & species: de pluribus differentibusq; prædicantur. Supest igit: si ens est unũ accipi: tanq̃ idiuiduũ oportere: quẽ

xv admodum est Bucephalus: Callias: hoc rubens. Sed rursum urgebimus: utrum substantiam esse id uelint: an accidens. Videntur sane uterq; arbitrari accidens esse quum alter finitum dicat: alter ĩfinitum esse qđ est. Infinitum uero atq; finitum: in genere quantitatis collocantur. Est enim infinita magnitudo quæ percurri non potest: finita quæ potest. Si ergo de subiecto aliquo talia prædicantur: duo intelligent esse ea: quæ sunt substantiam scilicet & quantitatem. Si uero de nullo subiecto dici quantitatem autumant: statim hoc incõmodũ ipossibileq; suscipit esse aliquod accidẽs posse: sine subiecta substãtia.

xvi Item quod unum est numero: quum multifariam dicatur quemadmodum & ens ipsum: capitur enĩ & pro continuo: quo significatu lineam esse unam dicimus: & pro insectili: cuiusmodi sunt punctus & nota: & pro eo q ꝙ unam eandemq; definitionem habet: ut uestis & tunica. Proferant obsecro qua significatione uelint unum ens esse. Neq; enim ut continuum quidam possunt accipere. Nam continuum est sectile in multa uel potius infinita. Quod siud quod ad unionem & ad compositionem uenit: unum quidam & diuisile esse fateantur: nonne statim uidentur concedere ex hoc plura esse entia oportere?

xvii Dices pars a toto separari non potest: quia continuum dicitur: quatenus est unum actu. Primum respondemus: illos nũquam distinxisse ens actu ab ente potestatis: præterea concedamus: & quasi condonemus hoc illis: illud profecto non negauerint: quædam esse continua: quæ non modo similaribus partibus constent: sed etiam dissimilaribus: qualia sunt animalia atq; plantæ. Nam huiuscemodi corporum partes: non cumulum tantum habent atq; cõgestum: sed dispositionem & collocationem: quæ illas ita digestas atq; inter sese commissas deuincit & illigat. Quod si pars lineæ eadem atq; una sit: cum linea uniuersa: propter eam rationem q ꝙ non est a toto separata: quur non sit & manus & pes idem uniuerso cum Socrate existimandus? Quur reddi non possit ratio diuersitatis? Quod si utraq; illa sunt eadem cum eodem toto: necesse eadem esse inter sese fateri. Quare idem erit manus: pes: oculus: aluus. Verum hæc quæstio idem ne sint partes atq; totum: iactata ueteribus disputatione seorsum excutitur: atq; utrinq; difficultas occurrit. Nam si idem sit totum: & pars: sequũtur ea quæ diximus supra. Si diuersum eueniet: totum esse aliud a seipso. Neq; enim hæc pars a toto diuersa est: illa nequaquam. Sed si una est a toto diuersa: uidentur omnes a toto æqualiter eé diuersæ: omnes uero partes nihil aliud sunt quam ipsum totum. Eadem sequentur: si partes quoq; aliarum rerum consyderaueris puta domus & cætus. Soluuntur hæc autem alibi. Neq; enim est uerum propter id quod particulariter & singillatim accepta quælibet pars uariat & differt a toto: continuo ẽt omnes simul numeratas a toto esse diuersas. Quãuis enim singulæ diuersæ sint ab eo uniuerso quod continet: omnes tamen efficiũtur illud uniuersum. Sed satis hæc hactenus. Ex iis ergo q̃ diximus: patet ens nõ posse unũ ens eé ita ut cõtinuũ. Dicent

xviii fortasse ens unũ esse ut insectile. Ergo unitates & puncta erunt ea q̃ sunt oĩa: terra: mare: cælum. Quo quid esse potest magis horrendum? Item quo pacto includent qualitatem puncto? Quando neque affectio ulla: neq; figura constare indiuisibili potest. Item quantitas qua sede locabitur? si pũcta nõ sunt quantitates: sed termini quantitatis. Præterea neq; finitum neq; infinitum poterit esse quod est: quorum utrũq;: alterum tamen alter: uolunt de ente prædicari. Iam cum terminus sit indiuisilis: Si ens terminus fuerit nusquã erit: quod terminatur. Sed manifestum ẽ dato termino: rem quoq; terminatam

xix statim dari oportere. Refertur enim ad alterum terminus: semperq; cum altero est. Fieri ergo nequit: ut ens unum sit ita ut insectile. Restat ut dicant unum esse ens eo pacto quo merum & uinum: uestis & tunica: quod si dixerint in errorem eum incidisse uidebuntur: quem inuexit Heraclitus. Eadem siquidem fierent diffinitione homo planta uolatile: deinde bonum atq; malum: & postremo contraria. Ita & disperata quoq; simul uera efficerentur. Nam si idem sit album & nigrum: idem quoq; necesse est: sit album & non album. Quod enim nigrum est non album est. Si autem idem est affirmatio & negatio: quot non idem esse concesserint: id quod est: & id quod non ẽ: id quod ẽ unum: & id qđ nõ unum. Ita absurdissime delirabũt: neq; solum id quod ẽ unum: fatebunt non unũ: sed nihil omnino posuisse animaduertent. Quod si hoc modo dixerimus Socrates est philosophus: Socrates est bipedalis: num in unaquaq; oratione idem significabimus? nonne risu sit potius dignum arbitrari eandem rem esse ĩ propositione qualitatem & quantitatem? Siquis uero me interroget: quo pacto unum esse putem: Socratem quem & simum & bipedalem & philosophum dico. Neq; enim numerus multitudoue simpliciter esse Socrates potest: unitatem tamen ab illo uideor substuliss̃e. Quod si dederimus Socratem plura & unum esse: Quur non concedatur hoc idem Parmenidi & Melisso? ita ut eadem res una sit si-

xx mul & nõ una. Hæc cauillatio Lycophronem quiq; post illum fuere antiquiores tantum perturbauit ut quum ea sola putarent esse: de quibus hoc uerbum est prædicabat: de sola substantia prædicari uerbum illud paterentur: ut Socrates est. Siquod uero accidens de Socrate diceretur: ne plura esse unum Socratem fateri cogerentur. Nolebant amplius de illo uerbum est posse prædicari. Non enim dicendum putabant. Socrates est albus: Socrates est bipedalis: sed simpliciter: Socrates albus: Socrates bipedalis. Ita errori errore alio occurrentes propositionem: & orationem enunciatiuam tollebant. Sane Plato mutabat orationem: & loco huius quod canus est: dicebat incanuit. Nos autem censemus:

xxi idem esse: unum & non unum posse. Verum neque eodem respectu neque simul. Esset enim im-

possibile hoc:quum alterum possibile & uerissimum esse comprobetur: eundem uidelicet Socratem unum esse subiecto:plura cogitatione & ratione.Est enim alia ratio musici alia bipedalis:quo fit ut nulla insit in dicto pugnantia:Illi uero temere tumultuauerit.Idem de diuisione continui dicendum ē.Iam illi hoc loco deficiunt manusq; dant: coacti concedere idem esse posse unum & multa. Cæterum unū & multa idem esto:dum non simul aut eodem respectu consyderetur:quippe quæ eo modo opposita esse & repugnantia uiderentur.Sit ergo unum actu.Sit multa potētia.Quēadmodū si diceremus. Triti cum esse spicam potestate non actu:neq; hæc pugnant sibi contraspiciuntue. Si meminerimus earum distinctionū:q̄ nobis traditæ sunt cōtra fallacias iportunas:atq; calūnias sophistaꝝ.Hūc ī modū ꝓpēsa examinataq; opiniōe uetexꝝ fieri posse nō uidet unū:ut sit ea quæ sunt.

SEd & rōnes illorum soluere nemini est difficile.Statim enim Melissi argumentatio uitiose concludit.Si factum inquit est ens principium habet:non est autem factum non habet ergo principiū:quo fieri ut & unū sit & infinitū.Nam quū oportet retorquēdo assumere id quod est oppositū cōsequenti in connexione & subiicere oppositū antecedenti.Ita.n.conficit secūdæ figuræ conditionalis syllogismus.Non hoc fecit:sed intulit id quod non erat antecedens:& oppositō antecedentis assumpto attulit oppositum consequentis:huiusmodi autem argumētorum frequens & uulgaris captio est.Si homo est:animal est:non autem est homo:Neq; igit animal:si ambulat Socrates mouetur:non autem ambulat:non igitur mouet.Præterea quum appellatione principii quod plura significat abutatur pro uno rei significatu latere ac fallere arbitrātur.Est enim principium aliud temporis ut quum dicimus genituræ suæ principium habuisse Platonem hunc uel illum diem. Aliud rei & magnitudinis quemadmodum caput uiæ & cuiusuis spacii dicimus esse prīcipium.Quare quū Melissus dicat factum omne habere principium: quæremus de quo principio sit locutus.Quicquid enim simpliciter gignit principium habet temporis ut homo equus olea:platanus.Non tamen omnia principium magnitudinis habere possunt:qualia sunt ea quæ nō simpliciter fiunt:sed per alterationē & momentaneam mutationem progenerātur:fit enim & gelu & caseus.Non tamen magnitudinis principiū licet accipere:unde primum cœperit concretio illa atq; coitio.Rursus quum dicit quod non est factum non habet principium:eodem modo quærendum est de quo principio propositionem suam ītelligat: nam prīcipium temporis non habet ea quæ facta non sunt.Magnitudinis uero nihil ꝓhibet:quin possint habere:sicuti sol & luna & reliqua sydera:q; si in assumptionibus de principio magnitudinis loquebatur:consequens quidem recte affertur:sed fallæ sunt assumptiones.Si autem de principio temporis intelligebat: est quidem uerus in quibus id collocat:sed concludit & efficit non ea quæ uult.Vult enim magnitudinem entis infinitam ostēdere:uidetur autem non magnitudinem demōstrasse sed tempus. Deinde dicit:īmobile eē id quod est.Non.n.locū eē ullū posse in quo moueatur id quod est unū & quo quo uersus infinitū.Sed q̄obrem homo acute:ut.n.moueri nō possit totū quia sit infinitum: quur tamen ꝑtes moueri nō poterūt? nisi & mare putaueris eē immobile:ea ratione q; uniuersum de locis suis atq; alueo nō egreditur:q̄uis manifestissime in reciprocationibus transferant & moueātur ꝑtes.Alterationem itē aut motū eē nō credis:aut si credis qua de causa eripis infinito? q̄do neq; calefaciendis rebus: neq; refrigerandis opus ē loco. Absurda itaq; uidet eē huiusmodi ratio:atq; in eo uno maxime fluctuare:iacereq;:qd cōtendit prīcipii significationem ad unā rem tantū ꝑtinere:qd nisi protinus mihi concesserint calūniari apertissime uidebūtur.Dicet fortasse ens unū esse rōne diffinitioneq;.Sed quæro quem admodū ens accipiat.Nā si ens pro prīcipio accipit:diciturq; unū eē ratione principiū:utiq; aliqd dicere atq; idē sentire uideret:quod plerisq; naturales philosophi sentiūt oīum uero rexꝝ & entiū unā dicere eē rationē atq; naturā equi:hois:Cōtrarioꝝ qd pōt dici sentiriue cōtra ueritatē atq; sensum illustrius? Hactenus contra Melissum & qdē plura q̄ oportebat.

xxii
xxiii
xxiiii

COntra Parmenidē deinceps ē disputādū:cæterꝝ modi quos in refellenda taxandaq; opiniōe Melissi Pauloante cōmenti sumus:Idē ī Parmenidē quoq; cōueniūt.Propria uero sunt ea: quibus īterrogationi illius occurritur.Est autē ad hāc ferme īam īterrogatio.Id qd ꝑter ens ē nō ē ens.Id qd nō ens ē nihil est.Nōne ergo unū est ens? Fallit aūt in eo q; quum multiplex sit significatus entis quēadmodū ostēdimus simpliciter dici atq; accipi putat.Est uero hoc ꝑinde atq; si dicat qspiā.Id qd præter cancrū est nō esse omnino cancrū:& qd ꝑter canē ē nullo mō esse canem. Atq; fieri pōt:ut id qd præter canē est sit etiā canis:& quod ꝑter cancrū est sit etiā cancer.Nā id quod ꝑter canē marinum est fieri nequit ut canis marinus sit.Cœlestis tamen atq; terrestris eē nihil uetat:quin possit intelligi.Eodem modo & siquid præter ens est:exempli gratia:id quod præter substantiam est non potest esse substantia:poterit tamen & quantitas esse & qualitas: pari ratione: siquid præter qualitatē fuerit non erit amplius qualitas:sed uel substantia esse uel quantitas poterit. Demum nihil prohibet hoc modo plura esse eaquæ sunt:atq; ita primum Parmenides prēditur falsus. Quam uero neq; concludat quidem ea ratio manifestum fiet ex subiectione hac:si uidelicet eadem figura orationis:alia sumpta conceperis hoc modo.Ponatur ens significare id solum quod est album.Id uero quod præter album est nihil prorsus esse: contexaturque similiter argumentum hoc pacto.Siquid præter album est: Illud non est album. Quod uero non est album: nihil est. Quod ex illis assumptionibus conficias:aliud quam id nihil esse: quod præter album sit? Nam si ad ea præcepta: quæ in resoluto riis commentationibus exposita sunt respicias facile intelliges :sic maxime esse connectendam astringendamque rationem.Ille uero:ita concludit:id solum esse quod album est .Quur igitur importu-

xxv

niorem magiſq; fatuam dixit eſſe rationem Meliſſi? Nempe qa Parmenides q̃q̃ perperam cludit: artificioſæ tamen cõponit propoſitiones. Non. n. eſt negatio illa quum dicit: quod præter ens ẽ non eſt ens. Alioquin uerbum non ens: quod ille in ſecunda propoſitione ratiocinationis ſuæ ſumit ꝑ ſubiecto: cõſtitui qui potuiſſet? Sed eſt ex tranſpoſitione affirmatio. At Meliſſi aſſumpta fallaci uicioſaq; reciprocatione: & conuerſione nituntur. Verum cõcedamus illi recte hactenus effici ſolum id eſſe quod albũ ſit. Quid prohibet plura ſaltem eſſe quæ ſint alba? Cygnum niuem lac ceruſſam? Sed quoniam ſe uertẽt: quando hæc inter ſe perſpicuo diuerſa ſunt: & numerum præterea ac multitudinem liquido iuehunt. Niſi potius contendunt: id quod album eſt: continuum eſſe: atq; hac fini unum. At neq; hoc quidẽ perfugio tueri ſe poteſt. Nam ſi ad rationem definitionemq; animaduertas: reperies duas res minimum in eo ente contineri oportere: ſubiectum uidelicet corpus: & albedinem. Eniuero res illæ q̃q̃ ſunt duæ fieri tamen nequit ſeorſum: ut altera ſine altera ſit. Nam color ſine ſubiecto prorſus nõ poteſt cõſiſtere. Definitiones uero quia diuerſæ ſunt illorum naturam indicant eſſe differentem. Alterum enim eſt corpus:
xxvi id quod colorauit albedo. Alterum eſt color: cuius ea uis ẽ: ut diſſipet uiſum: & diſgreget aciem. Porro hæc nondum uidit Parmenides. Dicet fortaſſe quiſpiam non urgeri hominem argumẽtis & ratiõibus: ſed cogi plane circũueniriq;. Nõ enim putaſſe Parmenidem: unum illud ens: quod inuexiſſet accidẽs eẽ aut ex eorum numero quæ ea re ſunt: quod aliis hærent. Sed de eo ente loquutum fuiſſe: q; eẽt proprie & maxime: atq; uero ens: hoc enim apud nos ſignificat uere: & maxime ens. Quod apud Platõem dicitur ens: ut ita loquar ipſiſſimum: neq; tam obſtupidus erat Parmenides ut ignoraret: fundandis ſiſtendiſq; accidentibus ſubiecto aliquo opus eſſe: quod ſi ſolum accidens foret: ens ipſum uti ſubiectum eſſe ens non potuiſſet: quoniam fuiſſet ab ente diuerſum: ĩmo uero maius incommodum ſuſciperetur ſubſtantiam ſimul eſſe: atq; non eſſe. Eſſe quod enti ſupponeretur. Non eſſe q; ſolum accidens conſtitueretur ens eſſe. Quoniam uero non erat horum omnino neſcius: neq; illud item ignorabat ſe: ſi propter huiuſmodi abſurditatem ſubſtantiam ens eſſe conceſſiſſet quia ſine ea conſtare accidens nõ poſſet: ſimulatq; accidens ſolum eſſe ens putauiſſet: neceſſario plura eſſe entia conceſſurum fuiſſe: præſertim quum illa ſeparatas & diuerſas diffinitiones optinere apertiſſime uiderentur: licet ita mutuo innexu implexuq; teneantur ut ſeiungi non poſſint: iniurii atq; adeo utilitigatoris hominis eẽt: exiſtimare uerem alioquin philoſophum tanta rerum inſcitia laboraſſe. Verum enim uero nihilominus dato etiã num hoc atq; conceſſo Parmenidi. Id. ſ. ſolum ſignificare ens: quod ſit maxime & ueriſſime ens & ipſiſſimum: & poſtremo ſubſtantia: & id quod hæreat nulli: potius cui hæreant atq; accidant cætera nihilominus inquam eueniet: ens eſſe non ens. Nam hoc quod uocamus uere ens. Num album? num nigrũ? num quouis alio nomine aliud quidpiam eſſe uoluerit? profecto ineſſe aliquid ſubſtantiæ conceſſerit: quippe quæ ſubiecta ſit omnibus. Si album ergo dixerit: id quod eſt ſubſtantia: contra obſtabo: Albũ uero ens eſſe non poſſe. Nam id quod uere ens dicitur apud eum ſubſtantiam ſignificabat. At album ẽ
xxvii accidens. Quod ſi album non ſit uere ens: neq; ens utiq; ullo modo eſſe poterit. Erat enim ſupra conſtitutum ab illo. Solum id eſſe ens quod uere ens eſſet. Quamobrem album erit non ens: non eo quidem genere partim ut ſit: partim non ſit. Sed ex ſubiectione ac poſito erit penitus atq; omnino nõ ens. Neq; enĩ dici poteſt ipſum uere ens huic albo hæſiſſe accidiſſeq;: quum ſit ipſum ſubiectum albedinis. Quæ quum ita ſint quumq; albũ oĩno eſſe non poſſit: ſequẽs eſt: ut ſi ineſſe illud ĩ uere ente dixerimus: utiq; id qd̃ maxime nõ eſt: dicamus eſſe in eo: qd̃ maxime eſt: atq; hoc iã q̃ ſit diſſonũ latet neminẽ. Age ſi uere ens fuerit albũ: albũ porro iã oĩno non ſit: nõne euenit: ut id qd̃ maxie ẽ efficiaẽ nõ ens? Neu ſit qſpiã qui nõ cõfectũ putet: quẽadmodũ nõ cõficeretur: ſiqs ita cõponeret: albũ ẽ accidẽs: corpus ẽ album: corpus igitur accidẽs. Sed nulla eſt ſimilitudo ĩter poſterioré hunc & priorẽ ſyllogiſmũ. Is. n. q dicit album eẽ accidẽs: concedit præter ſubſtãtiã eẽ aliqd: qd̃ quum ꝑ ſe ſit ens: alteri deĩceps hæreat: proĩde ſi ſubiectũ ẽ aliud ens: & diuerſum ab accidẽte: q̃q̃ eſt particeps accidẽtis: qd̃ itẽ ẽ ens diuerſum a ſubiecto uicioclodit ratio: in qua ĩducitur corpus ſiue ſubiectũ accidẽs eẽ. At hic non ſic ẽ: ſed albũ: atq; oẽ huiuſmodi accidẽs ſimpliciter negãt ens eẽ. Confit igitur albũ de uere ente prædicari nõ poſſe ut accidẽs: alioqn qd̃ negauit ens eẽ fateretur eſſe. Quo cõceſſo nõ ſolũ ens: ſed etiã uere ens erit. Quo dato ſtatim ſequiẽ appellationẽ uere entis late patere & multa ſignificare: non ut ille uolebat unũ: qd̃ ſi nõ ꝑdiceẽ ut accidẽs: certe aut ut ſpẽs aut ut genus ꝑdicabiẽ. Ex iis oĩbus ſequiẽ id qd̃ ſimpliciter ẽ nõ ens: de eo qd̃ ſimpliciter ens eſt appellatũ & prædicatũ iri. lacet igiẽ tota concluſio.

xxviii AGitur ĩfinitũ illud ens neq; corpus eſſe neq; magnitudinis ullius ſitũ habere cõcedẽt: ne aut in partis cogãtur multas diuidere: aut accidẽtia adiũgere: utrũ ne igiẽ definiẽdũ putãt id qd̃ uere ens uocatur. At quã nã ſubſtãtiæ rationẽ afferre poſſunt? Niſi forte etiã hoc tollere uoluerit ab eo ente qd̃ fingũt. Quod ſi ſubſtulerit nõ uideo qd dici ſcribiue de eo amplius poſſit: de quo nihil neq; ut accidens: neq; ut genus: neq; ut ſpecies: neq; ut differẽtia: neq; ut diffinitio: neq; demum ut deſcriptio poſſit afferri. Siquam uero dederint diffinitionẽ: diuidi illam ſciant oportere: ĩ uere entia: ueluti ſi ponatur homo id eſſe qd̃ uere ẽ. Aio neceſſariũ eẽ: hominis diffinitionẽ ex iis quæ uere ſunt eſſe cõpoſita: ideſt animal & terreſtre & bipes ex eorum eſſe numero quæ uere ſunt. Nã ſi uere eſſe illa negaueris accidẽtia feciſſe uideberis. Sed fieri nequit: ut ea quæ diffinitionẽ rei cõplẽt: accidẽtia ſint diffiniri. Quã autẽ uerũ hoc ſit: facile eſt ut arbitror ꝑſuadere. Accidẽtia oĩa aut talia ſunt ut adeſſe
xxix poſſint: & nõ adeſſe: id ẽ ut & adiũgi & ſeparari ab eo poſſint cui accidũt qualia ſunt ſedere legere diſputare: aut eiuſmodi: quorum diffinitionem ſubiectum ipſum ingrediatur: qualia ſunt: ſimitudo paritas

& imparitas numeri. Eſt enim naſi cauitas ſimitudo & numerus: qui ſecari poteſt in inæqualia: impar utriuſmodi. Igitur accidens erit animal? Nam ſi prioris modi. ſ. eius ut adeſſe poſſit: & non adeſſe fiet: interdum: ut homo: neq; ſit animal: neq; bipes: neq; terreſtre. Sicut plerūq; fit: ut neq; diſputet: neq; ſedeat. Sed forte ſecundi modi putaueris: at fieri nequit. Non enim ineſt homo in diffinitione animalis bipedis terreſtris: potius e diuerſo illa in hominis diffinitione clauduntur. Eſt enim uniuerſale præceptum ea quæ in alicuius diffinitione ponuntur: in ſua diffinitione diffinitum habere nō poſſe: alioquin id qđ totum eſt: partis pars fieret. Nam hominis pars eſt animal: quippe quod cum aliis iunctum conſtituat hominem. Quare ſi homo inſertus innexuſq; ſit diffinitioni animalis: totum erit in parte: & pars partis fiet. Neq; enim ſiquid conſtat ex pluribus: ut albefactum ex albo & corpore: poteſt ineſſe in alterius ſuarum partium diffinitione: puta in diffinitione albedinis: aut in diffinitione corporis: ſed e contrario potius. Dices homini: neq; animal accidit: neq; bipes: ſed cuidam alteri. Ego uero primum id prætereo: quod quum ita dicis: duo iam eſſe ea quæ uere ſunt fateris: deinde illud requiro potius. Si animal bipes & terreſtre accidentia ſint: hominem quoq; qui ex illis exiſtit: accidens eſſe maxime oportere: quod qui dicit magna eſt uecordia: ſi autem ut oſtendi hæc non accidunt homini: manifeſtum eſt: hominis diffinitionem in uere entia eſſe diuiſam. Quotiens autem de hominis diffinitione: hoc loco habita mentio eſt: omnia intelligi de eo: quod uere ens ſit: atq; illuc tranſferri. ſ. uolumus. Multa igitur uere entia habebunt: quis neq; ſeparari mutuo: neq; diſiūgi poſſint ab eo: qđ uere ens ſit: atq; id ipſum uere ens ex indiuiſibilibus iſeparabiliſq; tāetſi cōponitur: tamen ex uere entibus cōſtat.

xxx

DEdere nonnulli manus uicti ratione Parmenidis: & ratione Zenonis: qui quum putarēt ens eſſe indiſſolubile indiſiunctile atq; continuum conati ſunt uel hunc in modum ꝓbare: unū ens eſſe: quia ſi diuidi poteſt non ſit proprie unum: quando ſectio huiuſmodi corporis in infinitum abit. Quam difficultatem quum ſoluere quidam eſſent aggreſſi: non ſolum illos loco dimouere non potuerunt: ſed etiam alia quædam magis cum obſcura ſalebroſaq; tum dubia cōtrouerſaq; attulere. Nam Xenocrates loco ſectionis infinitæ indiuiſiles quaſdam lineas commentus eſt: & ne unum & multa eſſe fateretur: quæ putabat eſſe pugnantia in aliam quandam & quidem maiorem prolixioremq; repugnantiam uidetur incidere. Conſtituit enim idem eſſe magnitudinem & non magnitudinem: quo quid poteſt eſſe pugnantius? Porro idem eſſe unum & multa non pugnant: ſi cui nota eſt ea diſtinctio: quæ a nobis explicata eſt de actu & poteſtate. At is qui idem putat eſſe lineam & indiuiſile: nimirum dicit lineam eſſe non lineam.

xxxi

PLato quoq; non modo primam aſſumptionem Parmenidis concedebat: uidelicet eam: id non eſt quod præter ens eſt: uerum etiam aſſentiebatur unum ens eſſe. Id uero: quod iam efficere: & concludere ratio uidebatur: unum ſcilicet eſſe omnia minime cōprobabat quia uidelicet etiam non entia quodammodo eſſe opinabatur: nam ipſum uere ens conſtituebat ideam. Materiam uero primam: atq; informem eſſe quidem: ſed nihil habere entis exiſtimabat. Arbitrabatur ſiquidem conſtare res ex duobus: ideſt ex eo ente: quod uolebat unum eſſe: & ex eo nō ente: qđ primam materiam appellitabat: cæterum ipſe quoq; neſcio quonam fato incidit ſcopulum: quem uitare maxime cupiebat. Si enim unam tantum rem ſignificari ab ente concedit: addit autem præter hoc ens aliud quidam eſſe: uidetur ſimul & unum ens dicere: & efficere multa: quod qui fatentur: nonne fatentur unum eſſe & non unum? Neq; enim propterea uidetur poſſe effugere: quod alterum proprie ens: alterum improprie dicat uocari: quin etiam: magis: magiſq; tenetur: atq; in eadem pugnantia fortius penituſq; uerſatur. Nam ſimul differentiam conſtituit inter ea quæ ſunt: uelit nolit numerum facit: & plura eſſe entia aperte demonſtrat. Nos uero dicimus quamuis unum ſignificare uideatur ens: poſſe tamen defendi eos: qui poſuere: non ens eſſe: ne contraria: & aduerſantia dicere uideātur. Neq; enim de eo non ente locuti ſunt: quod prorſus non eſſet: quodue uſquequaq; præter ens eſſet: nam hoc tueri: eſt tueri pugnantia: quia ſcilicet: quum unam entis eſſe naturam conſtituis ſine repugnantia: aliam inducere atq; inferre non potes. Illud tamen non ens: aliquatenus ens dicere nō ueremur. Et enim quum dicimus ens unam ſignificare naturam: non ideo uolumus unam numero entis eſſe naturam: poteſt enī ea quoq; ſignificari: quæ generis ſit: & ea quæ ſpeciei. Quid igitur prohibet: hoc ipſum ens: quod dico eſſe unum: intelligi unum eſſe genus? Ponatur ergo ens animal eſſe. Qui itaq; canem eſſe: nō ens dicit: non ſtatim dicit: præter ens canem eſſe. Sed poteſt etiam illud intelligi: ut canis qui ſit: non equus ſit: tamen canis. Non eſt igitur altera entis natura introducenda: ne omnia fiāt unum. Sedet ſi nomine entis ſolum: id quod uero eſt: & quod ipſiſſimum eſt uenire ſignificariq; placeat. Non ꝓpterea excludimur: quin multa numero uel ſpecie entia eſſe affirmare poſſimus: quemadmodum dictum eſt. Contra itaq; Parmenidem: & Meliſſum ſatis hæc ſunto.

xxxii

QVi uero ens pro principio accæperunt: & unum ens: unum dixere principium: quos iure qs appellauerit Phyſicos in duo genera ſecantur. Alii unum ex elementis principium ſtatuere. Mox ex eo reliqua deriuarint raritudine dēſitudineq; adhibita: quibus qualitatibus uniuerſaliora illa uidentᵉ eē cōtraria. Supantia & defectus ſub quibus magnū & paruū Platonis pricipia collocantᵉ. Verū Platoni magnū & paruū materiā ſignificabát: unū uero cām efficiētē & formā contra Phyſici pro uno materiā & ſubiectum accipiunt: contraria autem formas eſſe & differentias arbitrantur. Cæterum alii ut Anaximander nullum ex elementis principium faciunt. Sed tertiam quandam naturam: quæ & igne ſit craſſior: & tenuior: & gracilior aere. Porro idem ille Anaximan-

der existimauit non esse opus alteratione generandis rebus: sed ex infinito illo elemento contrarietates insertas atq; innexas excerni. Quemadmodum etiam ii qui multa principia & unam efficientem causam posuere. Anaxagoram dico & Empedoclem: quorum alter similares illa particulas quas homomerias uocabat: & mentem præterea diuinam inuexit. Alter quattuor elementa etspherum ideſt Deum putauit esse principia. Plane ii cum Anaximandro in eo conueniunt: q; ad ortum & generationem rerum: nulla alteratione utuntur: sed quæ fieri: atq; nasci subinde nobis uidentur contendunt: ex ea miscella oia perinde: atq; prius in hærentia: sed latentia exprimi: atq; secerni. Cæterum differunt in eo: q; alter secretionem illam temporibus quidem terminatam facit: sed interpollem ac reducem uicibus. Anaxagoras
xxxiii uero sempiternam putant esse: & nunquam desituram intercasuramue: Huic item elementa uidentur esse infinita: illi finita uidelicet quattuor. Sane duæ ratiões fuere quibus Anaxagoras ita opinari motus est: una: q; uidebat ex contrariis gigni contraria. Nam quum fieri posse non putaret: ut contrarium ullū in contrariā naturam abiret: quippe qui crederet rerum principia esse casura interituraque: si contraria in contrarias naturas uerti possent: arbitratus est: incontrariis inesse contraria. Altera ratio erat: & quidē quæ coegit illum: atq; impulit maxime ita sentire: q; notat commune antiquorum fere omnium eē scitum: nihil fieri posse de nihilo: proindeq; obtinuisse: ut singula esse: in singulis iudicarentur: & fieri res: aut generari nihil aliud esset: q; detegi euelariq; aut excerni. Corrumpi contra: nihil aliud esset: q̄ diffundi: & coalescere. Apud Anaxagoram porro rem fieri: atq; nasci nihil aliud ē: q̄ alterascere: & mutare: Verum ex ipsius rei natura ituitu patet illum uni uocabuli non tenuisse: qui generationem: non ut cæteri
xxxiiii coitionem: siue concretionem: sed alterationem appellet. Sed & syllogismo utitur: ad suam sententiam confirmandam: hunc immodum. Omne quod fit: uel ex ente fit: uel non ex ente. Sed enim ex non ente non potest: ex ente ergo fit omne: quod fit: ita sequi: ut singula insint in eo unde fit aliquid: ut in hac aqua crines ossa neruos carnem inesse sit necesse. Perspici autem: atq; deprehendi non posse: a nobis horum singula præ sua exiguitate. Ex quibus postremo intulit immista & innexa esse singulis omnia posteaquam ex omnibus omnia fieri uidebantur. Sed quænam est: ea causa: ut omnia non appareant esse similia: si æque proueniunt ex singulis omnia? Quoniam inquit ille uniuscuiusque rei inæqualis est in omnibus portio: sed in unaquaque re unum quippiam abundat magis: atque superfluit: ut in hoc sit aquæ plus: in illo sit corporis. Quod ergo apparet aqua: facit hoc copia: quando nihil est: sincere aqua caro terra sanguis.

xxxv Est igitur consequens post eius opinionis confutationem quæ tollere principia uidebatur eorum impugnare sententiam qui infinita esse illa putauere. Vellem fieri posset: ut ipsimet interessent nostræ disputationi: facile opinor fatererentur finita rerum naturalium esse principia. Equidem primum illud admiror quo pacto ii qui naturæ scientiam profitentur: ignorauerint id se temere profiteri si suam sententiam retineri tueriq; uelint. Si enim tunc scire uniuscuiusq; rei naturam arbitramur quum causas illius: & principia cognoscimus: infinitarum autem rerum quum is aperte concedat: nullam posse haberi noticiam. Nimirum qui infinita dicit esse principia tollit rei: quā tractat cognoscendæ facultatem: q; si quum infinita ea faceret Anaxagoras qualitates alioquin numero definiuisset: quamuis sciri non posset: ex quot existeret unumquodq;: saltem illud cognoscere licuisset: ex qualibus constare. Nunc uero quum: neq; per proprietates: ac species: neq; per numeros suas illas similares particulas quas finxit: distinxisse discreuisseq; reperiatur: quumq; ea se docere pollicitus fuerit:
xxxvi quæ primus ipse nesciat: apertissime nos ueteratorio isto expromisso uidetur eludere. Hactenus extra negotium. Iam uero illud quo pacto non est absurdum: quod ex illa opinione consequitur: quæ putat mista esse in omnibus omnia: Sequitur enim: quum una quæq; similarium partium & augeri in infinitum & minui possit: neq; maximā ullā: neq; minimam posse q̄titatem capi. Quod etiā ipsimet Anaxagoræ impossibile uidet esse. Fatet enī cōpositū omne cōstare ptibus: partes autē illas uoco: q̄ & uicissim a sese & a toto separari actu quæūt. Palā quoq; illud concedit: magnitudinē totius pendere: atq; regi magnitudine ptiū: ut si uidelicet paruæ sint ptes: paruum etiam habeat: & totū: si cōtra magnæ magnū quoq; & illud habeat. Et si ifinitus utrinq; processus ī partibus fuerit: futurū eē itidē in cōposito infinitum. Quanta. n. esse possunt ossa: caro: nerui: tantū: & ipsum aīal. Eodē modo de partibus plātarū: & de plantis ipsis iudicandum ē. Aeque etiā e diuerso illud ē uerū: si sit impossibile: totū grandescere: partes quoq; esse impossibile: plane aīalibus oībus atq; plantis exitus magnitudinis est: ipso etiā num Anaxagora consentiente. Esse igitur & partibus necesse est: neq; fieri pōt: uti q̄talubet sit caro hois ea: q̄ cum infinitis aliis rebus iest & delitescit milio: aut uti in minores secetur portiones & tamen caro adhuc remaneat. Sane hoc q dicit magna uidet amentia. Vegt Anaxagoras fortasse respōderet hūc in modū: minie quidē se concedere magnitudines aīalium & plantarū ex similariū partiū auctione & diminutione pendere: esse uero secuturū: id si aīalia atq; plantæ ex q̄libet similariū partiū specie: unam tantū similarem particulā nacta essent: ut unam ossis: & unā sanguinis: & unā genet similiter reliquor: sed nō est: ita immo uero cōstituere se: atq; collocare in unoquoq; aīantiū genere: multas similares eiusdē generis & spēi particulas, phinc nullū incōmodū suscipi: si concedatur carnem diuidi posse in infinitum: animal non posse:. Nam eam carnem quæ inest in animali ex pluribus constare carnibus tanquā principiis & elementis. Sed non effugit. Tametsi enim hoc ita fuerit nihilosecius horum elementorum oportet magnitudinem definire. Dabitur porro numerus aliquis carūcularum: quæ compositæ efficiant eā carnē: quæ inest in animali. Sit autem quaternarius uel quinarius exempli causa. Si igitur harum carūcularū

unaquæq; diuidi poteſt in infinitum:ea caro q̄ ex quattuor illis conſtaret uſq; adeo concidi atq; exigua reddi poſſit:ut ex tantilla carne nullum animal conſiſteret.Præterea quid eſt quod aiunt:hominis carnem ex pluribus carnibus eſſe compoſitam? Quur illarum quælibet caruncularum nō erit rurſus ex pluribus compoſita carnibus? Si minui poſſunt ſimilares particulæ in infinitum? Illud quoq; q̄perridiculum ē? Elephanti carnē ex paucioribus cōſtare carūculis:culicis carnem ex pluribus: nihil enī ītereſt: utrum duas ex pluribus an ex paucioribus aliquid eſſe conſtitutum:quum nullum magnitudinis exitum capere poſſis:neq; incrementum uerſus neq; diminutionem:omnino autem carnem minuere in infinitum nihil aliud eſt q̄ carnem efficere ampliꝰ ne ſit caro.Quāuis.n.carnis in eo quod corpus eſt infinitam ſectionem poſſis agnoſcere:in eo tamen qđ caro eſt non potes.Breui ſiquidē carūculæ illæ ex ſectione deſinerent eſſe carūculæ:atq; ita corrumperentur.Quod quemadmodum conuenire poſſit ei q rerum prīcipia ſtatuit ĩcorrupta:nō uideo.Si itaq; uera ſunt hæc:definitaq; atq; certa ē carnis minimæ magnitudo:fieri nō poteſt ut ī quolibet admiſtū ſit quodlibet.Sed quāobrem? Quia omne finitū corpus:ſi finitas:& quidem minimas portiunculas deſeces quandoque deficiet:eſt neceſſe:modo non proportionem ſequare:ſed certam aliquam & præſcriptam magnitudinem decidas.Si igitur ex aqua caro uniuerſa continuo excerantur: proculdubio ſumptitabitur aliquando uniuerſa quæ ſuberat:neq; abiri poterit in infinitū.Neceſſe eſt itaq; alterꝫ ex duobus ſequi:aut ut excretio illa cadat deponatq; abſumpta atq; exhauſta omni materia:aut ea durāte infinita uis carūculaꝝ q̄ habebat uel anteq̄ cœpiſſent excerni:in magnitudine ac mole finita:puta aqua uel alterius corporis reliquat. Quod dicere aut ſentire ſupat oēm ſtoliditatē. Adhuc ſi corpus omne ſublatis partibus reddit mīus:carnis uero certa ē definitaq; utriq; ſecus q̄tas:manifeſtū ē ex minima carne nullū corpus poſſe ſecerni:eſſet.n.aliqd minus xxxviii
ac modicius minimo:q; ſi ex minima carne nullū corpus pōt excerni:q erunt ī omnibus oīa? Sed quid conſector leuia? Si inſunt oībus oīa:non ſolum caro in minima carne collocanda erit:ſed & ſanguis & os & cerebrum:& reliqua perīde affatim oīa:ſimiliter in ſanguine alius iterum ſanguis:alia caro: aliud os:ad idē exempli:& in cæteris omnia inſerenda inculcandaq; eſſent.Præterea quo pacto non latiſſime delirant ii qui in minima carne:carnem dicunt eſſe infinitam:ſimiliter aquam & terram:atq; aerem infinitum:ea quæ poſtremo omnia quæ nos ſupradiximus per ſe ipſa poſſe ſubſiſtere:& a ſe uiciſſim eſſe diſiuncta:quo quid poteſt eſſe horridius? Nam in eo quod ſeparata ſunt:terminum & finem accipiunt quia ſimulatq; ſeparantur:diſtinctionem & loci magnitudinis nāciſcuntur.Quamobrem ſi uera eſſet Anaxagoræ ſententia:fuiſſent principia non ſolum multitudine:ſed etiam magnitudine infinita:q; nihil aliud eſt q̄ facere ut ſint infinities infinita.Quod ſiqs tueri Anaxagoram uelit:dicatq; principia qdē: quoniam aliam naturam habere nō poſſunt:īmiſta non eſſe:ſed quum dicitur ineſſe omnibus omnia de ſenſilibus id concretiſq; eſſe intelligendum.Tranſferantur rationes ſubinde ad ſenſilia & concretiones:exempli gratia ad aquam ſenſilem.Aquæ enim ineunt carnes & oſſa infinita:quæ ſeparata actu cōcretiones ſunt atq; ex omnibus generabūtur:quia & ſenſilia ſunt:& poſſunt excerni.Quare & horum ſingulis rurſum alia quoq; inerunt.Nunq̄ enī fieri poterit:ut in ſincera & prima principia reſoluantur. Nam hoc eſſe impoſſibile idem Anaxagoras clariſſime atteſtatur.Quomodo igitur ea efficere diuina xxxix
mens ſtatuat? Nōne potius uideri ſtultiſſima atq; inſipiētiſſima debeat? Si aggredi uelit ea quæ ſint facti impoſſibilia? At qui recte quidem illud:ſed forte fortuna dixit Anaxagoras fieri poſſe:nunquā: uti deſtrue illa maſſali omnia entia ſecernantur.Accidentia namq; a ſubſtantia ſeparari non poſſunt.Quē igitur finem laboris inueniet prouidentiſſima ſcilicet mens:ſi ea attentauerit:quæ perfici & ad exitum conferri nō poſſint? Quando neq; magnitudinem principiorum definiuit:quippe quæ diuidi cenſeat in infinitum:neq; qualitatem.Nequeunt enim a ſubſtantia ſeparari colores:habitus & poſtremo acci-
dentia reliqua.Quorum alterum menti ſuæ:neq; ille quidem tribuit. Alterum nos ueritatis gratia in xxxx
ficiamur:quando præſertim:neq; illud quoq; acute Anaxagoras uidebat:propterea carnem ex carunculis cōſtare:lapidem ex lapillis:aurum ex aureliis:quod putabat unam quāq; ſimilarium particularū in ſimilares partis minimas ſecari poſſe:ut ſiquid inde abiret:atq; decederet coalitu earūdem partium: quæ:ſeceſſiſſent:nouus alius continuo ceu partus exiſteret:cæterum non conficitur. Lutum enim:& ī luta diuiditur:& in aquam:& in terram.Ex quibus ergo potiſſimum dixeris conſtare lutum:utrum ex lutulis:an ex terra potius:atq; humore? nonne uerius ſit lutum fieri:nihil eſſe aliud:quam ex humore:
& terra conſtare:ex lutulis componi:nihil aliud eſſe:quam increſcere:atq; grandeſcere? Neq; enim quē admodum lateres ſua ſtrue & compoſitura domum efficiunt:ita quum ex aqua fit aer:uel e diuerſo ex aere aqua quum fit:coeuntes aquulæ totum conflant:& conſtituunt elementum.Quod tamen ſequitur apud eos:qui egregium ſcilicet:& admirabilem illum concretionis modum præferūt. Enimuero ipſum aerem ſcimus in aquā alteraſcendo tranſferi atq; ita fieri aquā ſaltem ſenſu percipimus. Eodem pacto & Empedocles excretione atq; cōcretione arbitratus eſt oīa generari.Tamen leuius errauit:q; finita:& certa principia poſuit.Sed nondū eſt tractandus iis locus. xli

CEterum illuc me refero:q; contraria principia omnes conſtituere:& ii qui unum omnia & immobile: & ii qui plura eſſe dixerunt:& qui etiam infinita. Et enim Parmenides in iis libris quibus ſententiam ſuam aſtruxit:calidum & frigidum:principia eſſe dixit.Quorum alterum ignem:alterum terram uocauit. Anaxagoras quoq; in ſimilaribus particulis poſuit contrarias:quemadmodum Anaximander ſecretionem & concretionem:& Democritus plenum & inane:quæ quum principia conſtituiſſet:& generatiōes rerum figura ſitu:& ordine diſtīxiſſet aptiſſi-

me uiſus eſt adhibuiſſe contraria. Sunt enim omnia illa contrariorum genera ſitus figura ordo. Nam ſitus alius dexter alius ſiniſter ſupernus infernus anterior poſterior. Figurarum quoq; rectilinea: alia or
bicularis alia: quas ille pro contrariis habuit. Nam de Empedocle atq; Platone deq; iis Phyſicis qui rari
xlii tudinem denſitudinemq; cõtraria principia eſſe uoluerunt: abunde ſupradiximus. Ac mihi quidẽ acri⁊
us intuenti mediuſſidius uidentur omnes haud ſine ratione in hanc ſententiam diſceſſiſſe. Nam ſi na⁊
turam principii ſpectes: repies tria eſſe in principiis neceſſaria. Primũ ut ex ſe uiciſſim nõ exiſtãt: alioq;
principia & nõ principia eſſe probarent. Secũdum ut neq; ex aliis conſtent. Nam ſi prima nõ ſunt: quo
pacto poſſunt eẽ principia. Tertium ut ex illis cõſtent cætera: atq; hoc eſt pricipiis maxie propriũ. Hæc
autẽ omnia primis contrariis oportet ineſſe. Pria contraria uoco: q̃ ſunt maxie generalia. Nã ex aliis cõ⁊
ſtare iccirco nõ debent pricipia: quoniã ipſa ſunt pria. Neq; mutuo ex ſe ipſis ea rõne quia cõtraria ſunt.
Neq; perturbet quiſpiã: ſi quando audiat dici: ex albo fieri quippiã ut ſit nigrũ. Non enĩ ita dicuntur ex
ſeſe fieri cõtraria: ut ꝓprie mutuo fieri intelligantur ex ſeſe: ſed ita: ut quaſi poſt ſeſe mutuo atq; ordine
quodã ꝓduci generariq; uideant. Sed qſnã ille modus eſt inqes: quo fieri ex ſe mutuo poſſe cõtraria ne⁊
gauimus? Nimiꝝ is: quo de ære ſtatuã dicimus fieri. Neq; n. uno ꝓmanente ſupſtiteq; contrario gene⁊
rari alteꝝ põt: neceſſe ẽ aũt principia nõ corrumpi: q; ſi ſeruata in alteꝝ tranſmutent ſequet duo ſimul
xliii adeſſe cõtraria: qd̃ eſt impoſſibile: Sed quæres quonã pacto cõſtent ex contrariis ceu ex principiis reliq̃:
profecto id ea rõne neceſſariũ maxie uidet: qd̃ ꝑ tranſmutationẽ generatio oĩs conficit: quẽadmodũ
oſtendet. In contraria porro oĩs generatio deſinit. Veꝝ qa obſcuriora uident hæc eẽ quæ dicimus: pau⁊
lo altius repetere ac remetiri ſtatuimus: ut hoc ipſum facilius fiat intellectuq; capiat. Exiſtimare itaque
oportet nihil eẽ quod aut agere ĩ quodlibet & utcũq; fors tulit aut pati a quolibet poſſit. Nã neq; hõ ge
nerando aſino natura idoneus ẽ: neq; adamas nõ tutus a ferri ictu. Nõ igitur fieri aut naſci oĩa de omni
bus poterunt. Nã albũ ex muſico fieri neq; t: ſed ex nigro dũtaxat: aut flauo aut ex iis coloribus aliquo: q
q; ſunt in interlinitio contrarioꝝ poſitæ ancipites mediiq; hẽntur. Dices fortaſſe non eſſe hoc ꝓpetuo
ueꝝ. Videri enĩ luſciniã de Muſica fieri candidã: ſed ſoluit: illud euenit: nõ in eo q; muſica: ſed in eo q; ni
gra fuiſſet. Nã quũ accidere poſſit ut idẽ qui ſit albus: ſit etiã muſicus: facile aberratur: dũ nõ ex albo: ſed
ex muſico nigrũ fieri credit: q; ſi id qd̃ ꝑ ſe eſt diſtĩxeris ab eo qd̃ ex accidente fit: ĩuenies albũ ex nigro
uel ex fuſco ꝑ ſe ex perito aut Grãmatico per accidẽs factum. Nihil. n. uetat eundẽ qui niger ſit aut mu⁊
ſicũ: aut Fabrũ: aut excuſſorẽ: aut Militẽ: aut Impatorem eẽ. Qua re uſurpatio atq; abuſio fuerit: ſi quẽq̃
dixeris nigrũ eẽ factũ ab Arithmetico uolatili bipede: ſunt. n. huiuſmodi generationes ex accidente oẽs.
Per ſe aũt albũ generat ex nigro: & ſiqs ſubtilitate diligenti exigat id ex nõ albo: nõ tamẽ hoc ita accipi⁊
endum: ut ex omni eo: quod ſit nõ albũ: fieri nigrũ putet. Eſt. n. Hippocentaurus & Scylla nõ albũ: ſed
de eo non albo intelligendũ eſt: qd̃ de fuſco ueneto rutulo: & cæteris finitimis prædicet. Pariter Muſi⁊
cus de nõ Muſico fiet: nõ de colũna: neq; de naui: quæ & ipſa ſunt nõ Muſica: ſed de eo qd̃ a muſon ideſt
immuſicũ nouo quidẽ noĩe & fortaſſe duro: ſed ad rẽ demõſtrãdam ſatis idoneo appellaueris aut ſiqd
inter muſicũ & imuſicũ ambigit. Eodẽ modo albũ nõ abibit corrũpeturue ĩ qd̃libet: neq; ꝑ ſe corrũpet
xliiii in muſicũ: ſed ex accidẽte. Nã uſtilati hoĩs coloratiq; albedo ꝑ ſe ĩ nigriciẽ corrupta ẽ: q; ſi cõtigat ut idẽ
ille qui uſtilatus ẽ Muſicus fuerit: dici põt ex accidente albedinẽ in muſicũ fuiſſe conuerſam. Simili mo
do ſi muſicũ corrumpatur non corrũpentur in nigrum: ſed in imuſicũ. Neq; ſolũ hæc uident eſſe uera
xlv in iis quæ per alterationes accidentiũ producuntur: q̃lia ſunt quæ mox diximus: ſed etiã in iis uel latiſſi
me patet eadẽ ratio quæ per cõcretionẽ ſecretionẽq; generant: qualia ſunt ea quæ uocamus compoſita
Latet tamen in iis quandoq; eadẽ cã: q; cõtrarioꝝ fere pluriũ nõ hẽtur uſitatũ nomẽ: quemadmodum
habetur albi nigriq;. Ita qbuſdam priuationes ſuis noĩbus efferũtur qbuſdam non ipſæ priuatiões: ſed
aliorum ſolæ negationes habent: nam cõmunia compoſitis oĩbus nomina facile eſſet ĩuenire: cuiuſmo
di ſunt cõueniẽtia incõuenientia: ex quibus generatio ꝓficiſceretur omnis & ĩ quas corruptio itidẽ re⁊
uerteretur. Particularibus uero ſinguliſq; compoſitis propria in communi utiq; loquendi conſuetudi⁊
ne non reperiuntur. Verumtamen omne conueniẽter factum ex non conueniẽte fit & ad inconueniẽs
corrumpitur non ad quod uis ſed ad id quod ſpeciatim contraponebatur aduerſabaturq;. Non enim
hominis conuenientia ad inconuenientiam equi corrumpitur neq; ea quæ canis eſt: in eam quæ ſit plã
tarum neq; rurſum ex illis fiunt. Sed homo in hominis inconuenientiam abit. Equus ineam quæ ad
xlvi equũ pertinet. Plane nihil intereſt loco ĩconueniẽtis & conueniẽtis ordinatũ & ĩordinatũ dicas cõpoſitũ
& incompoſitum: aptum ineptum: deformatum informe. Nimirum eadem ratio in omnibus obſer⁊
uanda. Sumantur itaq; undelubet exempla. Domus ordinatio ex inordinatione fit non omni: neq; ex
ea quæ nauis eſt: ſed ex ea quæ ſpectat ad domum. Eſt enim ea inordinatio in eo q; neq; lapidum: neq;
laterum ſtrues cum admodum ornata & diſpoſita eſt: quo conueniebat in domum. E cõtrario quoq;
domus quando corrumpitur: in eandem hãc ĩordinationem redit. Item aceruus congeſtuſq; tritici fit
ex oppoſito q̃ aceruo tritici congruebat non quam aceruo lignorum: corrumpitur quoq; non in ligno
rum: ſed in tritici diſſolutionem. Aeque & ſtatua ex ſtatue infiguratur a fit. Et ne ĩ ſingulis morer. Ma
xlvii niſeſtum eſſe arbitror omne quod fit: ex contrariis fieri: & omne quod corrumpitur in cõtrariam aut
finitimã concedere atq; abire ſubſtantiam. Nam & intermedia ex contrariis generãtur: quod uidere ĩ
coloribus licet: ut illud q̃ poſſit ueriſſime affirmari. Quæcunq; natura ſunt facta aut contraria eſſe: aut
ex contrariis ortum habere. Contraria ea ſunt quæ eiuſdem generis extremos ceu margines obtinent.
Ex contrariis conſtantque horum in medio collocantur. Cæterum illud commonuiſſe hoc loco expe⁊

diet:q̃uis ex contrariis generationes oẽs procedere & in cõtraria corruptiones abire dixerimus:non ta/
men reſtare permanereue contraria illa corruptis:aut genitis rebus cõcedimus:alioquin nobis ipſis pu/ xlviii
gnaremus.Eſt autem ita intelligẽdum ut dixi:fieri hoc ab illo:ideſt hoc poſt illud.Hactenus ferme oẽs
conſentiunt elementa atq; ea quæ cuiq; principia uidebantur haberi contraria:non tam ratione iducti
q̃ ipſa ueritatis ui.Diſſentiunt autẽ iter ſe oẽs ĩ ea re q; alii priora generalioraq;:alii poſteriora & particu
lariora principia tradidere:alii conſectati ſunt ea quæ rationi perſpicua magis eẽnt:alii quæ notiora ſen/
ſibus uiderentur:alteri calidum humidũ frigidum ſiccũ:quæ poſteriora particulariora cognobilioraq;
ſunt principia conſtituerunt : alteri magnũ & paruum:par & impar:cõcordiam diſcordiam:quæ cum
ratione priora eſſe:tum generaliora notioraq; uidebantur.Verũtamen hi partim diuerſa ſequebantur: lxix
partim eadẽ uidebant.Hæc enim oĩa inter ſe quandam ſimilitudinem habent.Nam quemadmodum
concordia refertur ad litem:ita impar refertur ad par : calidum ad frigidum:ſiccum ad humidum:præ
terea quædam ex illis ſub concretionem:& ſub exceſſum cadunt : quædam ſub ſecretione defectuque
reponuntur.

QVam itaq; contraria principia eſſe neceſſarium ſit:ſatis manifeſtum eſſe iudico. Eſt autẽ ſe/ .l.
quens ut arbitror quis ſit numerus principiorum oſtendere:indicatum eſt ſupra neq; unũ
eſſe poſſe principium neq; infinita.Vnum ea ratione quia contraria & oppoſita quum ſint:
hoc ipſo nequeunt infinita eſſe.Quum q; ſeparare ac diſtrahere illa oporteret in duo: tum
etiam q; rerũ ſcientia obiter tolleret.Accedit q; naturæ unius & generis una uidet eſſe oppoſitio con/
trarietaſq;.Genus autẽ unũ dicit proprieq;:qđ poteſt in ſpecies non etiam in genera ſecari.Ita circa colo
rem albedo & nigritia:circa ſapores dulcor & amarities iueniũtur. Oppoſitionẽ uocamus duoꝝ oppo
ſitorum contrariorũue habitum quendam atq; reſponſum.Circa materialem igitur generatilẽq; ſub/
ſtantiam:cuius principia quærimus:una quoq; eſſe debet oppoſitio non infinitæ : quando præſertim
nihil prohibet adortus:& nouationes rerũ principia finita poſſe ſufficere.Nam Empedocles:qui poſuit
eſſe finita:melius mehercle & cõmodius q̃ Anaxagoras rerũ quæ generantur naturã abſoluit. Quod ſi li
hæc uera ſunt atq; una eſſe unius naturæ oppoſitio debet:ſequitur neceſſario:ut aut duo ſola principia
ſint:uidelicet pria illa cõtraria:aut cõiugẽda cõſociãdaq; illis ſit etiã nũ materia q̃dã atq; ſubiectũ.Quod
tam & ſi mihi maxie neceſſariũ uidet:uelim tamẽ ſeorſum ipſe tecũ paulo ſerius conſyderes:ſit ne ulla
denſitudo q̃ ipſa p̃ ſe poſſit raritudinẽ facere:cõtraue aut ulla caliditas q̃ frigiditatem:aut amicitia ulla q̃
odiũ poſtremo q̃litates ullæ q̃ cõtrarias q̃litates gignãt:ſed nedũ facere aut gignere reputemus:num ẽt
eẽ ipſa p̃ ſe poſſint:atq; ſeorſum cõſiſtere:frigiditas caliditas cõcretio ſecretio & ſimilia iis.Nõne potius
tertiũ quiddã ſubſternẽdũ ſubiiciẽdũq; ẽ:circa qđ ueluti fundamẽtũ ad uiciſſitudinẽ rerũ conſtituendã
iactũ:& illa ſubſiſtere & generare deiceps reliq̃ poſſint.Nõ.n.ſeſe illa de cõtrariis primis loquor:mutuo
ſubſtinẽt:neq; itẽ ſupſtite cõcretione ſecretio naſcit aut ſuſcipit ĩ concretionẽ neq; raritudo dẽſitudinẽ
ſubit:ſed alteꝝ alteri cædit:tertio quodã recipiẽte baiulãteq; id qđ nouat & gignit.Quapp ẽt philoſo/
phi ueteres cõtrariis unã plureſue naturas ſubiiciebãt.Sed uel huic quoq; ꝓbabit qđ uolumus.Princi/ lii
pia dixerit aliqs ĩ ſubiecto collocari nõ debẽt:alioqn prĩcipii prĩcipiũ cogemur afferre.Nã ſubiectũ uide/
tur prius eẽ & ſubſtãtia:iis q̃ ĩ ſubiecto cõtinent:cõtraria porro ĩ ſubiecto ſunt oĩa.Non igit uident eſſe
poſſe prĩcipia:q̃ dicant eẽ cõtraria.Itẽ nulli rei uidemus ſubiecta eẽ cõtraria.Prĩcipia aũt neceſſe ẽ oĩbus
ſubiici.Non igitur contraria ſunt principia. Item negamus ſubſtantiam ullam aduerſari ſubſtantiæ.
Non igitur ſubſtãtiæ ſunt quæ uident eẽ cõtraria q; ſi nõ ſunt ſubſtãtiæ:manifeſtũ ẽ nõ eẽ ꝑncipia:alio
qn fateri cogeremur ꝑncipia ſubſtãtiaꝝ nõ eẽ ſubſtãtias.Veꝝ ſi ꝑ oro demõſtrabat oppoſitionẽ eſſe liii
prĩcipiis:& uidet nihilominus ſecũda hæc & poſterior efficere ne ꝑncipia uideãt eẽ cõtraria:cũ illis utiq;
ſentiẽdũq; ẽ:q duobus cõtrariis tertiã addidere materiã q̃ prior q̃uis eẽt:q̃uiſq; magis ẽt nũ iſigniter pri
cipiũ eſſe uideret:nihilomĩus illoꝝ idigeret:utpote q̃ p̃ ſe ipſa cõſtituere nihil architectariue poſſet.Atq; liiii
hoc quoq; ueteribus placuiſſe cõperio.Illi.n.unã q̃piã naturã cõtrariis ſubiecerũt:ꝑp quã unũ oĩa eẽ ar/
bitrabant:aut aquã:aut ignẽ:aut id qđ mediũ fingebãt ĩter aquã & ignẽ:ꝑpius ãt accedũt ueritatẽ:q in/
termediũ illud cõminiſcũt.Nã ignis aptiſſime ex cõtrariis cõſtat:qppe q feruida & ſicca natura ſit:quo/
rũ frigiditas & hũiditas cõtrariæ q̃litates hẽnt.Oportet ãt id qđ ẽ ſubiectũ cõtrariis in ſua natura nullũ
hẽre cõtrariũ:alioqn neceſſe eẽt:ut alterutrũ aut nõ ſuſcipeꝝ:aut corrũpeꝝ:quoꝝ utrũq; pugnat deſcri/
ptiõi prĩcipii.Quare nõ abſq; rõne ſẽſerũt ii:q ſubiectũ aliud ab elemẽtis q̃ttuor poſuere.Eadẽ rõne mi
nus errat ab iis:q aerẽ ſubſternũt.Habet.n.aer minimã differẽtiã ſenſiliũ portionẽ.Tertio ſuccedũt lo/ lv
co:q aquã cõſtituere ſubiectũ:Calefit.n.eadẽ pmanẽs & frigeſcit:liquat cõgelaſcit:fundit cogit.Plane ui
dent oẽs unũ illud ſubiectũ cõtrariis iformaſſe:alii raritudĩe dẽſitudine:alii magno atq; paruo:hæc aũt
ſub exceſſu.ſ.defectuq; recidũt.Videt ãt puetus eẽ opĩo:tria reꝝ eẽ principia oportere:ſubiectũ defectũ
exceſſum.Ac numeꝝ qdẽ prĩcipioꝝ eũdẽ oẽs aſciſcũt:nõ tamẽ eodẽ oẽs mõ.Nã ueteres duo agere:ter/
tiũ pati putauere:ĩ cõtrariũ Plato nõ uiſum:duo pati:agere unũ:quẽadmodũ & ſupradixi.Quãobrẽ cõ
uenit tria eẽ prĩcipia & elemẽta. Eſt aũt de iis elemẽtis nobis in p̃ſentia ſermo:q̃ rebus generatis inſunt.
Plura uero eſſe q̃ tria:non amplius conuenit.

NAm ad patiendum ſufficit ſubiectũ unũ:ad agendum ſatis ſunt contraria: q; ſi aut alteram lvi
addideris oppoſitionem:aut ſubiectum alterum :cogeris utrunque duplificare . Nam ſi
alterum ſit ſubiectum : alteram quoque oppoſitionem eſſe continuo oportebit . Et ſi
altera ſit oppoſitio:alterum pariter ſubiectum habebitur . Aut igitur ex utraque trinitate

eadem generabuntur:aut diuerſa:ſi eadem:ſuperfluet altera:ſi diuerſa:non erunt eadem principia rerū generatarum:neq; elementa in ſe uicibus conuertentur ignis:aer:aqua:tellus.Præterea & quur duæ ſolum & non plures trinitates erunt atq; ſubinde infinitæ: nullā comperio rationē.Quæ ſi duas:nō eadē quoq; poſſit plures atq; adeo infinitas afferre? Nā ſi iccirco dixeris duas eē:q; ea quæ animaliū principia ſunt:differre oporteat ab iis quæ ſunt plantarum : quur non ita differre debebunt:quæ ſingillatim cuiuſq; generis ſunt plantarum? Deinde uidemus animalia plantis ali:plantas porro fieri ex elementis:ita ut manifeſtum ſit in uices omnia trāſmutari alternante & reciprocāte natura.Quod ſi duas oppoſitiones & unum ſubiectum attuleris:dixeriſq; inter ſe illas mutuo uicibuſq; trāſferri:nihiloſecius eadem te incommoda ſequentur:atq; altera illarum utiq; erit ſuperuacanea:quandoquidem ſi mutua conuerſio ſit:neceſſarium eſt illa ceu coaleſcere:atq; eadem fieri.Nam ſi contrariorū oppoſitorum:in contraria eſt abitio:ſit una oppoſitio ab altera C D.Si igitur ipſum A quemadmodum poteſt ī ipſum B mutari:ita poſſit in D:profecto ipſum B & ipſum D plane ſint idem futura E ſi ipſum B quemadmodum pōt ī A i rapoſſit in C neceſſario A & C eadem omnino res fuerit.Eſt enim in contraria trāſitus & unū uni aduerſatur:ſed & ſupradiximus circa unam naruram:uerſari oppoſitionem unam.Eſt autem generatilis materialiſq; ſubſtantia:natura una.Nam ſi plura q̄ duo contraria inuenirentur:utiq; ſub primis illis quæ propria ſunt ſummæ ſubſtantiæ collocare & reponere oporteret.Quod & in qualitatis principio licet uidere.Nam & album & nigrum propinqua ſunt colori:contraria non qualitati. Si qua igitur
lvii qualitatis eius quæ de ſummo genere eſt contraria habebuntur:illuc cætera quoq; referenda erunt.Ergo neq; unū eſſe principium:neq; duo:uel tria:manifeſtum fecimus.Vtrum autem duo tātū an tria ſint magna & longe dubia quæſtio ē.Nunc igitur nobis de rerum generatione tractandū:neq; de ea demū quæ ad ſubſtantiam pertinet:uerū etiam de ea quæ ad alterationē:hoc eſt non modo quēadmodū ſtirpes atq; homines fiant:ſed quēadmodum Geometræ:Grāmatici:Muſici:atq; hoc ſummatim &com-
lviii munibus ſcitis ageť.Ita.n.facilius cōmodiuſq; uidetur:quemadmodum & initio faciendum eſſe oſtendimus.Quum dicimus aliud ex alio fieri:aut ex ſimplici:aut ex cōpoſito fieri dicimus.Ex ſimplici quū ex immuſico muſicus fit:ex illiterato litteratus:uel aliter quum immuſicus efficiť muſicus:& illitteratus lſatus.Eſt.n.eadē ſignificātia utriuſq; oſonis:tāetſi uerba paulū cōmutāť.Nā quū dicius hō fit muſicus ēt tūc ſimplici uoce utimur.Neq; ſolū id qđ trāſmutať:uidelicet hō:ſed ēt id in qđ trāſmutať uidelicet muſicus ſimplex ē:q; ſi per cōplexionē dixero:imuſicus homo fit muſicus:iunctum erit id qđ'mutatur ideſt homo:cū eo in quod mutatur ideſt immuſicus.Inter hæc autem duo quæ cōpoſitam dictionē faciūt:hoīem dico & imuſicū nōnulla differētia habeť & ī uoce:& ī ſignificatiōe:ſi ſeorſum & ſimpliciter ꝓferāť ī uoce:qa altex dupliciter pōt efferri.Nā & ex imuſico fieri muſicū:& imuſicum fieri muſicum aſſueuimur dicere:in altero uariare non eſt:ſed plurimum utimur recto:ita homo fit muſicus:nō flexo:ita ex homine fit muſicus.Callias fit litteratus nō ex Callia: alioqn pauca ſunt ī qbus rectius dicas:
lix ex hoc fit q̄ hoc fit:uerbi cā.Ex ære fit ſtatua:rectius q̄ ſi æs:ex lateribus fit domus:rectius q̄ ſi lateres dicamus.Atq; hæc eſt in uoce diſtantia.In natura uero & ſignificatione illud eſt & quidē maximum per ſpicuumq; diſcrimen.Nam alterū in tranſmutationibus remanet:alterum perit.Homo.n.quum fit de immuſico:muſicus & homo eſt & remanet:imuſicus non remanet: quando neq; tunc quoq; remanet quum per ſe dicimus imuſicum fieri muſicū.Sed etſi imuſicum cum homine copulaueris: adæque ī
lx muſicus homo non remanet.Loquor autē de tota dictione:quæ duabus illis iunctim uocibus conſtat. His igitur hunc ī modū expoſitis:id quod reſtat ac ſuperat materiam uoco:id qđ non ſuperat : ſed abit uanetq; priuationem:imuſicum dico illiteratumue.Vtrumq; uero imaginari facile eſt ex eadem eē materia numero : quando neq; talia poſſunt ſeorſum citra materiam ſubſtantiamq; conſiſtere : ſed in homine cognoſcunť.Ratio autem ſola diſtinguit.Neq;.n.idem eſt hoīem & immuſicum hominem eē. Oportet aūt & priores differentias meminiſſe :hoc eſt altex permanere:non ꝑmanere altex: hominē ſupereſſe:nō ſupeſſe imuſicum.Atq; hoc nimix rectiſſima ratione uideť contigere.Facta ſiqdē imuſicum abitione:continuo effugit id qđ ueniēti opponebať:id manet qđ nō opponebatur: hoc ē ſubiectū.
lxi Satis quoq; ampla atq; ſufficiens ea differentia ē:quam oſtendimus uoce cōſtare. Declarauimus.n.quū de priuatiōe paulo ante loq̄remur: nōnullas eē res:ī qbus:& hoc:& ex hoc recte utrūq; dici cōſueuiſſet ex imuſico muſicū fieri:& imuſicū muſicū:idē ſermo cōpoſitis cōgruit. At quū de materia uerba fiunt diſſimilis ē ratio loq̄ndi :aliq̄do utimur recto:aliq̄do nō utimur.Nā hoīem fieri lſatū dicimus:non ex homine:cōtra nauim ex lignis:non ligna nauim fieri:alioquin uidebatur caſus ille ex hoc conuenire maxime priuationi:rectus materiæ & permanenti.Nam inflexio illa de recto uidetur abiens quiddam & concedens ſignificare.Rectus contra caſus ſubſiſtens &reſtitans.Cæterum q̄q̄ ita eſſe uidentur:utimur tamen interdum & flexo:quum de materia loquimur:ut ſupradixi:appellat enim materiam ablatiuus ex hoc propterea: q; intra ſe tenet contrarium aduenientis formæ. Quum enim nullum habeatur nomen:quo priuatio eius formæ : quæ ad ſtatuam pertinet:indicetur: ex ære fieri ſtatuam dicimus : perinde ac ſi æri inſit illius formæ priuatio : hoc autem modo loqui ſolemus : quaſi ex ære informato ea priuatione : quæ ſpectat ad ſtatuam : ſtatua efficiatur : & ex lignis informatis ea priuatione quæ ſpectat ad claſſem:exædificetur claſſis:Quod ſi hoc ex ui dictionis illius non eſt perſpicuum :nihilominus ſubeſt quædam uirtus in ea propoſitione:qua id maxime ſignificať . Quamobrem:initio tunc quum eam diſtinctionem adhibui:demonſtraui ablatiuum ex hoc & de compoſitis dici:nunc oſtendi interim manifeſtum eſſe ſignificatum:ut in eo exemplo quod ante ſubieci, Inte-

rim ſolam uim & uirtutem propoſitionis elici:ut quum dicitur:ex ære fit ſtatua.Igitur quum ex aqua dicimus aeré gigni:uerbo ex aq̃ utimur tanq̃ compoſito.Eſt enī aqua compoſitū quiddam ex ſubiecto qđ pmanet & priuatione ea q̃ formæ aeris erat oppoſita:ut appareat eiuſmodi quoq; ī totū remanere nō poſſe.Quod quum iis conuenit quæ ſupius diximus Nā compoſita dicebamus nō remanere uniuerſa:exẽpli cā:hō imuſicus:totū hoc nō manet:quū muſicus fit.Sed de hoc ꝓducti ſumus ut plura faſſe diceremus q̃ erat neceſſe.

DIGRESSIO.

PLane generationibus cōſtituendis in materia opus é priuatione:alioquin nihil fieri poſſet: qa quicquid fieri diceretur:neceſſario anticiparet eé.Quare quáq̃ nullibi ſubſiſtit priuatio: ſed ſola ratione neceſſaria tamé é ceu altera quædam natura:quæ alteri naturæ accidat.Sed cōtra é illud:ſi materia in ſua ſubſtantia priuationé habet innexā cōpræhēſamq;: nonne ex ea mutatione corrūpet q̃ eſſet ad formā?Quū priuationis eſſentia in eo ſit qđ é priuatū eé. Præterea eſt ſentia materiæ cōſtituit potētia:potētia porro coniuncta é priuationi:alioquin potentia non fuerit:ni priuationé cū illa copulatā intelligamus:ſed ſoluit: & ne ꝓpterea tumultuemus:paulo altius repetēda res é.Oīa quæ rebus aliis inſunt:aut per ſe iſunt:aut p compationé ad alterū.Ligno pſe cōtigit eé bipedale:duplū eé habet p cōparationé ad alterū.Materia igit ad ſuā eſſentiā cōſtituēdā nō idiget ptāte:neq; poteſtas ulla ī pria ac ſimplici rōne materiæ icludit: ſed primū res q̃dā é ī ſe & exiſtit:actu.Deide materia itelligit alioꝝ eé & ſecundū poſterioré hanc cōſyderationé rationé potētiæ contrahit. Nomé itaq; materiæ ī eo reſpectu ſecū ꝓcul dubio affert poteſtatis eſſentiā:& ad q̃ſcūq; res materia deriuat ad eaſdē referēda & cōicanda é ratio poteſtatis.Ita tamé ut quéadmodū dixi pria materiæ notio nō ſit eiuſmodi ut referat ad alia. Scio tamé eé pdifficile illa reſponſiōe relationeq; ſeq̃ſtrata materiā nudā & ſolā intelligi:cæteꝝ aſſequi poteris ſi ī eā idaginé paulo acrius icubueris ſtudiūq; cōtuleris.Sed repetēdum eſt denuo.Quū de materia duo noīa pdicari ſoleāt ſubiectū.ſ.& materia:nomé materiæ magis accedeꝛ uideꝛ ad eā naturā:quā ipa p ſe obtiet.Subiectū cōtra ꝓpius ad eā cōſyderationé ſcām quā referꝛ ad alia. Vtrūq; tamé nomé ex iis uocibus eſt:quæ referunꝛ ad aliud.Nā & materia eé dicit alicuius materia:& ſubiectū alcui ſubiectū.Sed cū ꝓ materia alicuius capit tūc cū potētia priuatiōeq; id é.Dicit.n. materia eaꝝ reꝝ eé:quæ factæ aut ortæ nōdū ſunt.Quum uero accipit:pro ſubiecto:tūc cū priuatione nō eſt. Nihil enim prohibet materiā alicui formæ ſubiectā eſſe:illius autem qui poteſt eſſe materia?cuius continendi poteſtaté amiſit?Quapropter æs eatenus dum ſine forma ulla eſt:recte dixeris materiam ſtatuæ.Poſteaquam uero iam é formatum iam in Apolline aut ī Mercurio factum fuſumq; nō materiā amplius recte ſed ſubiectum appellaueris.Huius regni ſigno eſt illud:q; idem hoc æs ſubiectum & permanens alias aliaꝝ reꝝ materia efficit.Quéadmodū enī Boethus īquit:materia qualitatibus īformata nō amplius materia remanet.Nā ſecundū ſe informis eſt & ſpeciebus oībus caret:ſed adhibitis qualitatibus materia abit in ſubiectis: quippe quod cum forma & termino ſit:& formæ ſubiiciat & termino. Materiæ igit apellatio tanq̃ pertinet ad futura:ſubiectū ad facta olim atq; producta: ſane hæc res quā materiā uocamus ſubiectū eſſe quoddā poteſt:cui accidit in natura facultas recipiēdi & ferēdi cōtraria: nā ut formā poteſt ita & priuationé recipe.Quomodo igitur materia dicitur inaffecta?ideſt carens affectione & qualitate omni?Quoniam mehercule inaffecti uocabulum hoc loco non ſignificat priuationem qualitatis ſed prorſus negationem:qualia ſunt illa illiteratus:imuſicus:pro eo quod eſt nō muſicus: nō litteratus.Nam ſi inaffectio illa priuationem ſignificaret:quum priuatio qualitas quædam eé uideat:hoc ipſo qualitatem amplecti præferriq; materia uideret.In qbus itaq; negatio uera eſt:ī iis priuatio nō ſequit.Non enim de quo pōt dici:non iuſtum:de eodem dici pōt iniuſtum:neq; de quo uerū eſt dicere:q; comā aut capillitiū non habet:de eodem ueꝝ eſt dicere q; caluet.Nulla igit ratione eſſentia materiæ pōt in eo conſiſtere:qđ é priuatum eé:ſed quéadmodum cera: ex qua fingi leo pōt:nō eſt amplius cera:qum factus eſt leo.Ita & primum illud ſubiectum:quod pōt formas oēs ſuſcipere:q̃uis priuatum oībus uideat eſſe:nō tamen in eo quod ſubiectum eſt priuatum eé diciue pōt. Subiectum.n.eé nullo modo poſſet ſi formam cum priuatione reciperet.Sed priuatum eſſe dicitur ea ratione ſecūdum quam ei accidit accōmodatio:atq; habilitas quædam ad formas oīs ſuſcipiēdas. Dixi accidit:qa prius ī ſe q̃dam abſoluta res eſt q̃ referat aut accōmodet ad alia.Quapropter materia p formam aliquā termināta:ſubiectum pōt dici:materia non pōt.De hoc aūt poſterius quoq; uidebimus. Nunc redeundum eſt:unde diuertimus.

CVm itaq; multifariam fieri qdpiam dicat:hoc ſimpliciter:illud non ſimpliciter: ſimpliciter fiunt ſubſtātiæ.Nam albū fieri ſimpliciter nequit:ſed id dūtaxat quod nūcupat & mōſtrat hoc aliqd.Corpus.n.quum album fit & bipedale:non ſimpliciter fieri dicit:ſed hæc arbor hæc plāta.Quū igit tot modis fieri res dicant ī accidētibus:manifeſtū é ſubiectū eé aīal:aut plātā aut oīno corpus aliqđ:ī quo & q̃litas & q̃titas & relatiōes:& id genus cætera generat:ſubſtātiis āt ꝓducendis ſuſpicari poſſēt qſpiā:nō eé ſubiecto opus:nō.n. fieri factam ſubſtantiā. Eſt aūt ea prima & ſenſilis:q̃ neq; eſt in ſubiecto:neq; de ſubiecto ullo pdicat.Verūtamé opus eé ſubiecto aliquo generationibus ſubſtātiæ faciēdis: apprime ad hunc modum manifeſtū fiet.Si.n.cōmunia q̃dam & generalia ī rebus q̃ ꝓducunt:explorare & contēplari uolueris:facile iuenies oém ſubſtātiam: q̃ generet:ex aliquo generari fieriq; ſubiecto:quéadmodū aīalia & plātas ex ſemine.Oīa q̃ fiunt in uniuerſum:aut trāſfiguratione fiūt:ut ſtatua.Nihil enim aliud in ære mutat:q̃ figura poſituraq; partiū:aut appoſitione ferruminationeue:ut ea q̃ augētur coagmētāturue:aut detractiōe:ut ex lapide Mercurius:aut ſtrue & cōpo-

lxii

lxiii

ſitione:ut domus: aut alteratiõe:alterationis duæ habent ſpecies:altera quæ in q̃litate aliqua affectio/ neq; patiaria uerſet:& hæc ꝓprie uidet alteratio appellanda:altera quæ ad ſubſtantiam ptineat:& hæc ꝓprie trãſmutatio uocat. Quæ nihil aliud eſt q̃ formæ rationiſq; tranſitio. Atq; hæc oĩa citra oẽm ex/ ceptionem in ſuo quæq; ſubiecto gerunt. Neceſſe eſt.n.eſſe & ſubiici aliqd in quo ſeruato & ſuperſtite tranſmutatio conficiat:quemadmodum neceſſe eſt eẽ id:circa quod appoſitio detractio cõpoſitio exer
lxiiii ceant. Quare ex iis quæ dicta ſunt ſatis oſtẽſum ẽ:omne qd̃ fit ex forma & ſubiecto eẽ compoſitum:ſi/ cut ẽt compoſitum illud fuerat unde ortum & factum ẽ illud:porro illud:unde factum ẽ:hoc: duobus conſtabat:& eo q; formæ gignẽdæ opponebat & ipſo ſubiecto. Dico aũt imuſicum opponi:hominem ſubiici:ſimiliter infigurationem informitatẽ inordinationẽ uoco cõtraria:ſubiectum appello æs aurũ
lxv lapidem. Si igitur reꝝ naturalium cauſæ atq; principia habẽda ſunt illa:ex qbus tanq̃ ĩtrinſecus poſitis unaquæq; res fit:& quæ uniuſcuiuſq; rei eſſentiam pficiũt:latiſſime patet:ſubiectum & formã huiuſ/ modi eẽ principia:ex qbus oĩa cõponant atq; condant. Componunt uero non quẽadmodũ ex lapidi/ bus aut lateribus domus:ſed ratione. Eſt.n.alia hoĩs ratio:alia muſici. Eſt aũt ſubiectum ſi in ſe cõſyde
lxvi ret:unum qdem numero:ſed ratiõe duo. Dico hoc ꝑp priuationem:q̃ materiæ accidit. Cæteꝝ ſcire te uelim q̃uis numero una res ſit:ratione tamẽ & cogitatiõe differe: ut Socrates ſimus. Sane homo & au rum q̃uis ex iis in primã ſubiri materiam poſſit:ꝓprie & maxime numeralia ſunt:& hoc aliquid: quæ monſtrari uel digito poſſint. Prima uero materia q̃q̃ nõ ẽ numeratilis & hoc aliquid:aliquãto tamẽ ꝑ/ prius accedit ad numeꝝ q̃ priuatio: immo uero numeratilis ẽ comparatione utiq; priuationis. Quan/ to igit plus compoſito:quod uero hoc aliqd ẽ:materia confert q̃ priuatio:confert aũt ꝓculdubio plus: quia & remanet & apparet recedente illa: tanto habet magis hæc ut ſit hoc aliquid q̃ illa. Nam priua/ tio nullo modo aſſequi poteſt:ut hoc aliquid eſſe uideatur:quippe quæ faceſcat ingrediente forma exo leſcatq;. Deinde ex materia non fiunt per accidens:ea quæ fiunt. Ineſt.n.iis quæ ex ea gignunt:ex priua tione omnia ꝑ accidẽs generantur. Nam quoniam materiæ:q̃ ꝑ ſe & propriæ principium eſt: priuatio accidit:iccirco fieri res dicunt ex priuatione ꝑ accidẽs:quo fit:ut ſi ꝓprie ſit loquẽdum:duas eẽ rerum
lxvii principes cauſas neceſſe ſit: materiam atq; formam. Cæterum exiſtimare poſſis tertiam eſſe priuatio/ nem:quæ iccirco ſit cauſa:ut contraria principia conſtituatur. Plane ſimplici admodum & pingui Mi/ nerua dictum eſt:hactenus priuationem & formam eẽ contraria. Sed quẽadmodum intelligantur eẽ contraria acutius deſcriptiuſq; indicabimus poſt. Sunt enim non tanq̃ contraria:quia in ſe mutuo age/ re non uidẽtur poſſe:neq; uiciſſim pati. Quæ ratio efficit ut neceſſariũ ſit:materiam quandam ſubiectã
lxviii eſſe contrariis. Dictũ ẽ & quot prĩcipia:& quur tot in rerũ naturalium generatione uerſentur: fecimus palam contrariis ſubiici aliquid oportere:docuimus duo prorſus eſſe cõtraria:tãetſi:numerus hic fere ſuperuacaneus eſſe uideatur. Nam alterius contrarii abſentia aut præſentia ſufficere uidetur ad traſmu
lxix tationes:ita fieri ut forma uicẽ priuationis ſubire præbereq; uideat. Nã priuatio neq; natura ẽ neq; for/ ma ſed formæ mera uelut abſentia. Natura uero ſubiecta ideſt materia ex proportione atq; relatione co gnoſcitur:ut enim æs ad ſtatuam & lignum ad lectum:ita materia ad cõditam ſubſtantiam & ad reliq̃ item entia reſpectum & ancillatum gerit. Nam quum ſit ſubiecta ſubſtantiæ:manifeſtum ẽ ſubiici de/ bere quoq; iis quæ ſubſtantiæ accidunt. Vtrum autem materia & forma ſint ſubſtantiæ: nondum li/
lxx quet. Neq; illud item adhuc eſt declaratum:quo pacto forma principium ſit:& an incorrũptilis aliqua: aliqua uero corruptibilis habeatur. Item ſi incorruptilis quælibet quomodo non æterna ſit quælibet: & ſi non quælibet incorruptilis quomodo quælibet nihilominus principium ſit. Verum ſuperſedea/ mus hoc loco huiuſcemodi quæſtiõibus:qppe quæ ad partẽ aliq̃ iſtituti nobis opis adiungi nõ poſſint ſed ad curã ſupioris philoſophi ptinere maxime uideant.

lxxi POſt hæc exponemus & docebimus medium: quo difficultates eas: quæ animos antiquo/ rum perdiu uehemẽter anxerunt facile diluantur. Plane illi quum ex philoſophiæ rationi/ bus ueritatem & rerum naturã appræhẽdere uel impendio niterẽtur:a ueritate longiſſime receſſerunt. Quamobrem aliam ingreſſi ſunt uiam ex imperitia diſputandi: putauerunt q; nihil igni poſſe neq; corrumpi:quum id ſequi arbitrarentur: propterea q; neceſſarium uidebant eſſe quicquid oriretur aut ex ente oriri aut ex non ente. Enimuero ex ente non poſſe: quippe quod iam ſit: neq; ex non ente:utpote quod fieri nequeat. Sed oporteat omnino inſtrui & ſubiici aliquid. Quamob/
lxxii rem quum generationem atq; ortum de medio ſuſtuliſſent: concretionem ſecretionemq; ſuffecerunt quibus res non nouari gigniue: ſed erui atq; in lucem proferri contingeret. His ita rationibus quum uterentur id quod conſequẽs ſtatim erat adiiciebant:hoc eſt multa non eſſe entia oportere: ſed unum. Nam ſi multa ſunt iquiunt differentia & diuerſa erunt inter ſe: & quod ſequens eſt:diuerſa & differen tia erunt ab entibus. Quæ autem ab entibus differunt eſſe non poſſe. Hanc igitur opinionem propter
lxxiii eas quas diximus cauſas maxime ſecuti atq; amplexi ſunt ueteres. Nos uero huiuſmodi quæſtiones duobus modis exoluimus. Quorum prior eſt hic. Dupliciter dicitur fieri ex ente aliquid. Item ens aut non ens fieri:atq; ut generalibus loquamur: ens pati agereue ſolet habere ſignificatos duos. Neq; hoc modo in ſimplici generatione intelligendum qualis eſt hominis: ſed & in cæteris quoq; ut quum qs
lxxiiii albus aut muſicus fit:ut autem latius ea res pateat:ſubiiciemus exemplum. Dicimus medicum agere quippiam aut pati dupliciter: per ſe ideſt in eo quod medicus: per accidens in eo quod non medicus. Quum enim curat ægrotos per ſe id facit ut medicus. Quum uero ædificat non facit id amplius tan/ quam medicus:ſed tanquam is:cui accidit ædificator ut eſſet & opifex. Rurſum ſi per ignauiam aut ne

gligentiam dediſcat medicandi artem:patitur in eo quod medicus. Si uero efficiatur albus non patiē hoc in eo quod medicus: ſed per accidēs :puta in eo quod niger. Igitur duo ſignificantur quum ex non entibus fieri aut non ens fieri dicit̄. Vnū ut id quod eſt non ens:inſit:& eſſentiā ſuſcipiat: quod eſt impoſſibile atq; hic eſt ſignificatus orationis illius in qua dicitur. De non ente in eo qđ non ens fieri aliqd. lxxv
Quē ſignificatum quū ſolum eē ueteres eēnt ſuſpicati generationē ademerunt a rebus. Alterum quod ſignificant ea uerba eſt:ut intelligat̄ nō ens abire & cōcedere ei enti qđ eſt futurum:quēadmodū fit ex imuſico muſicus Atq; hoc eſt de non ente p accidens fieri. id.n.qđ ex aliquo tanquā nō ſubſito īmanē teq; fit: per accidēs ex non ente fieri dicitur:quo ſignificatu nos diximus ex non ente fieri ea quæ fiunt. Quoniam ex priuatione quæ in ſe non ens eſt concedente & abeunte fiunt:uel alio modo etiam fiunt per accidēs ex non ente q; ex ea materia generantur:cui priuatio quæ nō ens eſt accidit: ita fit ut ī rebus generatis poſſit ineſſe non ens:non tamē id:quod eſt per ſe non ens: ſed id cui non ens hæſit & accidit. Hoc autem eſt ipſa materia. Aequæ & illud fieri non poteſt: ut ex eo qđ eſt fiat ſimpliciter aliquid aut lxxvi
id qđ eſt fiat:ea parte q̄ ē: per accidēs autē:ex eo fieri quod iā ē nihil pugnat. Et ut clariora ſint ea q̄ dicimus:adhibebit̄ exēplū. Ponamus canē ī equū mutari aut ī qđuis aliud aīal: qđ & fieri cernit̄ ī aliqbus. Quēadmodū itaq; is q dicit animal fieri ex animal:nō dicit id:quatenus animal ē. Non enī fieri poteſt ut aīal quum abit in alterum aīal:trāſmutetur in eo quod aīal:neq; quod fit animal ex animali:tanquā ex animali fit animal. Sed quum ex animali fieri animal dicitur:nihil aliud ſignificatur:quam q; ex eo: cui eſſe animal contingit:alterum quiddam fit:cui eſſe itidem animal contingit. Similiter ſi aqua fiat ex aere:ens ex ente factum eſſe uidebitur:non q; ea res quæ iam eſt fiat denuo:aut ea quæ iam eſt facta: lxxvii
ſed q; ex aliquo de quo prædicetur ens:alia res gignatur de qua etiā prædicetur ens. Quemadmodum ergo ſi fiat animal ī eo quod animal:non ex animali fit:ſed ex non aīali:puta ex ſemine. Ita ſi ens ſimpliciter fieret:non ex ente aliquo fieret:ſed penitus ex non ente Quod fieri omnino non eſt. Eodē modo neq; id quod ſimpliciter eſt nō ens:fieri poteſt ulla ratione. Quapropter ex ente & nō ente generari res queunt ſine ulla cōtroverſia repugnantiaue:quia non eodē reſpectu conſiderationeq; capiuntur. Nā ſi ex ente generari rē dixeris:recte dixeris:quia alterum quiddam eſt. Si cōtra dixeris ex non ente:recte ēt dixeris:quia hoc non eſt in eo quod fit:& ut ſimplicius loquar. Generatio eſt partim ex ente quod non fit:& partim ex non ente:quod fit. Quo euenit ut priuatio & huiuſmodi natura ipſius neceſſaria ſit ad generationem conſeruandam:quia ſcilicet nullum ens in eo quod ens: generari poteſt. Cum materia igitur merito debet adeſſe priuatio. Atq; hic unus ē diſſoluēdi modus. Alter ē is q ducit̄ ex ea diuiſione lxxviii
quæ nobis ꝓdita ē de actu & poteſtate. Ex materia ſiqdē quū fiāt res:fiunt ꝓcul dubio ex ente potētia: nō ex ente actu. Atq; huius quoq; ſolutionis uiam nobis natura priuationis aꝑuit: quippe q̄ efficiat:ut materia ſit poteſtate non actu. Non eſt itaq; prorſus inutilis generandis rebus priuatio. Quāuis cauſa p accidens rerum quæ generantur appellata ſit. Non tamē pari loco cum iis cauſis habēda: collocādaq; eſt quæ p accidens eſſe iudicantur:quales ſunt album & nigrum:quū ei accidūt homini q muſicus effi/citur. Nam huiuſmodi cauſæ ad generationē nihil conferunt. Plurimū priuatio confert ad uniuerſam. Eſt.n.cauſa principiumq; p accidens quādoquidem non pōt contingere:ut quicquā fiat ex eo ſubiecto cui non ſit oppoſitum aliquid.

Vre igit̄ accuſant̄ coarguunturq;:q naturam uſq; adeo neceſſariam aut ſuppoſuerūt:aut ta lxxix
citi ꝓterierunt:hoꝝ alii nihil oīno de priuatione dixerunt. Alii dixerunt qdem: ſed imperfecte. Nam ii qui reꝝ materiam ſubiectū quoddā actu eē arbitrabant̄ & corpus:ut ignē: aquā aerem aut huiuſmodi aliquod priuationem penitus ignorabāt. Plato uero quū diceret materiam inter non entia eē annumerādam:īnuiſſe uidet̄: quodāmodo eſſe priuationē in rebus: cæterū nō plene naturā illius ex poſuit. Nam ex iis q̄ dixit ſequitur ex nō ente in eo qđ nō ens:generari res poſſe. In eo nāq; q; Parmenidē laudat ſentiētem unum ens eſſe:& id qđ ꝓter ens ē: eē nō ens:uidet̄ concedere ex ſimpliciter nō ente fieri oīa oportere. Nam ſi unum ſit ens:& id qđ ꝓter ens eſt nō perte ſit ꝓte non ſit. i. p accidens:ſed ſit ſimpliciter atq; abſolute nō ens:ut Parmenides exiſtimabat nō pōt effici:ut materiæ natura remaneat:aut ut partim ſit partī nō ſit. ſ. ptāte ſit:actu nō ſit. Si āt ex uno illo ente fieri qdpiā nequit:quū ſit īmutabile:ſi item neceſſe ē:ut id qđ fit fiat ex altero: quicquid uero ꝓter ens eſt oīo nō ens ſit:ſequit̄ maxime ut is:q accedit Parmenidi:q̄uis negat apte qđ ſequit̄:quum primū tamē generationem eē concedit ſtatim uideat̄ illam ex non ente deriuare atq; deducere. Sed neq; illud qdem recte: q; materiæ definitiocem nō ſeiungit a definitione priuationis:ſed quoniā numero idem eē ambo illa uidebant̄:arbitratus eſt ratione quoq; idem eſſe proinde æque pollere definitione & poteſtate naturæ. Nos uero materiam & priuationem diſcrimine aptiſſimo diſtarē cognoſcimus:illa p accidens non ē ea ratione quod complectit̄ priuationē:q̄ p ſe atq; oīno nō ſit:illa uſq; adeo ꝑpe eſt:ut ſit ens:ut & propinqua compoſito ſit & pars ipſius ex principibus altera:illa poſtremo:in quā reꝝ oīum abitio fiat ac reſolutio:contra de priuatione dicendum. Ita concludit̄ ex ſimpliciter nō ente nullas conſtare generationes ſed ex eo ſolum:qđ p accidens non ſit:uel ſi ſit poteſtate tantum ſit. Qui uero paruum & magnū prin/cipia faciunt:ſiue unum ſignificent illa:ſiue duo quia tamen utrāq; nihilominus de materia prædicari uolunt:non tris res ſed tria uocabula credunt eſſe principia. Nam magnum & paruum:non hoc materiam:priuationem illud oſtendit: ſed utrunq; materiam:ita priuationem oēs deſpectam īdiſcretāq; habuere. Nobis plane ut diximus differe illa plurimum uidentur:materia enim cauſa permanens eſt atq; una cum forma cuius eſt coniuge tanq̄ mater gignendis rebus præſto eſt. Altera pars contrarieta/

tis priuationem dico. Si qualitatem illius atq; officiū aīo cōplectare: intelligat necesse est oīno non esse: corrumpit enim essentiam rerum: & formam: quæ rebus omnibus bona sunt Quanquam illud admirari nō desino si sit priuatio corrumpi rerum essentiam: si non sit: oriri atq; nasci omnia oportere. Nihil enim fieri posse nisi corruptio alicuius dissolutioq; præcederet. Alioquin fuissent omnia immortalia & sempiterna. Malum itaq; ex hoc proficiscitur: & propter hanc contingit interitus. Nam quum materia sit recæptrix capaxq; priuationis: atq; id habeat solum: ut potētia constet: ifirmior & ibecillior est quā ut possit formas: quas uicibus suscipit perpetuo retinere. Sed quur suscipit uicibus formas? quia
lxxxi appetens est diuinitatis: & discupiens boni. Voco autem diuinum & bonum primā formam & primā causam: quo referuntur collimantq; omnia: & cui quæq; res tendit fieri quā simillima quātum potest: potest autem quantum natura conceditur. Ea uero appetitio quonammodo est: in materia. Profecto uerissimum puto quod dicitur: prouidentiam fuisse: quæ & turpi desiderium honestatis: & egenti opulentiæ quātum sit satis iniecerit. Huic igit formæ primæ: quæ ab omni abiūcta materia eē: quæ libera undiq; & impromiscua in totumq; abstracta & separata: atq; iis præterea formis quæ profectæ sunt ab illa & in materia conistutæ: contraria est & aduersa priuatio. Materia autem refertur & quasi identidē respectat ad formam: cuius est appetentissima: eiq; adicta semper atq; præseruiens est. Non est igitur ī materiæ natura priuatio: quia formam simul appeteret: labem & corruptionē suam appeteret. Vnius enim corruptio est alterius contrarii cōstitutio repræsentatioq;. Iam si non sit diuersa ratio priuationis a ratione materiæ: sed una atq; eadem penitus: qui posset defendi: ne priuatio: quemadmodū & materia formarum cōcæptaculum haberetur? Proindeq; tanq̄ materia formis omnibus participaret: atq; ita cum formis illis adesset consociaretq;: quarum nihilominus priuatio fuisset quod est quidem dictu saltem portentosissimum. Nam materia qui cōsisteret: si per alterum priuata spoliataq; diceretur. Altero particeps & consors essentiæ fieret? Age uero natura materiæ si iunctam atq; innexam priuationem habebit: nonne omnibus simul formis priuata necessario uidebitur? Atq; ita corrumpi demum omnia atq; destrui oportebit: tametsi aliquam ex formis habere: aliquam non habere dicatur. Si igitur neq; forma est appetens sui: quum nemini se ipso sit opus: neq; contrarii quia corrumpunt se mutuo permunturq; cōtraria: restat ut materia sit quæ appetat formam: quemadmodum fœmina marē: & turpe honestum & pulchrum. Dixi materiā eē appetentē formæ: quēadmodū turpe honesti & pulchri: sed turpe qua turpe nō est appetēs pulchri Cæteq; non est p se in materia turpitudo deformitasq; sed per accidens quatenus priuationis est consors.

lxxxii Materia uno modo fit & corrumpit: altero neq; fit neq; corrumpit. Per accidēs corrumpit: quādo id qđ materiæ accidit corrumpit per se: hoc aūt ē priuatio: corrumpit ergo: quoniā id quod intra se tenet cotrumpit: quēadmodum corrumpi amphoram dicimus: quum uinum quod est ī amphora mucescit aut putret. Sed per se & ex propria natura corrumpi nō pōt. Nunq̄ enim potētia illa intercidit: quæ in materia est: neq; igit genita est unq̄: neq; interitura unq̄. Nam si generari posset materia necessarium esset subiectum utiq; aliquod: ex quo manēte antecedenteq; ut cæteræq; res ꝓduceret. Hoc aūt nihil aliud est q̄ ipsa porro materia. Ita eueniet: ut fuisse uideat anteq̄ fiat: similiter si corrumpi posset: in materiā demū resolueret: ita corrupta eē uidebit anteq̄ corrūpat. De materia satis dictum: q; igenita: q; icorrupta: q; diuersa res a priuatione: q; primū subiectum ex quo primo cōstante īmanenteq; oīa ꝓcreant nō p accidens: dixi non per accidēs: ut exciperet priuatio:
lxxxiii ex qua fieri per accidens: & generari res possunt. At de forma utrum una an multiplex sit: & quæ sit: nō interest physici quærere: sed munus est primi philosophi. De naturalibus autem & corruptilibus formis: quæ propriæ principia non sunt: sed solum causæ & tanquam elemēta generatilium rerum: & sequentibus libris: & toto opere agemus.

THEMISTII PHYSICES: LIBER SECVNDVS: INTERPRETE HERMOLAO BARBARO.

lxiii DIſtat ãt id qđ caſu fit:ab eo qđ temere:ſicut diſtat finis a cã efficiẽte:& quãtũ diſtat id qđ fortuna fit ab ipſa fortuna.Semp.n.quũ talẽ qppiã accidit:qđ q̃q cãm ,ppriã efficiẽtem haberet non tamẽ ab ipſa cã pcedẽte factũ eſt:ſed ab alia:ad quã alius & propius exitus ptinebat.Tũc ea res quæ antecedit temere diciť facta:quoniã propoſitũ finem aſſecuta non eſt.Id uero qđ factũ eſt caſu dicitur factũ:quia ſine propria cã pcedente factũ é.Verbi cauſa:lapis cecidit: prætereũtem cõuulnerauit:hoc loco finis & exitus rei é conuulneratio:cã efficiẽs eſt ipſe caſus & deuolutio lapidis:cæterũ uulneratio aliã propriã cãm & peculiare principiũ habebat : nõ caſum lapidis aut deuolutionẽ:ſed ut ita dicamus deturbationẽ ipulſionẽue de induſtria initã:ita ut percuteret is qui præteribat.Caſus itẽ lapidis nõ eũ habebat finẽ ut uulneraret:ſed ut in ,ppriũ & naturalẽ locũ ſeſe recipet:q̃q id ſorte quadã in prætereuntis iniuriam recidit.Sed & p accidẽs fit iuicẽ uti alteꝝ cã:alteꝝ finis eſſe dicať.Is aũt q aliqd

lxiiii agẽdi gratia egreſſus é domũ:& plagis affectus re ifecta rediit : temere diciť egreſſus:caſu uulnera retuliſſe uel etiã a fortuna.Nam id quod caſu é in plura diffundiť q̃ id quod é a fortuna:atq; hoc diſcere poteris hoc exẽplo.Quũ aliqd pter naturã fit:ut monſtrũ:id nõ fortuna:ſed caſu dicimus ,pueniſſe:ut manus ſexdigita:& ſcruthocephalus.Ni forte fateri nolis huiuſmodi portẽta naturæ fieri caſu:ſed propriã

& certā cām hr̄e eā uidelicet:q̄ itrisecus fuerint anteq̄ æderent' ī lucē aut syderationē aut materiæ exube rātiā & copiā aut cōtra defectū. Sed q ita dicūt nōne uidēt idē posse dici de lapide: quē casu cecidisse non negarēt? Habuisse illū utiq; ītra se cām grauitatem & pōdus. Sed certe pōdus cā efficiēs ē deuolutōis & casus: nō ēt percussionis: sed casus pcussionē fecit. Quid itaq; casus sit: & qd fortuna: quæq; sit inter eas res differentia: satis uidetur explicatum a nobis.

lxv

REdigūtur aūt referū turq; tū fortuna tū casus ad genus cāæ efficiētis: ea rōne q; naturæ uolū/ tatiq; applicant' & inectunt': quarū utraq; iter cās efficiētes reponit'. Natura deuolutus est la/ pis: is quæ sua grauitate prætereunte pcussit. Volūtate thæsaurū Socrates: cōperit: quū fun/ damēta ædiū iaceret. Plane neq; iuentio thæsauri neq; factio fundamētorū & fossio simplici ter pertinēt ad fortunā. Posset enī qs fodere ex industria spe inueniēdi thæsauri. Sed tūc quū non ad eā finē fundamēta sunt iacta: sed iaciēti obuius factus ē thesaurus: & quodāmō offendit fodiētis manū: hu iusmodi occursus supuentusue fortuna ꝓprie nūcupat'. Quoniā uero casus & fortuna in iis eē demon

lxvi

strant': quoꝝ uel natura uel uolūtas causæ p accidēs sunt: uidet' maxīe necessariū ut uoluntas & natura priores casu & fortuna sint causæ. Semp.n. priora sunt ea quæ p se sunt: iis q̄ p accidēs habent'. Proinde

lxvii

manifestum est eos: q rerum omniū cām statuere fortunā uolūtatem & intellectū: priorē eē illa necessa/ rio concessuros: q; si maxime sequitur: ut causam rationē & intellectū uelint: nemo est qui non uideat q̄ ridiculum sit id quod relinquitur. Nam si intellectus sit causa per accidens hominis: haud intelligo cui/ usnam rei possit esse causa per se efficiens.

lxviii

TOt uero cās haberi quot enumerauimus: hinc licet accipere. Si ītrogati fuerimus q̄obrem unaquæq; resit: aut diffinitionē ultimā afferemus: atq; hoc ī mathematicis facimus. Aequa les.n. propterea lineæ sunt: quia ab eodem circuli cētro proficiscunt'. Quæ uero a cētro pro/

lxix

ficiscunt': iccirco sunt æquales qa circulus plana figura est: q̄ una linea undiq; circūducta ad mediū æq̄liter uergit. Seruat' idē ī reliqs: q a geometra difiniunt': aut cām mouentē primam assignabi mus. Quāobrē Phocēsibus Thebani bellū ītulerūt? qa tēplū spoliauerāt: aut reddimus finē: cuius gratia ea res facta institutaue est. Quāobrē rex Persar̄ idixit Græcīæ bellū? qa Græcis uolebat: īperare: aut ad

lxx

ultimā materiā cōfugimus. Quāobrē putruit cōpræhēditq; lectus? qa cōstabat ex ligno. Physicus itaq; quum oēs cās iuestigare debeat necesse est ipsum q̄obrē (ita.n. appellat' a physicis) assignare sciat & red/ dere. Nā homo morie't: aut qa est aīal rōnale mortale: aut qa efficiēs illius aīa migrat a corpore: aut qa ex materia tali exīstit q̄ sit obnoxia corruptiōi: aut qa illi ē melius mori. Tres āt causæ ī una plerūq; cer/

lxxi

nūtur: forma: finis: efficiēs. Natura enī forma est: & finis: & efficiens rerum natura constantium: quēad modū aīa est aīalis: sed & hoīem gignit hō: qui specie plane idē est cū hoīe genito. Similiter oīa quæ mo ta ipsa īmediate idest citra mediū mouēt: obiter sibi ꝓpīqua eiusdē generis ac formæ sunt cū iis quæ p/ ducūtur. Loquor aūt de naturalibus rebus. Plane generationis causæ hūc ī modū pquirūtur: ut sciat' qd

lxxii

post qcq; fiat. Gratia.n. formæ mouet' natura ante illā: & quū pfectū absolutūq; ē cessat ab eo motu q rē q̄ fiebat creabaturq; antecessit. Itē ut sciat' q̄le sit id qd ppessum & alteratū ē. Hoc āt ē materia. Itē ut sciat' qdnā fuerit mouēs & efficiēs cā: atq; hic nō quælibet satisfacit neq; q̄libet ē q̄rēda: sed ꝓxīa & ab alio idētidē mota. Nā si sit īmobilis aliqua: q̄ tamē sit prīcipiū motus: non physicus amplius: sed phūs prīus

lxxiii

finiendæ illius negocīū suscipiet atq; munus. Quāobrē circa tria subiecta ratio uniuersa philosophandi uersat'. Nā aut circa ea quæ mouent' & corrūpunt': aut ea quæ q̄uis moueant' nō itē corrūpunt': aut cir/ ca ea neq; moueri possunt neq; corrūpi. Duplex.n. prīcipiū est naturaliter mouēs. Sed alter̄ tātū natura

lxxiiii

le ē: alter̄ nō ē: quū nō habeat ītra se neq; motus prīcipiū neq; naturā. Hoc aūt ē cā rer̄ mouens īmobi lis ipsa: & rer̄ prīa oīum. Vt igit' antedictū est adhibēdæ producēdæq; sunt oēs causæ physico: atq; hoc

lxxiiii

sæpius exulcerari retractariq; tū memoriæ: tū exercitatiōis gratia cōueniat. Iccirco factū ē quidpiā qa il/ lud huius efficiens erat: ac īperpetuis qdē hoc simpliciter & necessario fit: Secūdū.n. oīo regit' atq; pēdet a prīo. In generatis nō necessario: sed plurimū euēit. Deīde si hoc fieri generariq; debuit necesse fuit ma/ teriā hāc prius habitā fuisse: quēadmodū syllogismi cōclusio exīstere nō pōt: nisi prius sumpta & ꝓposi tiōes habitæ fuerīt. Est & id qd nos supra noīari diximus: qd sit rē eē: & definitio & ratio eēntiæ cogno scēda: quæ nōnūq; ut dixi: idē ē & finis: ubi uidelicet ea cōsyderatio adhibet': ut uideat' optimū: ita rē eē uti ē: uerbi cā: hoī melius eē huiusmōi formā hr̄e q̄ aliā q̄uis: Porro qd melius & locupletius sit nō sim/ pliciter absoluteue accipiēdū ē: sed ꝓ mō rer̄ & ꝓ sua cuiusq; natura. Nō.n. oīum rerū finis ē optimus: alioqn finis unius eēt oīum rer̄ fingēdus: sed id rei melius eē dicēdū ē: qd maxīe sit suæ cuiusq; naturæ idoneū cōgruūq;. Quū igit' talis ē finitio rei atq; rō: ut stati appareat: melius ac potius eē: ut hoc mō illa sit q̄ quouis alio: tūc finis & forma cōcurrūt cōiūgūturq; qd ī rebus naturalibus passim aīaduertere ē. Quū uero nō stati apparet: tūc forma ē sola & seorsum a fine: qd ī mathematicis cernit'. Nō.n. quēad/ modū ex hoīs eq plātar̄ finitiōe ostēdit': stati qd sit ī speciebus illis optimū pstātissimūq; o stēdit'. Itē in mathematicis: qs.n. obsecro nō rideat': si pgat ꝓbare melius circulo eē: ut lineæ a cētro ꝓfectæ sint pa/ res: aut q̄drato: ut illæ quæ quadratū obābulant.

lxxv

SEd quoniā illud sæpe a nobis postulatum usurpatumq; est: naturam agere gratia alicuius: ui detur ad institutionis nostræ diligentiam pertinere aliquando: id ratione confirmationeq; aliqua uindicare controuersia. Inest enim in eo sumpto nonnulla dissensio: sed & illud quo/ que ostendendum est quemadmodum naturalibus rebus sit coniuncta necessitas. Nam oēs fere q de natura scripserunt cās oīs in necessitatem & materiam contulere: idem autem significari & ne

ceſſitatis & materiæ noſe uolebãt. Poſtq̃ inquntcalidũ frigidũ & qđ qſq; prĩcipiũ materiale ſtatuerit ta le ẽ aut tale: neceſſe ẽ hoc qđ ex illis prĩcipiis materialibus oriẽ: ita prorſus eẽ conſtitutũ ut ẽ. Eos uero q cãs efficiẽtes quoquomõ attigerũt Anaxagorã & Empedoclẽ: & ſiq alii e ueteribus erãt ualere ſinũt cũ

lxxvi ſuis iuẽtis. Putãt ãt nõnulli naturã: neq; facer qcq̃ gr̃a alicuius: neq; ut melio & locupletius ſit: ſed quẽad modũ luppiter pluit nõ ut triticũ huius creſcat: qđ ẽ in agro: illius diſſipẽ qđ i area eſt: ſed ex materiæ neceſſitate: uaporẽ. n. ſubeũtẽ ui ſolis: refrigerari: & congelaſcere oportere: atq; in aquã uerti: uerſum de/ nuo i terrã imbrẽ decidere atq; deferri. Quo delato fortefortuna euenire: ut huius adoleat meſſis atque luxuriet: illius intereat deturq; peſſum. Ita nihil uetare: ut aĩaliũ quoq; mẽbra ex neceſſitate talia ſint: qa ex tali materia: ſed q̃do ita accidit: ut & diſpoſitæ ordĩe quodã partes & uiciſſim cõmiſſæ ĩnexæq; uideã tur: ita ut ad functionẽ oĩs officii: ſuã quæq; opem & operã cõferãt: nõ ſecus ac ſi alicuius finis gr̃a factæ aut aliqua rõne iſtitutæ fuiſſent. Aiũt id nõ puidẽtia ulla naturæ: nec ratione melioris notæ: ſed caſu fa/ ctũ cõfluẽtibus temere caĩs: atq; ita cadẽtibus ptibus: neq; ſolũ caſu fieri hæc oĩa: ſed ẽt caſu cõſeruari: atq; hoc i dẽtibus pſpici: quoꝝ priores acutos aĩalibus iunctos fuiſſe maxillares: cõtra latiores datos nõ ad eũ finẽ ut alteri ſecent: alteri molãt: ſed ex neceſſitate mera & abſoluta materiæ: accidere uero ut hu/ iuſmodi poſitus & collocatio dentiũ ad dirimẽdũ & ſubigẽdũ cibũ accõmodatum ſit: q; ſiqua ſunt aut

lxxvii eueniũt quæ ad nullũ opus uſumue apte diſpoſita eſſe uideanẽ: interire illa atq; diſſolui: q̃les ſunt Em/ pedoclis bouigenæ priora uiri. Hæc ferre illa ſunt quæ dici ab iis cõſueuerũt: cæterũ multũ errãt a ueri/ tate: q̃obrẽ? Quoniã naturæ opa aut eũdẽ ſemp tenorẽ & curſum ſeruant aut plurimũ: hõ. n. ex hoĩe & equus ex equo fit. Dentes quoq; eandẽ uim ſemp obtinẽt & eandẽ uſum p̃bent: cotra quæ fiũt a fortũa docuimus ſupra raro fieri oportere: Tũc. n. caſu pluit: quũ ſub emerſum canis pluit: & calores quũ hye/ me ſentiũtur: caſu dicũtur accidere. Si igiẽ in natura plurima ſunt certa & definita: i fortũa plurima ſunt incerta & idefinita: reſtat ut naturæ opera caſu aut fortuna euenire nõ poſſint: rõne aliqua & gratia ali/ cuius poſſint. Sane naturæ opa ſunt plãtæ aĩalia atq; hax ptes: quoꝝ nihil eſt fruſtra: nihil temere nihil

lxxviii mancũ mihil ſupuacaneũ. Pluit auteẽ luppiter fateor nõ ut triticũ meũ icreſcat. Quis hoc negat? cæterũ nõ ſeqẽ ſi mei tritici cã nõ pluerit: nullius rei gr̃a pluiſſe. Videẽ. n. ob q̃dã aliã cãm pluiſſe: quã ſiq cupiũt ſcire: adeãt eos libros in qbus de mũdo diſputaẽ: alioqn eius rei quæ natura fit: occaſioné agricola cõmo ditatẽq; arripit. Serit. n. eo tpe quo pluuiæ expectanẽ. Iã quarũ rerũ finis eſt aligs: q quũ tendat continue motus ibidẽ fine appræhẽſo cõſiſtit: q̃cũq; ante finẽ illũ fiũt: finis gr̃a uidenẽ eẽ facta. In opibus aũt natu ræ uideri põt id aptiſſime: cõtinue ſiqdem mouenẽ res & ſine interuallo eatenus tẽdit pgitq; quoad dũ uniuerſum finẽ idipiſcaẽ & prẽdat. Nã & herba & ſtipula & ſpica & gluma cæteræq; id genus multiiu ges formæ: quæ anteq̃ matureſcerẽt triticũ ſubĩde alteræ poſt alteras creabanẽ: uidenẽ adeo oẽs ad triti cũ proculdubio intẽdiſſe. Id ſimulatq; cõſecutæ ſunt: qes quædã & ueluti ſtatus ĩnaſciẽ: ut manifeſtũ ſit ea omnia tritici gratia præceſſiſſe. Neq; accidunt ſtaq; neq; autem caſu fiunt quæ ante finem fiunt: ſed illius gratia fiunt præmittunturq; a natura. Nam ſi natura domum ædificaſſet non aliter opinor ædi/ ficaſſet: q̃ eo pacto quo poteſt ornatiſſime & aptiſſime exædificari: poteſt autem apertiſſime exædifica/ ri: ſi ea quæ finem antecedunt: finis gratia facta eſſe uideantur: lapides enim prius cogendi & in tritum habendum: lateres quoq; fingẽdi ducẽdiq; ſunt: & ligna cædẽda: tegulæ cõperandæ: demũ oĩa ea inuicẽ

lxxix coaptãda cõponendaq; integumẽti tutelæq; gratia aduerſus noxia ĩfeſtaq; corporis: q iã finis ẽ domus. Cõtra ſi ars aĩal feciſſet: nõ aliter q̃ natura feciſſet: feciſſet ãt ars finis gratia: ea q̃ ante finẽ fuiſſent. Eundẽ igiẽ i modũ & natura. Prorſus pficer ſole t ars aliq̃do ea q̃ natura non põt abſoluere: ſunt. n. q̃dã in qbus nõ natura: ſed ars iuenit extremũ. Nã ad parãdã ſanitatẽ & uires recolligẽdas medicamẽta præbenẽ tũc quũ natura nõ ſufficit: aliquando nõ perficit: ſed imitatur naturã ars: ut pingendo fingẽdoq; uarias re/ rum naturalium animalium & plãtarum effigies. In utriſq; autem ea quæ finem antecedunt æque refe

lxxx runtur ad finẽ. Plane eſt id in animalibus manifeſtiſſimũ ut uideri poſſit naturã agere non temere ſed gratia alicuius. Formicæ & araneæ q̃uis neq; arte ulla neq; conſilio agant: faciunt tamen ea quæ faciunt alicuius gratia. Eodẽ modo hirundines quum nidulanẽ: quum paleis & ſtramento lutũ minutiſſime artificioſiſſimeq; connectunt: & formam capaciſſimam & aduerſus iniurias munitiſſimam & inoffen ſiſſimam conſtituunt. Et apes digniſſimæ admiratione quæ poſitum & textum illum ſexãgulare con/ cameratũq; operoſiſſime ſcitiſſimeq; conſtituunt: ſed & alcyonum nidi in aquis tutiſſimi ab aquis ma/ ximam non ſolum admirationem habent ſed etiam ſignificationem ſolertis & ingenioſæ naturæ: poſ/ ſemus innumerabilia alia ad hanc confirmationem afferre: ſi nunc de ingeniis auitii & animalium cæ/ terorum commentaremur. Sed quid de animalibus loquor: quando & in plãtis quoq; atq; iis quæ ui/ uiſcunt in terra natura finẽ oſtendit: etenim folia fructibus præſidii gratia & radices alimoniæ adiun/ ctas eẽ quis nõ uidet? Alioquin quur in diuerſum ordo non conſtet radices ſupra ſpectẽtur ramorum loco: rami terra condtãur radicum uice? Quur fructuum ſemina alia ligno ĩtecta: alia corticibus ſæpta: atq; libro tãquam munimentis quibuſdam & tunicis ueſtiunt? Niſi ut prouideret ne generatio quæ rerum uiciſſitudine conſeruatur ſeminibus amiſſis diſſipatiſque deficeret: quare ex iis quæ dicta ſunt cui uis clare dilucet naturam agere gratia alicuius. Duplex autem eſt natura: materia atque forma: for/ ma uero etiã finis ẽ. Eſt enim materia gratia formæ: quia ſpecies: forma: & ratio potior quam ma/ teria: & præſtantior cauſa eſt: quãquam ueteres contra formæ materiam prætulerunt celebraueruntque

lxxxi ſupra quam fas erat: utpote quam & cognoſcerent ſolam & ad rerum generationem ſolam adiunge/ rent adhiberentq;.

Dicere posset aliquis si natura agit fine cõstituto:quur non semper cõsequitur finẽ? Quur itẽ non semper ars finẽ indipiscitur suum? Nam potio plerũq; nocet ei qui propter imbecillitatem uim medicaméti fere non possit. Quur fulctrum lecticæ maiore aliquo pondere frangitur? Data tamen est potio ut prosit:& fulctrũ lecticæ additum ad sustinendum fulciẽdũq;. Quapropter aut finibus priuandæ & eximendæ sunt artes:aut natura donanda. Vtraq; enĩ id quo pergunt:assequi plurimũ consueuit:& tunc manifesti sunt fines:raro frustrari & tũc quoq; deprædẽdere: nihilominus licet conatũ quẽdã illarum ad bonum quo tendebant:inuitasq; a suis finibus ob materiæ inopiam:aut redundantiam aliquã concidisse. Nã etiam tunc quum frustant̃ fallunturq; nõ longe absunt aut discedunt a fine. Neq; id qđ euenit diuersum admodũ aut alienũ multum ab eo est quod proposuerant. Nũquã enim ita fraudat̃ ordo institutioq; naturæ:ut ex uirgo gignat̃ aut prodeat platanus: sed uir maxime:aut si non uir:utiq; mulier:aut si neq; mulier:saltẽ animal:aut si neq; aĩal demũ:saltẽ caro. Item ficus aut ficũ gignit aut caprificum:nõ quærcum alnũue:& olea oleam aut oleastrũ:non fraxinum fagũue. Talia sunt ea quæ Empedocles inter animalia numerabat:Bouigenas priora uiro:nã frutices uitigenas priora olea: si nũquã est ausus uel fingere:neq; alia huiusmodi portenta de plãtis: quum tamẽ aliquanto magis liceret mõstrosos illos partus iter plantas q̃ inter aĩalia collocare. Minus enim in plãtis fines apparent. Sed ociosi hois est persequi huiusmodi deliramenta:aut putare aliquo numero eẽ philosophũ tam prodigiosæ sciẽtiæ. Existimãdum tamẽ est adeo si ex prima illa constitutione molitio neq; rerum prosatũ esset bouigenũ:illud pecus qđ priore parte seorsus hoiem:posteriore seorsus boue referret:eadẽ oblæsione factũ fuisse:quo mõstra quoq; naturæ rudimentaq; cætera:aut ex seminis imbecillitate aut ex alicuius principii dissolutiõe corruptiõeq;:nõ q; dimidiatis aĩalibus dimidiata aĩalia subinde coagmẽtata ferruminataq; fuerint. Nam qđ ille appellare solet: totigenũ perfectũ & absolutũ semen:id qđ iam consistere & conseruari põt non fuit statim atq; initio factũ:idest illico nulla re alia põcedente:sed ex semine certo atq; materia in quauis formæ pollens esset & præpotens. Præterea qui finẽ eripiunt adimũtq; naturæ:quur ipsum naturæ uocabulum relinquunt? Nam qui natura factum iunctumue aliquid dicit:negat autẽ id gratia alicuius esse iunctũ:frustra nominis naturæ mentioné habet. Sunt enim res natura: quæcũq; ab aliquo motæ principio nomini quẽlibet finẽ ex principio quolibet quod est fortuitaq;:sed ordine quodã in finem peculiaré ac suum proficiscunt̃. Atq; ĩ iis ex certis singulisq; principiis prouenĩũt certi & singuli fines atq; exitus cõstituti:qui non raro & fortuiti: sed plurimũ tales tenent̃ uisitãturq; q̃les natura præscripsit. Quur ergo quæ sunt a natura fieri fortuito arbitrant̃? Neq; enim recte possumus fortunã cum natura cõiungere:nisi communiõe sola uocabula committantur. Nã significata mehercule sunt remotissima:neq; iccirco recipienda est naturæ prouidentia:q; illam oculis cõsultantem deliberãtemq; itueri non possis:quẽadmodum potes eos qui de rebus dubiis ĩ cõe deliberant. Nã hoc quidẽ modo plurimis artibus eripi fines possent:quum neq; faber in consultationẽ referat:utrum sit prius secãdum q̃ poliẽdum:neq; litterator quo pacto scribẽdum sit a uel b: neq; quotiens uerbũ hoc cleon scripturus sit. Totiens eius uerbi litteras cogitatione cõquirit ita ut hæreat:quod elementum primo:qđ' secundo loco ponendũ:similiter neq; ædificator:iaciẽda ne sint prius fundamẽta:q̃ integenda domus:aut constituẽdi parietes dubitat. Eodem modo neq; textor:neq; lapidicida:præfinita enim & certa quædã ratio habet̃ obeundi oĩa hæc:atq; ordo quidã est in opere condendo faciundoq; pstitutus: qui recta nos quasi aliud agẽtes ad propositũ finẽ & ad ea quæ cõueniãt obiter ferat:p inde oĩs opifex uiã certã & ordinatã:quã nullo labore ingrediat̃ habet. Nec cogitatio exigitur:sed quasi offerunt singula seſe & spõte q̃dã sequunt̃. Similiter agit & natura qppe quæ sit exẽplar artis. Distant ãt in eo qđ ars extra opus ẽ:natura ĩtra:q; si ĩtra lignũ fabrica eẽt:lectũq; nõ alio modo fabricaret̃ q̃ eo quo quum est ars extrĩsecus:manifestũ ẽ si nũc quũ ẽ extrĩsecus gr̃a alicuius facit:ẽt tũc gr̃a alicuius fuisse facturam:quum intrinsecus ageret:ut natura. Videtur autẽ maxime:tunc ars simillima esse naturæ quũ medicus quis ipse se recurat. Differentia uero superius plane demonstrata est. Ex iis potest persuasum esse:naturam agere propter finem.

Post hæc discutiendũ uidet̃ quo sit ĩ rebus id qđ qdã necessitatẽ appellãt:& utrũ ea quæ natura fiunt:ita fiant ex necessitate:ut ex præcedẽtibus causis constitutisq; principiis orianť. An ita ut physici putauerũt qui ex motibus materiæ necessario euenire omnia arbitrati sunt. Atq; est quidem necessitas quædam ĩ rebus naturalibus constituẽda recipiẽdaq;. Non tamen eo modo quo illi cõstituũt:qui deridicule admodum naturæ functiões & opera necessitate astringunt & illigant. Aiunt.n. tellurem in ĩmo sedisse necessario:quoniam grauis esset:sublimatum cœlũ & occupasse summa qa leue: rati falso naturales materiæ motus necessitate inuariabili cõtineri ac regi:quẽadmodum siqs parietẽ putaret necessitate ita constructũ ut ẽ:qa quum grauia deorsum ruãt deuergantq; põdere:leuia sursum uersum nitant̃ & euolent:crederet lapides magnos & saxa ingentia ob grauitatẽ inferiore loco stetisse:lateres atq; ligna ob leuitatem ĩ fastigium commigrasse. Quod dicere nõ stupidi modo atq; attoniti hominis est:sed qui nullam domum exædificari unquam uiderit. Nõ enim lapides ipsi sponte sua:neque lateres: neque ligna in suos delata quæq; locos constituunt: & architectantur domum. Sed talis: aut talis compositura aut forma aut ars maxime principes sunt ædibus fabricandis. Non q; absque illis fieri domus possit: sed q; materialia illa quum sint sua sponte non possunt domum conficere. Ars & compositura potest. At materia quidem ut dictum est ex eo genere causarum habetur quæ sunt per se:sed minus propria q̃ sit forma. Ideo fit ut motum materiæ forma ne-

ceſſario non ſequatur: ḡn potius ad formam materia accommodanda regendaq; ſit. Non enim propterea ſcalpellum feram & aratrum eſſe neceſſarium eſt: quia ferrum ſit: ſed contra potius quia ſcalpello & aratro opus eſt nobis ad functiones uitæ. Ideo quæritur & eligitur ferrum. Item tolluntur & cõſtituuntur ædes non propterea q; parati ſint lapides: q̃q̃ lapidibus opus eſt ad ſubſtructionem: ſed propterea: ut condamus aliquid: aut ut ab iniuria uindicemus: atq; hoc maxime ratio fuerat ædificandæ domus. Par conſyderatio in cæteris: quæ gratia alicuius fiunt. Tunica propterea facta eſt: ut tutela ſit ab iis quæ de foris ueniant. Verum hoc fieri ſine páno nequit. Oportet itaq; præſtinari pannum: & ſubiici. Itẽ calcei propterea facti ſunt: ne pedes ambulando detuſi conterãtur ob lapides: uerum ii fieri ſine pellibus & corio non poſſunt. Primum ergo pellium cura eſt habenda. Plane ſi ſimulatq; adeſſet pannus: neceſſario emergeret etiam atq; exiſteret ueſtis: & ſimulatq; præſto eſſent pelles eueſtigio calcei naſcerent: neceſſarium eſt ut formæ materias ſequærentur: at non eſt ita: immo contra eſt: pp ueſtem enim adhibendus & coemendus eſt pannus: & propter ſeram ſubiiciendum eſt ferrum: & propter murũ comparandi ſunt lapides: non tamen ita: ut ſtatim comparato ferro & lapidibus apportatis neceſſarium ſit aut parietem aut ſeram exiſtere. Habet itaq; materia neceſſitatem nõ per ſe: ſed per formam & ſpeciẽ. Nam materiam nulla ſequitur forma neceſſario. Neceſſariũ contra eſt materiam eẽ formæ ſubiectam: & rãq̃ dicto audientem. Quamobrem ea quæ anteceſſerunt præcurrerũtq; neceſſarius nõ ſequitur finis. Sed poſito conſtitutoq; fine: indicitur neceſſitas materiæ præcedenti. Non ergo finis aut effectus neceſſario prouenit: ſed propter finem neceſſitas omnis emergit. Eſt enim materia proprer finem: & ſubiectũ pp ter formã: materia uero atq; ſubiectum cauſa ex neceſſitateẽ. Qui igitur ſolam cauſam poſuere materiam: & ex naturalibus materiæ motibus ſequi neceſſarios: & præfinitos effectus: ii proculdubio arbitrantur ſimpliciter omnia lege quadam immutabili obſtricta ineuitabiliter & neceſſario fieri. Nos uero aliam cauſam & quidem magis propriam & præſtantiorem oſtendimus: formã uidelicet: cuius gratia materiam tum comparari tum duci atq; fungi monſtrauimus: non contra illius gratia formam haberi: ſed neq; cauſam omnino poſſe materiam cõſtitui: neq; ſimpliciter abſoluteq; neceſſariam cauſam: ſed dumtaxat ſubiectione adiunctioneq;: aut ſi ita malis ex poſito id quod pro more noſtro ſæpius ſupra docuimus: ideſt ſimulatq; poſueris conſtitueriſq; formam: hunc in modum aut illũ ſe habere: exẽplo materiæ neceſſitatem affingis. Cæterum huiuſmodi neceſſitatem: hoc eſt neceſſitatem ex adiunctione uel poſito habent quodammodo etiam aliæ diſciplinæ. lxxxix

Poſitis namq; propoſitionibus neceſſario ſequũtur concluſiones: non item e contrario concluſionibus poſitis: eædem propoſitiones habentur: põt enim eadem res pluribus rebus addici comprobariq;: nam ſi quinq; & quinq; ponantur neceſſario ſequitur decem eſſe: contra ſi decem ponantur non continuo quinq; & quinq; reperies. Poterant enĩ eẽ ſeptẽ & tria: aut ſex & quattuor. Ex quo fit ut ea quibus poſitis ſequuntur concluſiones: ipſa concluſionibus poſitis non ſemper ſequi poſſint. Quod ſi concluſio non ſit neceſſaria: neq; propoſitiones utiq; neceſſariæ fuerint. Num igitur hæc eandem neceſſitatem habent quam & res naturales? nequaq̃: ſed ordo in contrarium agitur: hic ſi propoſitiones fuerint: erit & concluſio: hoc eſt ſi prima fuerint: erunt & poſtrema. In rebus naturalibus: ſi poſtrema fuerint: erunt & prima: & ſi fuerit forma: erit & materia. Hoc diſcrimen: cætero ſunt ſimilia. Nam formæ opus erat materia: non tamẽ propterea neceſſario forma materiam ſequitur. Ita in ſyllogiſmis: concluſioni neceſſariæ propoſitiones ſunt: non tamen neceſſario exiſtunt propoſitiones concluſionibus poſitis. Ordo itaq; commeat & ĩ diuerſum conſtat q̃q̃ nõ prorſus. Proinde ſcire oportet in operariis artibus quarum officia: tum in uſu: tum in ratione conſiſtunt: duo eẽ principia pro ſpectandi contemplandiq; unum cognitionem & finem: alterum agendi adminiſtrãdiq; exempli gratia. In domo ædificanda forma domus & ratio ſpectandi principium eſt: fundamẽtum adminiſtrandi. Vbi uero nulla eſt adminiſtratio geſtio actio: conſequens eſt: ut unum illud principium adminiſtrandi tollatur: alterum relinquat. Quod cernitur ĩ propoſitionibus ſyllogiſmi. Quãobrem quũ in ſyllogiſmo ſua principia repiantur: in artibus item principium ſuũ ſit forma: neceſſe eſt ut in utroq; ſit ſimile id quod affertur ut conſequens. Ex principiis .n. neceſſaria ſequi debet concluſio. Quia quẽadmodum in adminiſtratiuis & operariis artibus neceſſarium eſt ipſa materia: ita in ſpectatiuis contemplatiuiſq; neceſſarium eſt ipſa concluſio. Iam conſpicuum eſt tum id quatenus habeat materia neceſſitatem: tum id quatenus materiæ alterationes & motus neceſſarii eſſe uideantur: quia ſine materia forma fieri nulla ſcilicet poteſt. Ac cauſa quidem utraq; a phyſico eſt conſyderanda: q̃q̃ acrius & diligẽtius forma utpote cuius merito reliqua progignantur. Eſt enim cauſa materiæ: id cuius merito fiunt & pueniunt omnia. Diximus autem in naturalibus rebus idem eſſe formam & finem. Eſt enim forma principium definitionis: & rationis & eius quod ſub hoc uocabulo quid ſit rem eſſe ſignificamus. Nam & in artificioſis ut ædibus & quibuſuis aliis generis eiuſdem: ſi domus talis eſt futura: neceſſe eſt talem adeſſe materiam: item uti talia aut talia prius fiat atq; exiſtant. Et ſi talis ſanitas eſt prouentura: neceſſe eſt: talia prius facta atq; exiſtere. Eodem agitur modo in rebus quoq; natura gignendis homine: cane: boue. Cæterum ĩ arte factis plerũq; non eſt idem finis & forma. Nam domus quæ e tali materia exiſtit facta talis eſt defenſionis & cuſtodiæ gratia: in naturalibus ſemper idem ẽ finis & forma. Quãobrẽ ſiue ea ſpectes quæ fiunt a natura: ſiue ea quæ affinguntur arte: intelliges phyſicũ in commẽtationibus & ſpeculationibus ſuis materiam & eius neceſſitatem cõprehenſam habere. Ei namq; qui ſecãdi opus ita finiat. Sectio eſt lignorum diuiſio: ſtatim ſeſe ferri uſus oſtendet: ita ut materia ea ſi non actu ſaltem ratiocinatione aliqua facillime poſſit itelligi. Plerũq; etiam actu ipſo cognoſcitur. Vt quum ita definias: lxxxx

Iracũdia eſt accenſio feruorq; ſanguinis circa cor gratia ulciſcẽdi doloris. Quo fit ut phyſicus ex forma qdem definitiones ducat ac regat: ſed materiã nihilominus cõmunionẽ habeat. Eſt enim huiuſmodi forma oĩs naturalis: ut ſemper cum materia & ſubiecto aliquo intelligatur.

THEMISTII PHYSICES LIBER TERTIVS: INTERPRETE HERMOLAO BARBARO

QVONIAM Definiẽdo naturã ſupiore libro dixĩus naturã eẽ uim cientẽ naturales trãſ- i
mutatiões & motus: ignorarẽ nõ oportet qd ſit motus: nam q motũ ignorat neceſſe ẽ na
turam quoq; ipſam ignoret. Plane quẽadmodũ de motu agendũ nobis ẽ: iccirco qa mo
tus cõprehẽdit in definitiõe naturæ: ita ſi qd ĩ definitiõe motus obiter collocabit: de illo
quoq; ſubinde diſputandũ erit. Porro in definitiõe motus ſtatim cõtinuitatis mẽtio ha
bet: ĩ qua deiceps cõtinet infinitas. Nam quũ motus ex eaꝝ rerꝝ numero habeat: quæ ui
dent eẽ cõtinuæ. Continuũ aũt definiẽdo eſt quãdo utimur infinito. Dicimus. n. cõtinuũ id eẽ qđ ſecari ii
in infinitũ põt: ut plane deſ itelligi cõtinuæ q̃titati primũ ineſſe infinitudinẽ: nõ diſcrete: quũ huius pfi
ciat: illius nõ pficiat definitionẽ. Merito iis q eſt de infinito tractatus cõſequit eũ q eſt de motu. Sed & is
quoq; q de loco eſt: & q de inani ꝓmendus ſubiiciẽduſq; eſt. Nam locus & tẽpus neceſſario quærunt ĩ
motu. Ipſum quoq; inane nõnulli ſunt: q neceſſariũ ad eandem rem putarit: quo fit: ut ſalte hoc ipſum
in diſcuſſionẽ uocari æſtimariq; æquũ ſit: recte illi: an ꝓperam ſenſerit. Præterea motus locus & tps na
turalibus corpibus uident eẽ cõia. Cõia aũt initio opis diximus anteq̃ particularia eẽ tradẽda. Ratio igi
tur ẽ: ut de huiuſmodi accidẽtibus priuſquã de corpore ullo naturali agat.

DE motu aũt prius ea ſumẽda ſunt: q̃ ad cognoſcendam eius naturam p̃cedere & quaſi p̃cur- iii
rere uideant. Ex entibus habentur q̃dam tãtum actu: qualia ſunt pria illa ſummaq; motus
& materiæ, prſus imunia: q̃ nec alteraſcere: nec fieri poſſunt diuerſa q̃ ſunt: ſed ſemp eodem
modo & ſui paria & ſui ſimilia inueniunt generis plane ſui naturæq; tenaciſſima: q̃dam cũ
actu potẽtiam iunctã ferunt: q̃lia ſunt ea q̃ ex materia exiſtunt & forma. Actu ſunt: qa formam intra ſe
tenent: poteſtate: qa poſſunt aliam quoq; formã ꝓ reciprocationẽ & ſucceſſionẽ iduere. Sed æthereum
corpus ui ſuæ naturæ ſolo actu ẽ: quia neqt de forma & ſpecie ſua mutari: particeps tamen ad quẽdam
modum potẽtiæ eſt: quatenus in loco mouet: qa uidelicet ubiq; ſimul eẽ nõ poſſit. In totũ q̃cunq; ſunt
actu: aut ſubſtantiæ ſunt: aut q̃titates: aut generꝝ reliquorꝝ aliquæ ſpẽs. Hactenus poſtulo uel ſine rõne
cõcedat hoc mihi: eẽ aliq̃ poſſe: q̃ uno cũ actu inexã ẽt poteſtatẽ gerãt. Illud quoq; maxie uelim admit
tatur recipiatq;: qđ tamen erit nihilominus priore poſtulato conſpicuum: hoc eſt: ad ea quæ in genere
ad aliquid reponũt: nõ ſolũ ꝓtiere defectũ: exceſſum: inæqualitate maius & minus: ſed & pleraſq; alias
haberi ſupeſſeq; ſpecies: q̃ ad idem genus relatiõis poſſit referri ſimilitudinẽ æq̃litatẽ & reliq̃: ea quoq;
quæ agẽdi & patiẽdi potẽtiã obtinent: hoc eſt actiua & paſſiua in eodẽ eẽ genere collocanda: qppe quæ
uiciſſim referri reſpõdereq; aptiſſime uideant: illo mõ & id qđ mouere poteſt ad id qđ moueri: & ecõ
trario mobile ad motiuũ referat neceſſe ẽ. Sit itaq; cõceſſum hoc nobis motiuũ & mobile mutuã hre
relationem. Tertium quod poſtulamus ẽ motum in mouẽte ac moto eſſe: nõ ſeorſum cõſiſtere citra iiii
ſubiectũ: quod ſi ẽ ita: manifeſtum erit totidem haberi motus oportere: quot ſunt res quæ moueant
& trãſmutent. Mouẽtur autẽ res aut quæ de ſubſtãtia ſint aut quæ de q̃titate: aut q̃ de q̃litate: aut quæ
poſtremo de loco. Erit igitur multifariꝰ & multiformis motus: nõ uti genus: ſed uti cõis q̃dã uox ad
multos ſignificatus. Si. n. genus ullũ haberet illis pricipiis q̃ttuor ĩ quibus cernitur & cõſtituit motus
utiq; neceſſario illi generi motus primũ ineſſe: ita ut non multiplex amplius nomen motus futurum
ſit: ſed quemadmodũ genus illud comune q̃ttuor: generibus fuerit motus. Item q ĩ eo genere colloca
tus eſſe: fuiſſet genus motuũ q̃ttuor: q ad quattuor illa primordia pertineret. Sũt ergo motus totidem
quot res q̃ mouent: & quia illorꝝ generꝝ diuerſæ definitiões ſunt: diuerſæ erũt definitiones & motuũ.
Proide tãetſi unã motus definitionẽ allaturi ſimus: ſcire tamẽ oportet illã ex eaꝝ genere orationẽ fu
turã: q̃ ſignificatũ multiplicẽ ãplectãt. Scitũ ẽ. n. put quæq; res fuerit ſimplex multiplexue: definitionẽ
quoq; illius eodẽ iure cẽſendã. Det igit & hoc cũ iis q̃ cõceſſa ſunt prius motus appellationẽ eẽ multi
plicẽ. Quartũ poſtulatũ ẽ: ut ĩ quaq; re cui motũ ieſſe diximus: bifariã aliquid eſſe dicĩue cõcedatur: aut v
ut prius aut ut melius. In ſubſtantia priuationẽ & formã: in quantitate abſolutũ & ceſſans: in qualitate
candidũ nigricans: aut ex contrariorꝝ numero quælubet: in loco ſupernum infernũ. Ita quum motus
nullus extra quattuor genera habeatur: recte in generibus quattuor ſed duplex ĩ ſingulis conſtituitur
Qui uero iſta habeãt: ſequentibus oſtendemus.

NVnc quid ſit motus aperiendũ: in eo utemur earum rerꝝ opportunitate: quas nobis paulo vi
ante parauimus: corrogauimuſq;. Igitur ſupra nobis conceſſum eſt in uno quoq; prædi
camento ſpecies haberi: quæ participes tum actus tum poteſtatis eãnt. Quare auſim dicere
motũ uideri actum geſtionẽq; rei mobilis q̃tenus mobilis ẽ. Sed quur addidimus q̃tenus
mobilis. Nimirum iccirco: ut actus ille fieri uideretur remanente ẽt num ſeruataq; poteſtate ea: cuius
is eſſet actus. Duplex enim in una quaq; re actus eſt: nam æris: quod ſtatua poteſtate eſt: alter actus eſt
quando in ſtatuam obiter mutatur: alter quando iam in ſtatuam eſt mutatum atq; formatum. Poſte
rior hic qui poſt perfectã mutationẽ ieſt ĩ ære: nullã amplius ſeruat poteſtatẽ ad ſtatuã. Iam enĩ eſt ſta
tua: poteſtatẽq; in eo reſpectu oẽm amiſit ſumptitauitq;. Proide actus is nõ eſt perfectio poteſtatis: quia

corrupit & ipulit poteſtatẽ:ſed eſt perfectio rei:cui potẽtia inerat. Priorẽ uero actũ:qui in ipſa mutatiõne adiũgebaẽ æri:quia poteſtatẽ adhuc retinebat & agnoſcebat:poſſumus motũ & poteſtatis perfectionẽ uocare. Omnis enim pfectio ſeruat id quod pficit:donecq; potentia illa ſeruaẽ:ſeruaẽ & motus: contra ceſſante & deficiẽte potẽtia:motus quoq; ceſſat & deficit. Deficit autẽ poteſtas omnis proprie: ſimulatq; ſpecies adeſt & forma. Plane ĩ ſingulis quibuſq; generibus ſinguli diuerſiq; habentẽ modi potẽtiæ: qualis autẽ potentia eſt:talis etiã exerceẽ & motus. Nam eius quod fieri albũ poteſt:eã quæ ex nigro in albũ eſt uia:& eius quod fieri nigrũ põt:eam quæ ad nigrum ex albo fit:utranq; alterationem uocamus eius uero quod augeri & minui poteſt:motũ auctionẽ minutionẽq; appellamus. Nullum.n. cõmune nomẽ utriq; motui additũ ut alteratio. Itẽ eius quod gigni corrũpiq; põt:motũ: tũ ortũ & obitũ:tũ generationẽ corruptionemq; dicimus: eius aũt quod tranſferri & migrare de loco ad locũ põt:motũ trãſlationẽ delationẽue nois. Cæterũ in re trãſlatili duplex quãq; uia eſt. Nã res ſurſũ aut deorſũ deferẽ:progreditur aut retrocedit:ad dextrã aut ad ſiniſtrã demouẽ:unũ tamẽ ꝓditũ nomẽ ẽ oĩbus illis cõmune delatio. Duplex ergo motus ſingulis generibus accidit. Atq; hoc é unũ ex iis quæ ſupra nobis cõceſſa uoluimus. Poſtulauimus etiã illud:extra res nullũ poſſe motũ conſiſtere. Hæc itaq; ex ſuperius conſtitutis difinitiſq; arbitror eſſe planiſſima.

vii QVam uero huiuſmodi natura ſit motus eo patet exẽplo:ædificatilis res tũc mouẽ:quũ actu ipſo ædificaẽ:quũq; adhuc poteſtatis aliquid ſeruat. Quum uero abſoluta & cõſumata ædificatio ẽ:utiq; neq; mouẽ neq; ſeruat aliquid poteſtatis. Si igiẽ ædificatilis rei actus:tũc quũ aduc ædificatilis manet:ædificatio nũcupaẽ:ædificatio aũt motus eſt: nimirum ædificatilis rei actus:in eo q; edificatilis:erit motus. Eodẽ mõ auctilis rei actũ in eo q; auctilis:& altilis & trãſlatilis in eo q; trãſlatilis:& cæteros id genus actus geſtiõeſq;:motus eẽ haberiq; oportebit. Quare alio quoq; modo finire motũ licebit ita. Motus eſt primus actus rei q̃ poteſtate aliquid ẽ. dixi primus: quia ultimus uidetur eẽ forma:quã res aſſecuta quũ primum eſt quieſcit. Primus uero actus eſt:ea quæ in formam eſt itio. Atq; hic proprie motus is eſt:quem modo conquirimus. Quoniam aũt formam ipſam maxime & ſimpliciter actum uocamus:neceſſe eſt ut ea profectio:quæ ad formam diciẽ iſtituta: ad eũ quoq; actum inſtituta dicaẽ:qui proprius atq; p̃cipuus eſt. Quo fit ut ea itio:quia ad actum illum pfectum abſolutũq; deſtinaẽ & tendit:perfectus actus ipſa eſſe nõ poſſit:ſed incoatus & mancus. In hunc modum motus intelligitur actus eſſe:non quidem conſumatus ille: atq; completus: ſed laceſſitus & ceſſans:non tamen ita:ut ſit per omnia imperfectus:ſed ut ſit nondum perfectus: perſolui tamen qui poſſit & perfici.

viii QVoniam uero nonnullæ ſunt res:quæ tum actu tũ poteſtate participant:aqua enim & actu calet:& poteſtate friget:ſed neq; ſimul tamen neq; ab eodem reſpectu:aut ſi ab eodem reſpectu: aliquando non ſimul tamen: quia fieri nequit ut quicquã ſit ſimul actu & potentia calidum:aut ſi ſimul non tamen ab uno reſpectu:ſed actu calidum potentia frigidum. Quoniã inquã nonnullæ res huiuſmodi ſunt natura:ſequitur mouere illas poſſe & ſubinde uiciſſim moueri:impellere & impelli demum. Agere ſimul & pati:exempli gratia. Sera & ſecat & retunditur:cæterum aut non ſimul:aut non eodem reſpectu:ut dixi:ſecat ex forma:retunditur ex materia. Nam ferrum eſt nõ forma quod retundiẽ:contra ſecat forma:non ferrũ. Item ignis calefacit ſimul & frigeſcit ab ea re quã calefacit ipſe:ſed calefacit quia ſit actu calidus:frigeſcit quia potẽtia frigidus. Quicquid enim naturaliter mouet:mouetur ab iis contra quæ mouet:utiq; ſi actus ſit & potentiæ particeps: Sed mouet parte qua eſt actu:mouẽ parte qua potentia: hoc eſt mouet per formam:per materiam mouetur. Verum tamen quod dixi nõ eſt ſimpliciter concedendum:moueri omne contra quod naturaliter mouet: ſed dũtaxat in iis uerus eſt ſermo:quæ in natura ſua utrũq; præferunt:poteſtatem & formam. Quamq̃

viiii non ſum neſcius fuiſſe nonnullos qui promiſcue adeo ſentirent moueri obiter cuncta quæ moueant. Sed de hoc in loco uiderimus. Nũc ad penſum redibimus. Quum itaq; res fuerit actu altera:altera poteſtate:actus illius in eo q; poteſtatis eſt particeps motus erit: neq; uero ulla moueri res poſſet: quæ poteſtatem ſolam haberet: quãobrem materia per ſe non mouetur:quoniam per ſe nunq̃ eſt actu. Oportet igiẽ actus eſſe aliquid:& ita agere:nõ ad id comperandũ quod tenetur iã habeturq;:ſed ad id demũ quod nondum habetur:haberi tamen poteſt. Sane id quod haberi põt ita uelim accipias. Aes eſt poteſtate ſtatua:non tamen actus æris in eo quod æs poteſt motus eſſe:quia in eo quod æs eſt quieſcit: æs non mouetur. Sed motus in ære naſcitur in eo quod poteſt ĩ alterum quippiã uerti affirmariq;. Poteſt autem ĩ ſtatuam uerti:huius igitur actio motus erit. Nihil enim uetat quin æs q̃ æs quieſcat: qua poteſtate ſtatua eſt

x moueatur: quia non eſt omnino idem eſſe actu æs:& ſtatuam poteſtate. Alioquin eodem modo definirẽtur: quod apertiſſime falſum eſt:quãuis enim a ſubiecto unum ſint diuerſæ tamẽ earum rerum cernuntur definitiones:atq; hoc tam & ſi clariſſime demõſtratum puto:nihil tamẽ obſtat:quin idem ſi fieri poſſit & clarius & illuſtrius doceamus exemplo. Non eſt eadem ratio corporis & earum qualitatum facultatumue:quæ uerbis illis ſignificantur poſſe ſanum fieri & poſſe ægrum. Corpus enim unum eſt & ſibi ipſi plane idem:poſſe autem ſanari & poſſe ægrotare nõ diuerſæ modo poteſtates qualitateſq; ſunt:ſed etiam maxie depugnantes. Nam & illarũ actus ipſi longiſſime diſcrepant aduerſanturq;:q; ſi corpus id poteſtatibus illis idem eſſent:ipſæ quoq; inter ſe non contrariæ ſed eædẽ eſſe reperirentur. Item nõ eſt idem color & uiſile. Nam color affectio eſt: quæ luce præſente perſpicuũ mouet: uiſile autem accidẽs eſt colori:quatenus uideri oculis poteſt: & ſenſum inuehere. Pariter neq;

ſonus idem cum re auditili eſt:neq; calor cum tactili:neq; ulla poſtremo res actu cum ea quæ poteſta/
te inſit.Quamobrem patere uel intuitu poteſt non dicturum pugnantia qui defendat eandem rem ſi/ xi
mul moueri poſſe & quieſcere.Neq; igitur idem prorſus eé:quieſcere rem ī eo quod actu ſit:moueri ī
eo quod poteſtate.Quam uero actus huiuſmodi aliquis habeatur: qui poteſtatem adiunctam & illi/
gatam inferat: inde efficiemus palam.Contingit unamquamq; rem interim id agere: cuius agendi po
teſtatem habet:interim non agere.Aedificatilis res quum ædificatur:in actiõe eſt.Quum uero nondũ
neq; lapides neque calx ab arte mota excitataq; ſunt:tunc uacua eſt ab actione omni. Eſt igitur actio
aliqua quæ ædificatilem rem in ſua adhuc retinet ſeruatq; poteſtate:eaq; ædificatio nuncupatur.Nam
ſi illa non ſit: quænam eſſe poſſit alia:uiderint qui acutius uident:ego uidere non poſſum.Neq; enim
domum ipſam auſit quiſquã ædificatiõem uocare:quũ nõ ſit amplius ædificatilis domus quæ ſuam
formam recepit.Aedificatio autem tunc eſt:quum res adhuc ædificatilis manet.Ita concluditur ædifi/
cationem eſſe rei actum ædificatilis oportere.Ipſe actus nihil aliud eſſe poteſt quam motus:ex eo cõfit
ut neq; ante tunc moueretur quum ædificatilis tantum eſſet: neq; poſt quum ædificatio perſoluta &
ad exitum ẽ collata:ſed medio tẽpore quum de poteſtate ſilicet ad actum iretur.Quod autem motus xii
in iis recte ſit collocatus a nobis:quæ cũ actu poteſtatem habent annexam:etiam illi uident concedere
aſtipulariq;:q motũ confictis noĩbus alteritatẽ ĩequalitatẽ non ens eſſe dixerunt.Cæterum ſi huiuſmo
di aliquid motus eſſet ut illi arbitrantur: profecto iis quibus illorum aliquid ineſſet: notum quoq; in
eſſe proculdubio oporteret. Quod eſt ipſo ſtatim ĩ limine perſpicuo falſum.Cernimus enim complu
ra habere inter ſe alteritatem atq; diuortium:ideſt altera eſſe atq; diuerſa:quæ tamen propterea mini/
me moueantur.Verbi gratia: inter me & equum ẽ alteritas:non tamen ea re continuo moueor: ſed &
denarius quinario inæqualis eſt:non tamen confeſtim & mouentur.Dices te non de ea alteritate loq:
qua quis ſit alter ab altero.Sed de ea:quæ in ipſa re inſit.Sed neq; hoc quidem eleuat ſatiſfacitue. Ineſt
enim in rebus multis alteritas.Motus ubi non eſt:cernitur in cuiuſq; rei partibus alteritas : cernitur in
iis quæ duabus illis rebus tam longe diſtantibus diſcrepantibuſq; poteſtate conſtant: & actu: nõ tamẽ
e ueſtigio cernuntur ea moueri :quorum partes multæ adeo ſunt:neq; ea quæ partim ſunt actu : par/
tim poteſtate:cuiuſmodi eſt æs:quod quum ſit actu æs:dicitur eſſe poteſtate ſtatua.Ex his ut dixi:ni/
hil eſt mehercle: quod iccirco moueri neceſſe ſit:quia partium & naturæ alteritatem diſcrimenue in/
tra ſe teneant.Sed fortaſſe alteritatem intelligi & accipi uolunt pro aliatione ut ita loquamur.Ad hunc
in modũ motus p motũ definiret.Quid enim aliatio põt aliud ſignificare q̃ alterationẽ: ſi idẽ eſt aliud
& alterum:aut quandã trãſmutationẽ:Nos uero rectius in motu deſcribendo fecimus:qui actum tãq̃
genus in ea definitione poſuimus.

QVi uero non ens eſſe motum uoluerunt: fuit autẽ ea pythagoricoꝝ ſententia:fere uidentur xiii
ad ueritatem propius acceſſiſſe:ſi non ens ita accipiunt:non quod omnino non ſit:ſed quod
nondum in eam naturam abierit: quo tendebat: inchoatum ſcilicet ens: & imperfectum.
Quemadmodum nos quoq; ſentimus:qui poteſtatem in motus diffinitione addidimus.
Verumtamen obſcurius illi atq; tanta res poſtulat definierunt.Videntur enim accidens quiddam mo/
tui potius q̃ rei naturam explicauiſſe.Accidit ſiquidem motui:ut ſit non ens:ex eo quod pcul eſt ab en/
te:ſuperq; non ſtatim moueri oportet id cui accidit eſſe non ens:alioquin in motu & excitu eſſent om/
nia.Quicquid enim eſt.unum eſt:non ifinita.Atq; ita hoc reſpectu non entia dicẽt exemplo:quicquid
mutatur:uideri ex alteritate in alteritatem:ex inæqualitate in inæqualitatem mutari:alteritatem ergo
& inæqualitatem eſſe oportere tranſmutationem & motum.Sed errãt.Nam eo quidem modo:ſi diis
placet identitatem & entiam quoq; motum liceat dicere:quum ex identitate in idẽtitatem mutari pe/
ne omnia uideamus.Nam & a forma in formam:& a colore in colorem cernunt res apertiſſime tranſ/
mutari: uerum enim uero fortaſſe ea cauſa eſt:quur motum in non ente alteritate inæqualitateue col
locandum putent:quia indefinita quædam res eſſe motus uidebatur. Nam ſimulatq; præfinitur ua/
neſcit ac perit.Quo fit ut egregie illi quidẽ & fortiter ſibi uideantur excogitaſſe quum diceret motum
eſſe alteritatem:eſſe inæqualitatem:eſſe|non ens.Sunt.n.hæc oĩa indefinita: quẽadmodum & illa decẽ
initia:quæ ad genus priuationum pythagorici referunt: eoꝝ nullum (ſunt enim priuatiua omnia)eẽ
definitum poteſt:neq; ita ut hoc aliquid:neq; ita ut quale:neq; ita ut quantum : neq; ita poſtremo ut
res ulla generum reliquorum.Subiecimus claritatis gratia utriuſq; ordinis deſcriptionem quandam:
atq; picturam & eius qui formæ tribuitur:& eius qui ad priuationem adiungitur.

Par.	Impar.	Ob eam uero maxime rationem: motum eẽ in/ xiiii
Finitum.	Infinitum.	definitã rem:ac fere comentiã putauere. Quod
Dextrum.	Siniſtrum.	quum ens in actum & poteſtatem diuideretur
Maſculum.	Fœmininum.	ad neutrum genus pertinere poſſe motum arbi
Quietum.	Motum.	trabantur.Exempli cauſa:poteſtate pedaneũ nõ
Rectum.	Curuum.	mouetur continuo augereturue: neq; quod iam
Quadratum.	Altera parte longius.	eſt actu pedaneum.Item qui poteſt Romã Athe
Intellectus.	Opinio.	naſue proficiſci:non ſtatim neceſſe etiam eſt pro
Vnum.	Multa.	ficiſcatur: neq; qui iam ad eas urbes peruenit.Itẽ
Lumen.	Tenebræ.	id quod eſt poteſtate album:non albeſit neceſſa/

rio:neq; id quod iam eſt inalbefactum.Sed neq; priuatio quoq; eſſe motus põt:quippe qui nõ in pri/

uatione:ſed exiſtẽtia conſtet. Et præterea quicqd priuum eſt:nõ ẽt mouet. Ex his cauſis natura motus uiſa eſt:oppido ĩ difficilis cognitu:quãdo neq; ĩ iis quæ potẽtia:neq; in iis quæ actu ſunt: neq; ĩ iis quæ priuatione conſtitutus uidet:ita maxime reliquũ eſt eam definitionem ꝓbari oportere:quã nos ſupra reddidimus:motum eẽ actum rei quẽdam arduum qdem ſpiſſumq; ſcitu:ſed q tamen eſſe poſſit. Sed
xv denuo eadem illa repetamus:non mõ iterum:ſed ter & quater:& ſi libuerit ẽt ſæpius:ut difficultates illas ſaltem frequẽti tractatu facile aſſequamur. Duplex eſt in quaq; re ſpecies perfectiõis & actus: una q̃ adeſt:quum abſoluta & conſumata res eſt:cumq; naturam ſuam pleniſſime ẽ cõſecuta:uerbi gra:oculus:poſtq̃ eſt ꝓfectus:actum & functionem ſuam habet:ea uiſio eſt:ipſe aũt actus a forma nihil differt: hoc enim eſt oculum eſſe:qđ eſt actu ipſo uidere:atq; hunc ego actum ꝓfectionemq;:motum eſſe non dico:utpote q ſit forma & ſpecies & ad quietis propius q̃ ad motus naturam accedens. Altera ſpecies ꝓfectionis & actus eſt:quæ adeſt rei:una cum poteſtate:qualis eſt ipſa formatio & fabricatio pupillarũ. Quum enim formantur oculi circũdanturq; pupillæ genis ac tunicis:retinent in ipſa formatione potentiam. Ipſa uero formatio circũdatioq; imꝑfecta eſt:neq; qa inſtituta ẽ ad potiorem finem ad quem feſtinat. Et hercules quicquid poteſtatem habet:imperfectum ẽ: quatenus poteſtatẽ illam gerit. Quãobrem in eo ꝙ omnis poteſtas uanuit exoleuitq; ſimpliciter nũcupamus actum:ĩ eo uero quod ſimul adeſt duratq; aliquid poteſtatis:actum imperfectum uocamus: cuiuſmodi probauimus motum eſſe: ſed de hoc ſatis.

xvi Ed retractemus & id moueri rem mouentem poſſe ſi poteſtate fuerit mobilis:hoc ẽ:ſi quãdoq; moueat:quandoq; non:cuius ĩmobilitas ſit quies. Ea enĩ quibus ineſt motus quotiẽs non mouentur dicuntur quieſcere. Merito aũt huiuſmodi mouens res moueri ẽt dicitur: utpote quæ poteſtatem appræhẽſam ferat:ex actu ſiquidem habet ut rem trãſmutet agatq; uim ſuam ĩmobile. Quapropter & mouebit cõtra uicibus: & contra perpetretur. Ex eo enim ꝙ actu res eſt:aget:ex eo uero quod poteſtate eſt:patietur. Atq; hoc eſt in mouentibus motiſq; rebus perpetuũ Adeſt enim & id quod actum:& id quod potentiam præferat in utroq;. Quare ſibi mutuo uiciſſimq; per actum præſtãt:ut agere contra poſſint:per poteſtatẽ: ut perpeti: quicquid itaq; mouet:tactu contactuq; rerum uiciſſim motarum mouet. Mouent autem contra ea dumtaxat:quæ ſunt poteſtate mobilia. Rectam itaq; finitionem motus attulimus:motũ uidelicet eſſe actum omnem rei poteſtatem habentis:in eo quod poteſtatem illam habet. Niſi forte excludenda ſit prius ea calumnia:quam quis poſſet afferre. Dictum eſt rem omnem quæ de poteſtate ad actum egreditur eẽ oportere in motu:uideri poteſt:hoc eſſe ſaltem interim falſum. Nam arbor: exempli gratia:quæ a dextris eſt ptãte:ſi ad leuam me contulero: de poteſtate quidẽ ad actum mutatur:non ideo tamen mouetur. Adauget difficultatem:quot ego qui ad leuam me cõtuli:in motu fui:ſi ergo id quod poteſtate leuum erat in motu fuit: quomodo id quod poteſtate dextrum fuerat:ſine motu potuit ad actum proficiſci. Vna porro potentia eſt eorũ quæ in genere ad aliquid collocant. Ipſa.n. illa reſponſio qua dextrũ & leuũ ad ſe mutuo & ſunt & dicunt aut potẽtia aut actus ẽ. Quare ſi alterꝝ mouet:alterum quoq; moueat neceſſe ẽ. Cæterꝝ ſoluit. Aio actum eorꝝ quæ ĩ genere ad aliquid ſunt non ſeruare poteſtatem:ſed de poteſtate ſubitam & momentariam fieri mutationem in actum. Quum itaq; duo ſint actus ĩ reliquis generibus ad quæ pertinet motus:in genere relationis unus dũtaxat conſcipitur:is ſilicet qui perfectus & abſolutus eſt. Imperfectus uero & inchoatus non conſpicit. Non enim pedetentim acceſſim arbor trãſit ad leuam: quum in dextram me conitio:ſed de repente cunctim atq; momento. At ego quum in dextram eo: non ſecundum relationem:ſed ſecundum locum moueor. In hunc modum qui cõtra nos hac quæſtione ierunt:facillime reuincuntur:q; ſiqui uolunt argutius id facere:primo debent actum aliquem ĩperfectum oſtendere:deinde ita pede collato definitionem motus nobis aſſignatam impellere. Verum qa prædicamentorum omnium ſua poteſtas eſt:motus uero non in omnibus reperitur: loco eius quod nos in definitione diximus poteſtatem habens commodius collocabitur mobile ad hũc modum. Motus eſt actus mobilis in eo quod mobilis. Neq; nos aliquis repræhendat:quaſi uideamur naturam motus per mobile:hoc eſt per æque ignotum indicauiſſe. Nam quum motus ex eorum numero ſit: quæ alio referuntur:erat autem & hoc poſtulatum a nobis ſupra:quum motus inquam referatur ad mobile:aliter definiri non poteſt:niſi adiiciatur id quo refertur:quemadmodum neque patrem ſine filio: neq; duplum ſine dimidio definire recte aut ſcienter poſſis. Accedit ꝙ notius eſt mobile aliquãto quã motus. Non enim idem eſt noſſe motum eẽ:& quid ſit motus exploratum habere. Nam ut ſit motus neminem latet:quid autem ſit:uel nos quoq; nunc quærimus. At uero motum eſſe res motæ nobis
xvii oſtendunt. Hæc autem ſunt quæ nos mobilia nuncupamus. Quare is q in motu definiendo admonitionem habet rei mobilis:affert rem magis planam & notam ad docendũ id quod erat ignotius. Prorſus omne quod mouet:formam habeat aliquam aut ſubſtantialem oportet:aut quantitatis: aut qualitatis:aut de generibus reliquis. Mouet enim per formam res omnis: & principium omnis motus eſt forma.

lxv quid ſemp eſt extra:fieri q̄ poteſt?ut oía ſint unum ſimul & infinitū?Ita eo errore q̄ ſimilia & eadé eé totū:uniuerſum & ſinitū rebanť.Eadé ſignia infinito dederunt:quæ toti & uniuerſo conueniebant: tranſlatis illuc prærogatiuis nominum:ut regere ut cuncta complecti:ut continere ī ſe omnia diceret: quæ de toto proprie afferri & prædicari debuerant.Nam infinito una tantū rōne conueniunt: quate/ nus infinitum ceu materia rebus eſt:quæ totæ & perfectæ dicuntur.Quæ enim tota perfectaque ſunt? compoſita ipſa ſunt:in quibus eſt forma.Sane materia ſeorſum infinibilis interminataque eſt. Eadem poteſt & totum & perfectum quadamtenus dici: quia capax ſit & conceptaculum formæ. De mate ria uero atque forma concretum & compoſitum naſcitur. Id itaque quod materiæ ſola poteſta/ te tribuitur: ideſt ut potentia totum perfectumque ſit: illi non cum adiunctione atque excæptio/ ne potentiæ: ſed ſimpliciter abſoluteque de materia prædicant. Atque ita illa quæ debentur toti: aſciſcere infinito & uendicare conantur:q̄ uero materiæ inſit:infinitio aperte liquet.Nam & magni/

tudinem ſectio & adiectio: contraria ſectioni quantitatem ſubiectam non formam aut ſpeciem mutāt: quod & ſupradiximus. Iam materia non per ſe ſed a forma habet: ut tota: finita: perfectaq; ſit. Semp uero ab alia quauis forma contineri uidetur: poteſtq; eius aliquid ſemper capi extra ſpecies: atq; ob id merito infinita: iabſoluta & ignota cenſetur. Quum infinitū omne neceſſario ſit ignotum: ſed quo producti ſumus dixerit quiſpiam: nōne quod maxime præter opinionē hominum ſit: infinitum partem potius q̄ totum fecimus? Qui pauloante diceremus infinitū eſſe materiam: materia porro pars compoſiti ſit: quēadmodum ſtatuæ pars eſt æs: ſed certe nos q̄ illi uerius rectiuſq; qui magnum & paruū: quæ duo ad materiam pertinent infinita conſtituunt: demumq; fateri coguntur: intellectilia quoq; a materia cōtineri: quia neceſſe ſit omnia ab infinito eſſe cōprehenſa: ita fieri ut ſcitæ res atq; cognitæ ab ignoto & indefinito contineantur atq; definiant. Ex iis uero quæ nos opinamur: ideſt ex hoc quod materiā eſſe infinitū dicimus: & quod ſequens eſt infinitum a toto contineri euenit: ut qualibet magnitudīe minorem capere uideat licere: maiorem non licere. Materia namq; intra magnitudinē diuiſam īcluſa: ſi minorem uelis efficere: quaſi miniſtrat haſtas: ac præſtat: ut in infinitū extractio prodeat: ſi maiorē nō præſtat ut prodeat: alioquin mole aliqua externa opus eſſet. At extra magnitudinem nihil eſt illius magnitudinis reliquum. Et quū rem forma contineat finiatq;: neceſſe eſt exhauſtionē crementumq; prouehi hactenus: non ultra quam quanta ſit res. Eadem eſt in numeris ratio. Eorū poteſt minimus non maximus promi. At in magnitudine contrarius modus eſt. Nam ſecantibus diuidentibuſq; nullū occurrit minimū. Adiicientibus contra aliquid occurrit maximum. Quidnam igitur cauſæ? Nempe ut ego ſentio: quia numerus ex unitatibus conſtat. Nihil enim aliud eſt numerus q̄ unitates multæ. Nam & ternarius binariuſq; multarū unitatum ſunt nomina. Ex quot autem unaquæq; res conſtat: in totidem diuidi ſecariq; poteſt. Quare & numerus in unitates ſecabitur: unitates uero ipſæ erunt inſectiles. Quicquid enim eſt unū in eo quod eſt unum inſectile eſt: & homo unus in eo quod homo īdiuiſilis ē: quia nequit ī alios homines diuidi. Quod ſi poteſt ī partes ſecari & diuidi: non poteſt in eo qđ unus ē. Vnitas plane uſq; quaq; & penitus una eſt: non enim unitati tali ſubiecta materia eſt. Quare oportet in unitatē cadere ac deficere ſectionem. At magnitudo non ex unitatibus ſed ex magnitudinibus conſtat: ita fit ut cum nulla diuiſio ad indiuiſilia uſq; perueniat: minimū utiq; prendi nos poſſit. Per diuiſionem uero magnitudinis numerus in infinitum exit: quia diuiſio illa numerabilis eſt: & omnem multitudinem finitā excedere eſt aggerando ſubinde adiiciendoq;. Porro non habet ex ſe infinitatem numerus: ſed ex materia. Quare omnino omnis īfinitas a materia proficiſcitur: & materiæ ferē omnis accæpto. Quūq; materia poteſtate non actu ſit: recte dicitur infinitatem quoq; poteſtate eſſe non actu. Recte & illud: tunc ſolum poſſe infinitum eſſe quum fit. Nā & materia difluit ſemper: nec permanet. Numerus itaq; a materia mutuatur infinitatem. Ex numero contra non habent magnitudines: ut poſſint in infinitum excreſcere. Nam maiora quærenti extrema mundi facies occurrit eo modo quo in numeris unitas. At mundus diffundi augerique nequit: alioquin eſſet aliquid cœlo maius. Totum uero ſi totum eē tendit: neceſſe eſt eſſe terminatum. Sed ſi unicuique corpori ſemper liceret adiicere: nihil eſſe totum aut uniuerſum poſſet: ſed infinita quædam & ſenſilis magnitudo: qualem ueteres nonnulli ſcilicet ſomniabant. lxvi lxvii lxviii lxix

SEd ſcire licet quum infinitum dicimus in magnitudine tempore motu conſtare. Non ita loquimur ut putemus infinitum eſſe genus quoddam & cōmunem adeo naturam illorum: ſed ita ut eo ordine: quem res illæ gerunt inter ſe: eodemque ſint infinitudinem aſſecutæ. Tempus enim propter motus infinitatem infinitum eſt. Nam & a motu habet ut ſit. Motus pp magnitudinē eſt īfinitus: qa motus oīs citra magnitudinem uerſat: auctio diminutio alteratio delatio. Magnitudo ex ſua natura uidet infinitatē indepta: qa in magnitudīes alias deīceps extrahit. Cæterum credamus hæc in præſentia ita eſſe uti dicimus. Nam proceſſu operis demonſtratiōe clariſſima explicabuntur hæc omnia. lxx

NEq; tamē exiſtimādū eſt rationē hāc qua oſtēdit nihil eē actu īfinitū & impcurſile cremētū uerſus: eripere mathematicis facultatē tractādi de īfinito. Nō. n. linea īfinita opus ē illis: quū finita & terminata ſemp utant. Satis habēt ſi quātā uolūt obtineāt. Sed ambigat aliqs ſi finitus ſit mūdus primū illud ſpectamen theoremaue ī libro elemētorū q demōſtrauerint? Nā det iis diametros mūdi ſupra quā cōſtitui triāgulus debeat: ubi nā duo latera triāguli collocabunt? Sed ſoluit primū: non das qualē petūt: petunt autē quæ poſſint extrahi. Deīde apud Geometrā nihil ītereſt ſit ne aliqd extra mundū nec ne. Cogitatio ſola eſt quæ datā lineā puehit in īmenſum. Neq; ppea neceſſe eſt continuo eē actu: quod qs affingit aut concipit aīo. Forte. n. non fuerit in rebus linea qualem illi aſſormant: neq; corpus item aliquod in tris dimenſiones fuſum ſine diſſidentia aut renitentia aliqua. Sed quemadmodum nihil uetat longitudine latitudine & puncto indimenſili ſepatim atque ſeorſum uti quāuiſq; nullum illorum per ſe ſubſiſtat actu: quia tamen finguntur ſubſiſtere in conſyderationem p ſe ſine mendatio ueniunt. Ita & ſub diametri illius commenticio & imaginario incremento uti citra metum culpæ aut falſi poterimus. Neq; abſurdum id ſequitur: quaſi nullus ſit extra cœlum locus: quia liniamenta illa loci non indigent. Non enim omnis linea naturalis eſt: quæ & naturā requirat & locū. Nam mathematicæ quædam habent: quarū ueluti locus eſt animus ſpeculātis. Ideo enī mathematica dicuntur abſtractu & abiunctu conſtare: quoniam ab iis quæ in naturalibus corporibus uiſitantur loco qualitate tempore actione motu affectionibus & reliquis generibus eximuntur abiungunturq;. lxxi

Ipſi per ſe menſus atq; ipſa continua æſtimant atq; ſpectant: q; ſi deſcribendo triangulo neceſſaria eſſet mentio loci: is q locum adimeret: ipſam quoq; demonſtratione euerteret. Proinde nemo ita dicit: quia linea in hoc loco: aut in illo ſit: neceſſe eſt hoc aut illud ſequi. Quẽadmodũ itaq; Democritus quũ probare niteretur colorum uarietatẽ non natura conſtare corporibus: ſed ex habitu noſtro reſponſioneq; contingere nihil ſtatuit contrariũ Geometræ: quia coloribus diſciplina illa nõ utitur. Ita is qui locũ eſſe infinitũ negat: immo & is qui locũ oĩno eſſe inficiaretur: nõ eſt impedimento iis: q de lineis cõmentantur ratiocinãturq;. Nã qui locũ auferũt: id auferũt: quo Geometræ nõ egent. Quã uero Mathematicæ res non ſint in loco aliquo conſtitutæ Ariſtoteles adeo ipſe declarat. Quãuis inquit in loco illæ nõ ſint: eſſe tamẽ ex iſtitutiõe & diſpoſitiõe noſtra uidentur. Hæc ille. Sed cedo quænã naturalis aſſertio Geometriã poſſe euertere? Illa mehercule opĩor quæ principia & elementa inſectilia & minima faceret. Ita diuiſio infinita adimeret: qua adepta corruerent plurima a Mathematicis ueriſſime & facillime demõſtrata: q; ſi ĩ maiori mĩoriq; linea explicari eadẽ poſſunt: quẽadmodũ & faciũt & fatent mathematici: quid

lxxii nam p deũ opus eſt maxima? Eſt. n. eadẽ ſecãdi maximã & minimã rõ: quæ põt & extrahi. Ita igit de ĩfinito agunt: non ut de impercurſili ſpatio: ſed ut de linea ea quæ poſſit & extrahi. Eſt itaque huiuſmodi infinitum. Et ut diximus ad cauſam materialem refertur. Eſt enim materia ipſa infinitum: ſi per ſe ſola ſpectetur: utpote quia in priuatione: infinitas autem ipſa priuatio eſt: non tamen iccirco quia infinitas in materia priuationeq; ẽ. Materia ipſa p ſe põt eẽ diuiſionis illius ſubiectũ: ſed corpus cõtinuum ſenſile. Nã diuidũdæ res ſubſiſtũt actu. Sed q̃obrem dictũ nobis eſt diuiſionis infinitatẽ ad materiã pertinere? Nempe quia cõpoſitũ & id quod diuiditur corpus non amittit formã in diuiſiõe: ſed retinet. Ita cum non poſſit a forma pendere a materia pendeat: ac uidentur quidem ueteres infinito uſi pinde atq; materia. Sed diſſentaneum erat: quum ita uterentur: exiſtimare nihilominus coercere & cõtinere: id cætera non contineri.

lxxiii RElinquum eſt ad eas aggredi rationes quibus ĩfinitum non potẽtia modo: ſed actu eẽ defenditur. Ex illis aliæ minus neceſſariæ ſunt: aliæ ueras quæſtiones uidentur afferre. Nam puaret iccirco haberi actu infinitum aliquid oportere: ne rerum generatio exhauſtis ſumptitiſq; principiis procumbat & concidat. Lubrica & caſſa ratio eſt quum fieri poſſit: ut materia rerum finita corruptionem unius generatio alterius uicaria ſubeat: & obitorum loco naſcentium pul-

lxxiiii lulet. Ea quoq; ſors ratio quæ dicit finitam rem ad aliquid finiri terminariq; oportere ſemper: tametſi ueriſimilis uideatur: facile tamen in hunc modum æſtimantibus falſa deprehenditur. Equidem haud conceſſerim finitam rem terminari ad aliquid ſemper. Nam ad aliquid terminari nihil aliud eſt: quam tangere contra quod tangat. Atqui aliud eſt tangere: aliud finem atq; extremum habere. Nam tangere ad alterum refertur externe: habere finem ad ſe ipſum interne. Tactus tangendo conficitur: finis & extremum habendo. Quamuiſq; nonnullæ res poſſint & habere finem & tangere: non tamen idem ẽ rebus tangere & finem habere. Accidit enim ut finita quæ ſunt etiam tangãt: ut ſunt omnia quæ nõ tota modo in ſe: ſed partes ẽt uniuerſi ſunt: atq; id quoq; non in eo quod finita ſunt: ſed in eo q; partes ſunt mundi. Quod ſiquid eſt uere ac ſimpliciter totum: ideſt q; nullo modo aut reſpectu ſit pars: ſed abſolute totum & ſemper nimirum extra terminatum alio eſſe non poterit. Præterea quocũq; rem conferas habet extremum & terminum: non item quocunq; conferas tangit: nã linea pedalis quouis relata terminos ſuos habebit notas & puncta: non tamen quouis relata etiam tanget: quia linea omnis ſolam lineam tangit. Proinde quæq; res quocunq; collata ſuos fines tuetur & obtinet: non item neceſſe eſt ut tangat omnia ad quæ conferre libuerit. Quod ſi linea non tangeret lineam: non propterea infinita interminataq; fuerit. Quãobrem non idem eſt finiri rem & ad aliud extra finiri. Sed neq; numerus aliqs puta denarius: tametſi finitus aliquid obiter tangit. Nec quamuis per ſilentium ſit finis impoſitus uoci finita illa proinde uox tangere ſilentium poterit. Ii quoq; qui adſtare inane quoddam extra cœlum autumant: quamuis finitum eſſe cœlum putent: non tamen tangi ab eo poſſe uacuũ illud concedunt. Nã ſola ſe corpora mutuo contingunt. Sed & indiuidua illa Epicuri corpuſcula quæ per inane uagari & uolitare creduntur: quãuis finita uiderentur eſſe: non tamen terminari aliquo extra aut tangere dicebant: alioquin uir ille tantum tribuebat huic inuento: ut ea quæ uetuſtate collapſa obſoletaq; eſſent reconcinnari inſtaurariq; diceret: ſubſidio minutularum quarũdam aggeſtionum: quibus recreata illa ſibique reſtituta derepente alia quaſi ad inſtar ſubditii partus & præſtigiatoriæ ſubiectionis extarẽt: ſumpto credo de furibus cõmento: quibus ea ſolertia eſt cælandis: q̃ interuertiſſent: ut aliam iis tum ſpeciem tum formam & figuram inducant. Sed de hoc ſatis. Cæterum quum ea terminentur ad aliquid: quorũ ſemper extra licet aliquid capere. Id autem cuius aliquid ſemper extra licet capere: infinitum eſſe cõceſſum eſt. Nimirum ſi finitarum rerum ea natura ſit: ut ad aliquid ſemper extrinſecus terminentur: ſit etiam earum illa natura: ut infinitæ immenſæq; habeantur. Quare aut efficite: ut nõ ſit idem rem ad aliquid terminari & licere ſemper extra capere: aut oſtendite infiniti naturam non fuiſſe nobis recte deſcriptã: aut poſtquam hæc præſtare non poteſtis: ne prædicatæ obſecro rem finitam poſſe ſemp ad aliquid terminari: niſi mauultis de re finita infinitum dici afferrique poſſe: ſed comparate & conferte ſi lubet ea quæ diximus: perſpiciteque an nobis par uis ſumptorum ſit. Infinitũ nos uocamus id cuius extra ſemp aliquid capitur. Totum & uniuerſum id cuius extra nihil licet accipere. Totum igitur qd eſt neqt eẽ ifinitum: atq; alteram quidẽ propoſitionem etiam ipſi concedunt: hoc eſt extra totũ nihil haberi: utpote quod tum neceſſarium ſit: tũ ſuapte natura clariſſimum. Alterã nos ſupra certiſſimis argumentis ad-

diximus:ſed ſufficere hæc ad reꝑhenſionẽ & cõfutationẽ rationis illius exiſtimo. Diſcutiamus nunc id lxxv
qđ obiiciť alia rõne:licere.ſ.q̃uis magnitudine accæpta maiorẽ imaginãdo fingẽdoq; capere:& adiicere
ſemp q̃tũ qs cogitatiõe aioq; cõcæperit. Neq; poſſe quẽq; ẽt id uolẽtẽ conãtẽq; ita mẽtẽ & cogitationem
abducere ihibereq;:ut nõ ulterius ꝑdeat coaceruãdo aſſidue accumulãdoq;:uſq; dũ moles q̃dã imenſa
cõſurgat. Sed q̃obrẽ obſecro neceſſe ẽ magnitudinẽ cõſtitui ifinitã i rebus:qa uiſiõe ſola cogitatiõeq; po
teſt ifinita cõflari? q̃ſi uero de nobis pẽdeant oía:atq; ita res ſint ꝑut ipſi cõcæpimus. Nã ſi te extra urbẽ
ẽẽ cõcipio:ſi celſioré mõte. Num ꝑpterea extra urbẽ ſis? Nũ ut Homero dictũ ẽ uerticẽ mõtis excedas?
Amplũ ꝑfecto minus atq; præclarũ fuiſſet nobis a diis imortalibus iunctũ: ſi oẽ id:cuius quẽq; cupidi
tas inceſſeret:ſimul collibitũ fuiſſet affingere id reꝑſentareq; oino:cõfeſtim nobis extaret:cõcipiat Hercu
les ſe præſtãtioré deo:& ferat extẽplo qđ cõcipit:ſiqs ea libidine teneať. Non ſunt igitur omnia: qualia
ipſi cõcipimus: ſed q̃lia ſunt pleraq; pauciſſima mouimus. Tẽpus aũt atq; motus nulla ui cogi poſſunt:
ut initiũ aut finẽ agnoſcãt: ſubeſt.n.utriq; ifinitudo: nõ tamẽ ſimul nec actu nec tota quum fluxæ ſint
partes illoꝝ caducæq;. Eæ dum fiũt ſuccedũtq;:tũ q̃ſi legiť & texitur motus & tẽpus ad eũdẽ modum.
Cõtinuoꝝ diuiſio infinita é:q; ſi uiſa illa imaginaria uehemẽter quẽ urgent ac torquẽt. Simus uel picu
culo liberales. Audeamus fortiter:infinitatẽ demus qd ni? Sed imaginariã atq; fictã:quæ neq; actũ neq;
ſubſiſtẽtiã præferat. Namacrius qdẽ ituenti uidetur neq; imaginatio quoq; ipſa infinitudinẽ aſſeq poſ
ſe: tum q; deponit aliquando:tum q; finitum ſemper aliquid adiicit:idq; eatenus dũ mens labore cogi
tationis affecta laceſſitaq; deſtituat:manuſq; faſtidio det.

THEMISTII PHYSICES LIBER QVARTVS INTERPRETE HERMOLAO BAR.

MODEM Ferme ordine de loco agẽdum diſputandũq; eſt. Primum an ſit:deinde quẽad i
modũ ſit:utrum ſeorſum:ut ſubſtãtiæ atq; per ſe: an potius in alio cõſtitutus:poſtremo
quid ſit. Quã uero ad inſtitutum noſtrũ pertineat ratio hæc:oſtendit uetus opinio:quæ
alicubi omnia eſſe cõtendit:& q; uſq; nõ ſit:ne eſſe quidem uideri:qđ quidẽ nõ procedit.
Nam quũ uideret ea quæ nõ ſunt:ut Hircoceruus:ut Sphinx: nullibi quoq; eẽ cõmeare
& reciprocare rationẽ putabãt:ut ea quæ ſunt oía eſſent itẽ alicubi. Verum ut i totum illi
oberret:fortaſſe tamen quia ueriſſimũ ſit naturalia corpora:ignẽ:aerem:aquã:terrã:quæq; de iis cõcre
ta ſunt i loco eſſe aliquo oportere:ꝑtiũ Phyſici fuerit de natura loci diſſerere. Iã ſi philoſophus naturalis
de motu conſyderat:motus uero naturaliũ corpoꝝ cõmuniſſimus atq; primus é:is qui loco utiť profe
cto uel noíe hoc: de loco nobis cogitãdũ cõmẽtãdũq; ẽ. Quãuis aũt lõge difficilima ea quæſtio ſit: quũ ii
ex ipſa ꝑ ſe loci natura:quã haud facile qs ex rebus utiq; adiacẽtibus loco definiat:qđ paulo ifra mõſtra
biť:tũ uel maxíe ea rõne q; primi uiã facimus cõmuniuſq; nullo qdẽ initio uel oíno ueſtigio uetex:: cui
poſſit iſiſti:nemine ad hoc æui cõperto:qui nedũ i ea re paulo plus uiderit: ſed ſcite idubitauerit quoq;.
Non tamen depræcandũ aut ſubterfugiendũ nobis id oneris eſt. Alioquin non pollicentibus:niſi qua
tenus uires noſtræ ſufficiant.

AC primũ quidẽ eſſe in reꝝ natura locũ plurimis declaratur euentis. Cedũt ſuccedunt iii
tuo corpora:& eo loci ubi aqua inerat: difluente aqua idẽtidẽ ſubídeq; aer ígrediť. Eodem
mehercule mõ:quo i uaſculis & doliis cernitur:ita fit ut idẽ ꝑmanere locus:ſed diuerſa exci
pi corpora uideanť. Ex iis quæ diximus duo eueniunt:unũ ut locũ eẽ oporteat:alterũ ut ne
ceſſe ſit ab iis corporibus quæ locãtur diuerſam rem locũ haberi. Præterea quũ corpus omne ſi nõ de iiii
tineať præpediaturq; in ſuũ quodq; locũ impẽſe cõmigret:ignis in ſublime:terra in imum:palã fit non
mõ locũ eſſe ſimpliciter abſoluteq;:ſed & peculiares ueluti uires quaſdã eius haberi eaſq; loci uideri &
eſſe diſtantias differẽtiaſq;:ſupra infra dextrorſum leuorſumq; ante retro uerſus:quo uidelicet corpora
moueantur differãturq;. Neq; credat quiſpiam huiuſcemodi locoꝝ diſcrimina uarietateſque ex noſtra
tantũ inſtitutione creari penderęq; a deo:ſed quemadmodũ ſumus & præfati ab ipſa plane natura inuẽ
tas collocatas & affirmatas ſciat. Quomodo autẽ hæc differant:non impendio obſcurum internoſcere. v
Nobis nãq; idem plerũq; eſt & infernus & ſupernus locus. Nã ſcandulæ imbricamentaq; ædium: quæ
modo nobis meditullio impluuii agentibus ſuperna ſunt:cõmodum aſcendẽtibus tectũ: fient inferna
& colũna:quæ nũc ẽ a dextra ſi me conuertero puncto fiet a leua. At ſitus natura diſpoſitos præfixos &
conditos ipſi corporum naturaliũ motus atq; ípetus produnt & detegunt:ut ſupernus is ſit quo ignis
& leuia conuolant: infernus quo glebulenta & grauia proſternuntur & corruũt:& Hercule hos locos
natura non ſolum maximo interuallo diſpeſcuit:ſed etiam uiribus & poteſtate ſeiunxit:quod quidem
inde datur intelligi quia ſinguli ſuas & maxime differentes quoq; naturas tum recipiant tum conſer
uent. Sed & q̃ non ſit locus idem qui de ſtatu noſtro inſtitutioneq; naſcitur cum eo:qui natura præſcri
bitur: Mathematicæ res affatim oſtendunt. Illæ neq; locum habent neq; mouẽtur ullatenus: quia per
ſe non ſubſiſtunt:de noſtro tamen habitu reſponſuque:tum a dextra:tum a leua ítelligi poſſunt & fin
gi:non q; locum natura ſint ullum adeptæ dextrum leuumue:ſed q; intelligantur tantum de eo ſi
tu poſitæ:& q̃madmodum eas res imaginatione cogitatiõeq; abſoluimus & ſeparamus a motu:& qua
litatibus reliquis:ita & locum & reſpectum huiuſmodi quem illis natura non addidit: ſolum imagi
nando tribuimus. Iam ii qui uacuum introducere nitebantur: tanquam locum quendam ſubſitum
id rebus uolebant. Quid enim ſi uacuum ſit eſſe aliud poteſt:q̃ locus corpore deſtitutus uiduatuſque. vi

Quamuis autem ſatis hæc ſint ad communiendum id quod ſumus aggreſſi: non eſt tamen poetarum autoritas in ea quoque re conſenenda: inſuper habendaq; penitus Heſiodi inquam qui omnium primus nobis commendauit & prodidit locum. Nihil enim aliud per naturam illam hiantē: quā chaos & patorem appellat: q̄ locum & inhabitaculum rerum intelligi uoluit: perinde ac rebus præcauendum eſſet: protinus aliquo: in quod reciperentur atq; reconderentur. Atq; hic ex eorum numero uidetur fuiſ
vii ſe unus: qui res omnis alicubi eſſe arbitrabatur. Quod ſi locus eſt ita ut Heſiodo uiſum: profecto ea natura erit admiratione & ſpectatu digniſſima. Nam ſi rebus omnibus primum ſuppoſitus & ſubiectus ē locus: neceſſario ſequitur rerum primum fuiſſe comparuiſſeq; locum: propterea nihil ſine loco fuiſſe: locum contra & ipſum chaos ſine reliquis rebus aliquādo adſtitiſſe: ita & tempore & natura præceſſerat. Nam loco ſublato: reliqua eſſe continuo peritura: non item quæ in eo continentur ademptis ipſe perimitur: ut ſi ignis interſtinguatur: non ſit abolitus propterea & locus: ſed ſi rem eſſe nihil aliud eſt q̄ alicubi eſſe loco utiq; corrupto: res quoq; locatæ obiter interibunt.

viii SEd cauendum eſt: ne dum ultra q̄ ſit par loci naturam honeſtare illuſtrareq; tendimus tanq̄ frigidiuſculi rideamur: alioquin magnis uiris e regione pugnantibus: quorum ratiões prætermittendæ nec ſunt: quibus illi nedum ut æquiorem ullam ſententiam præferāt: nihil loco relinquunt: ſed penitus de rebus exterminant & interdicunt eſſentia. Proinde incommodantur: ſimul qs attemptauerit: quid ſit locus afferre: coactum recantare & confiteri non eſſe. Nam primum deſigna inquiunt nobis in quo nā genere locum collocaueris? Nonne liquet in genere corporū? Eſt. n. locus in tris dimenſiones ſuſus. At ſtatim abſurdiſſimum illud ſequit: corpus in corpore recipi: & duo corpora eundē locum accubare occupareq;. Nam ſi & locus & id qđ recipit corpora ſunt ī dimēſus æquales attēſa: nimirum bina ſimul corpora ſingulis locis aſſiſtentur collocabunturq;. Quod portenti maxime cognatum atq; affine meditationibus Chryſippi Zenonisq; ueteres tāq̄ apertiſſimū maximūq; mendacium conſone diſploſerunt. Quod & plerisq; dicato ſeorſum opere amoliri: & cōfutare ſunt conati: p̄cipue uero Aphrodienſis Alexander in libris iis quos de meſtione compoſuit: paſſimq; ut cūq; incidit mentio in reliquis rerū naturalium cōmentariis: quorum lectionē uolentibus adire prō-
viiii ptum ſit rationes illas ediſcere. Et hercules ſi corpus non ſit locus: haud plane uidere ſe quid demū eſſe aliud poſſit. Nā diffundi in tris dimenſiones ſolius eſſe corporis propriū. At aqua dices poſt acrē locus recipit: ita locus eē per hæc oſtendit. Sed attende ut ex hoc quoq; diſſentanea quædā incurrāt. Quum aquam excipit locus is ubi aer fuerat antea: manifeſtū eſt ſuperficiem quoq; aquæ recæptā eſſe ad idem exempli: quo recæpta aeris fuerat. Si ergo ſuperficiem recipit: lineas quoq; & puncta recipiet. Quare lous erit ut corporibus & ita & punctis ſuus. Sed hoc eſt ipoſſibile: q; locus puncti non diſtat a puncto: nec locus lineæ ſuperficieiq; a linea: itē & ſuperficie diſcrepat. Quid enim ſit per deū ſuperficiei locus præter ſuperficiē aliud. Et maior quidē ſuperficie locus eſſe non poteſt. Ea. n. parte qua ſuperficiē uiceret excederetq; nihil ſuperficiei utiq; cōtineret. Et fortaſſe quod in trāſcurſu dixerim locus ſupficies eſt: q; ſi lineæ locus nō differt a linea: & is qui ſuperficiem recipit: nihil eſt præter ſuperficies: & is qui cōtinet punctū ipſemet punctus eſt: efficitur: ut quū corpus aliquod aliquo in loco recipitur: locus ille ſit
x corpus. Præterea unaquæq; res aut elementū eſt: aut ex elementis conditum. Atq; hoc ueriſſimū ipromiſcue atq; ſimpliciter eſt: ſiue de corporeis ſiue de incorporeis loquamur. Et corporū corporea ſunt elementa: incorporea incorporeoꝝ. Neutrum horum eſt locus. Primū inter ī corporea cooptari & collocari non poteſt quia dimenſum & magnitudinem præfert. Nec inter corpora quod ut diximus ī illo
xi corpora recæptant. lā locum eſſe initialē & primā rerū putare & tanq̄ originale principiū omnibus: hominū eſt parum conſyderate loquentiū & in maximis rebus errantiū. Nam quo pacto principiū eē uoluerint: num uti materiā? At quidnam uidetur de loco tāq̄ de materia conditum cōſtitutūq;. Num uti
xii formam? Num uti cauſam mouentē? Num uti finem? At profer quid uis horum qui conſtet? Sed & Zenonis ratio ſuperponenda non eſt. Si fuerint res inquit in loco oēs: fore ut ipſe quoq; locus ī loco ſit & huius etiā loci alius ſubinde locus: atq; ita deinceps in infinitū alii conſtituantur. Si quis uero uacuū:
xiii ut non eſt: ita de rebus etiā tollat: palam eſt: ſi fuerit locus: non eſſe illū ſine corpore futurum: ſed fore undiq; uerſus pleniſſimū & confertiſſimū in plenum. Qui locum defendunt quid ſtatuāt de rebus iis quæ augentur & creſcunt? iis quātū adiicitur corporis tantum accidit & loci. Nā & totæ cōtineri & recondi cernuntur. Neceſſe eſt itaq; maiorē effici locū & una cū corpore intumeſcere & gliſcere. Sed quo nam modo? aut unde ampliabitur locus? difficilis explicatu res eſt. Recte igitur initio dicebamus eū qui loci naturā reddere tēptauiſſet: piclitaturū ne locū nō eē fateri maxīe cogeret.

xiiii SAne nos alia uia aggreſſi duplicem locum eſſe comperimus. Alterum primum: non primū alterum: ſed qui q; medio alio locus fit: locus per aliud commode appellabitur. Per aliud locus eſt is qui pluribus corporibus eſt communis. Primus qui ſuus cuique conſentaneus ad æquatuſque habetur: id hoc exempli patuerit. Domus urbs terra aer cœlum non ſunt loca prima: ſed per aliud. Is uero qui nihil præter te: amplectitur ambitq;: locus is primus eſt tuus: quia propter hunc locum qui primus & tuus eſt dūtaxat uera ſunt quæ de locis non primis dicuntur. Iccirco enim uerum eſt te domi eſſe: quia in loco illius aliquo tibi æquato poſitus conſtituſque es: & ī urbe propterea: quia domi: & in terra itidem quia in urbe. Sed ſi proprius locus eſt is: qui primus continet ambitque corpora: neceſſarium eſt: ut locus ſit tāquam extimum quiddam limes finis ac termīus: utpote quo primū corpora definiantur & terminentur. Nā quū nihil ſit mediū non poteſt dici: ad aliud

primū corpora terminari & ad hūc ꝓxime. Dicet qspiam si locus est terminus primus & ꝓximus rei: q distinguet a forma? Est enim forma prima q̄ terminat definitq; corpora: & q̄ magnitudines ad subiectam materiā accōmodatas habilesq; impartit. Sane si hoc respicias locus uidebit forma esse: sin uero alia quædā accidētia loci cōsyderes: ad naturā materiæ ppensius declinabit. Videt. n. locus eē corporis: xv
& magnitudinis spaciū. Quæ cōditio: in materiam quoq; cōuenit. Ea nāq; quum p formā finit contineturq; superficiebus & terminis: magnitudo & spaciū quoddam efficit. Et suapte quoq; materia spaciū est: q̄q̄ finibus exēptum idistinctum iterminatūq;. Si. n. a globo sphæraue terminos & affectiōes remoueris: nihil p̄ter materiā: spaciūq; illud mex absolutūq; restabit. Nec. n. existit cōstatq; terminis spaciū sed finit terminis. In terminis quoq; nō ē: sed in subiecto. Ex hoc locus uideri simillimus materiæ pōt. Alioquin cognatio quoq; illa non tenuis fuerit: q; quēadmotū materia: item & locus formas ac species multas q̄ corporibus insunt: unus idēq; suscipere cōtinereq; uideat. De ea potissimū similitudine motus ē Plato: ut idem eē materiā & locū in Timæo asseueraret. Id. n. qđ formas alternatim ac successū reciperet: modo syluam: ideſt materiam: mō cōcæptaculum. i. sedem ac locum uocabat: ceu una re multis nominibus dicta significataq;. Verum tamen aliter in Timæo: aliter in iis quæ Agrapha iscribūtur: edisserit de concæptaculo: illic materiam p̄cipientem participantemq;: hic numex. i. magnum & paruum esse concæptaculum rebus & formis oībus statuit. Per hæc ut dixi: uideri pōt materia esse idem & locus. Ac cæteri quidem ferme omnes locum esse aliquid putauerunt. Solus Plato ausus est non solum dicere locum esse: sed ēt finire quid esset: q̄q̄ id parum prospere translationibus agens nō proprio sermone naturam eius indicans euelanſq;. Liquido igitur cōstare arbitror locum: siue quis materiam eum putet esse: siue formam: tractatu utcūq; p difficilem uideri: utpote in quo noscēdo ad principia recurramus: quorum speculatus p se altissimus est: & haud facile cuius adeūdus: qa conamur separatim cognoscere ea: quæ seorsum cognosci non possunt. Porro fieri nō posse: ut forma aut materia locus sit xvii
non est impendio laborioſum ostendere. Forma & materia ab ipsa re separari nō possunt: locus potest ubi enim aer fuerat: per uicissitudines: nunc aqua: nunc terra: nunc denuo aer inuehitur. Non enim locus aliquid corporis est: non pars: non affectio: non habitus: non potestas. Nam huiuscemodi qualitates a corpore nō exoluunt locus exoluit. Hercules uidet uasi esse simillimus. Est. n. uas locus trāslatilis & ipsum quoq; nihil est rei. Igit dixerit quispiā locū nō eē cōtenti locatiq; corporis accidēs: Iccirco quia separat a corpore: an ita soluit: ut esse in loco: accidens sit inseparabile corporis: locus non sit locati corporis accidens: sed plane illius cuius superficies: atque exitus est. Materia autem esse nequit locus alia xviii
etiam num ratione. Quod quum materia contineatur: continere cernitur locus. Iam de foris extrinsecus locus est: materia & forma interna. Plato uero qui contendit ostendere locum esse materiam: non uidet se si ita sentiat suas illas ideas numerosq; specificos in loco esse constituturū: quia ut dixi materiam subiectam numeris facit: quā ille interim magnum & paruum: interim participationem & p̄cæptionem appellitat. Præterea si res quæ mouent in locos proprios ferūtur: in materiam & formam xix
nulla res fert: quia secum & itra se cōtinet utrāq; naturam: certe neutra locus erit. Equidē libenter poscerem: qui fieri potest? ut corpora: si locum ideſt materiā & formam itra secōtinent: moueantur? ut locus supernus infernus distent? ut ad ea loca differantur? At in materia & forma quidnā est supra? xx
Quid infra? Quærenda enim & assignanda sunt loca: ad quæ corpora naturalitus deferunt. Quod si materia formaue locus sit: quū materia & forma motu corporum moueāt: ibiq; adsint: ubi ipsæ res adsunt & corpora. Primū sequit illud absurdū moueri locos posse: deinde quomodo elabent ne locū esse in loco cōcludant? Si enim tunc i loco corpus est: quum hinc illuc aut contra defertur: profecto & locus corporis esse in loco uidebitur: si ipseq; simul cum corpore deferat. Præterea cum uicibus corpo xxi
ra permutentur: aer in aquā: aqua in aerem abeat: si formam esse putaueris locum continuo locū fateberis posse corrūpi: quia & formæ in trasmutationibus & cōuersiōibus corrupunt. At q̄nā sit loci corruptio: difficile ē afferre uel fingēdo. Aut si materiā eē locū dicas: quur aq̄ recēs ꝓgenita nō i aeris loco maneat: qppe q iā uanuerit: i aeris materia maneat: qppe q̄ icorrupta sit semp atq; ut iqt Plato: una atq; eadē manens differentiū formax signaculis & ipressionibus exculpat.

HActenus ambigendi rationes attulimus. Ad his quot modis res dicat in altero esse exponē xxii
dum uidet. Id. n. ptinere maxime ad demonstrationē præsentē putamus. Ac primū qdem xxiii
unus significatus is ē quo digitus dicit i manu esse & pars oīs in toto. Alter iuersa uice: quo totū i partibus ut os in oculis fronte naribus bucca. Tertius: quo species i genere: ut homo i aiali. Quartus: quo genus in specie ut i homine animal. Neq; mirum uideat: si in homine esse animal dicit: quasi id qđ plus est in eo qđ minus esse non debeat. Nā si acriter inspexeris inuenies animal tanq̄ partem in homine. Proindeq; in hominis definitione includi comprædiq; animal. Quintus: quo forma est in materia: ut lectus in ligno: & sanitas in temperatura calidox frigidorumq;. Sextus: quo i rege intelligit positus rerum græcarū status: & quo demum in primo aliquo mouente gubernanteq; dicuntur aliqua esse collocata. Quale est illud Homericū. Hæc Iouis i genibus. Septimus: qui ad bonū & finem pertinet: ut quū dicimus oīa in felicitate & beatitudine polita. Sunt & alii modi: quibus res esse dicunt in altero. Sed oīum quos enumerauimus: & quos prætermisimus: ille ē maxime proprius atq; præcipuus: quo res in aliquo tanquam in uase & loco desita constitutaq; dicitur. His ita explicatis
id quod ē consequens inuestigemus. Sit ne quippiā in nulla re ita ut in se ipso. Et utrū modus hic sub xxiiii
aliquem eorum cadat: quos prætermisimus. An hoc oīno esse non possit. Porro uerissimū est: omnia

aut nullibi esse: aut in altero: sed quonam modo inquies: usualis illa locutio recipitur: qua solemus plerũq; in se ipso esse quem dicere. Sed scire licet hominem non primo: sed per aliud in se ipso esse posse. Ex eo enim q; hominis aia in corpore hois collocata est: totiusq; hominis pars ī alteram partem recepta: fieri põt hoc argumẽto: ut esse aliqd in se ipso dicat: iccirco qa pars in parte sit condita. Nam & aial ꝓpterea sui met mouens habet: qa pars illius altera moueat altera moueat. Alio modo arbitrari totũ in toto esse prorsus est dissonum: q; si qs rustice urgeat non dicere se aiam esse in corpore collocatam: sed ipsum prorsus animal in se ipso prorsus: is uidet cõsuetudinis licẽtiam ignorare: quæ efficit: ut pleraq; a partibus cõmode: & apposite denominent. Quẽadmodum itaq; petasatum calceatũue dicimus Socratem: nõ q; totum corpus calceo petasoue indutum sit: sed q; tantum pedes iniecti munitiq; habeant: ita & animal in se ipso esse consueuimus dicere: quoniam pars altera ītra partem alteram aialis condita cõcæptaq; est. Eodem exemplo possumus amphoram: hoc est uas illud fictile: quod cum ipso uino sit: dicere in se ipso esse: eo q; in uase uinum includit: non q; seorsum: aut uas in uase sit: aut uinũ in uino. Prohinc non simpliciter absolute q; sed per aliud & secundum partem in se ipsa res fuerit. Pleraq; aũt per aliud esse dicunt in aliquo. Est enim in homine albedo: ideo quia in corpore est: & in corpore propterea quia in superficie est. At in superficie non per aliud amplius: sed per se immediateq; fuerit. Verum tametsi in superficie sit primum albedo: non eo tamen iudicanda est: eadem res albedo & superficies: ita ut sequi possit in se ipsa rem esse. Alia siquidem definitio superficiei: alia albedinis & coloris est. Item definitio animæ diuersa est a definitione scientiæ: atqui scientia primum in anima haberi dicit. Est enim in homine sciẽtia iccirco: quia primum in anima. Demum si singula percurreret: & æstimare uelis reperies definitionẽ recipiẽtis rei alienã eẽ a definitione recæptæ. Quod quũ ita sit: quo pacto eẽ in se ipo qppiã põt? Alioqn a se ipsa rẽ eẽ diuersã & alienã oporteat. Est ne ī se ipsa res aliquo eorũ modoꝝ quos retulimus. Et hercules q̃cũq; recipiunt ī re diuersa recipiunt. Nã totũ qđ uidet esse in partibus nõ dicimus eẽ in se ipso. Aliud. n. est totũ: aliud partes ipsæ. Totũ est unũ & sibiipsi idem. Partes & plures sunt: & differentes. Sed neq; ratio ipsa quam diximus: finit rem esse in se ipsa ullam: quia definitiones: & naturæ eius quod est primũ in aliquo: & eius in quo primum est aliquid: proculdubio differentes & discrepantes habentur. Quare si quid in se ipso esset: naturas & definitiones pugnantissimas subiret: immo esset illa ipsa quæ pugnant. Sed quemadmodum nequit esse: ut uinum sit amphora fictilis simul atq; uinum: aut e diuerso: ut amphora fictilis sit uinum simul & amphora: ita nequit esse: ut in se ipso sit qppiã. Vex ut ante dictum est: eẽ in se ipso aliquid penes secudumq; partem põt: ita ut totius amphoræ pars: ideſt ipsum uas fictile uinũ excipiat: non q; sit ipsum uinum: sed res a uino diuersa: pars ideſt uinum in uase ipso excipiatur: non q; ipsummet sit uas in quo sit: sed quod ī re altera: & a se omnino diuersa: tanquã in uase collocetur. Semper enim definitio eius quod in altero est: distat ab ea quæ est eius in quo est alterum. Quemadmodum in se ipso ipse nihil per se possit: constare de su- xxvii pradictis rationibus puto. Quã uero neq; per accidens esse ī se ipsa res possit peruincemus hoc modo. Illud prius notauerim non idem intelligi cũ per partem & cũ p accidens dicit. Quamuisq; utrũq; per aliud sit: per plurimum tamen utrũ afferas interest: animal per partem obtuitur: quia oculi quibus officium obtutus absoluitur: pars sunt animalis. Per accidens fluctuat malus ī naui: quia in naui q̃ fluctibus iactat accidit malus: albedo quoq; qa motu hominis ī quo est mouet penes accidẽs dicit moueri. Atq; ii duo modi habent quibus res p accidens dici existimant. Primus quum pars afficit affectione totius: alter quum accidens afficit affectione subiecti. Vtrum genus accidentis afferimus quo quid ī se ipso esse per accidens possit? Quod equidẽ scientiã: plane uideo neutrum: alioquin sit necesse alteꝝ aut suimet ut pars aut ut accidens: fiat: quod quidem supra captum cogitationis est. Atq; ita quidẽ si aliqd esse accidens in se ipso posset: nulla ratione alia posset: nisi qa uel pars eẽ uel affectio suimet posset. Eodẽ mõ amphora ī se ipsa p accidẽs eẽ non potest: nisi aut ps aquæ sit: aut accidẽs amphora. Nam simulatq; aqua collocata esset in uase: ipsum quoq; uas quod aut pars aut accidens fuisset aquæ: ī se ipso utiq; collocaret: hoc uero perridiculũ est: præterq; sequitur: duo corpora esse eodem in loco futura: tum uas qđ in se ipso esset: tum aqua quæ contineretur ī uase. Verũ de his satis. Ex horum modorum explanatiõe xxviii Zenonis cauillus facile dissuitur: quo ille utebatur ad demonstrandũ si locus aliquid fuisset: ī alio loco subinde locum esse oportuisse. Prorsus ut dixi res in aliquo esse multifariã potest itelligi: eritq; locus nimiꝝ ipe in aliquo utiq; nõ ī loco. Is enī q; prie locus ẽ corpis nobis obducti & circũdati & ambientis est ultimum. Esse uero in aliquo dicitur locus ideſt in corpore eo: cuius ipse pars atq; exitus fuerit: non tanq̃ in loco: sed tanq̃ in toto. Nã & sanitas in aliquo est intemperamẽto scilicet calidoꝝ frigidorumq; nõ tanq̃ in loco: sed tanq̃ in corpe: cuius ẽ habitus. Caliditas itẽ atq; frigiditas ī corpore nõ ut ī loco: sed xxix ut qualitates eius & affectiones habent: ita & locus in aliquo sit dũ nõ ita ut in loco. Alioquin dissenta neũ fuerit eã rẽ in ifinitũ extrahere. Sed satis hactenus indubitatũ disputatumq; in contraria est. Nunc xxx decernendi sententia & fiducia insumenda.

QVoniam uero loci natura compertu exploratuq; ardua est. Primũ cõsyderabimus: & quasi reponemus: ea quæ inesse loco cõmuni hominũ intelligentia opinioneq; iudicant: deinde sensim irrepemus ad communitionem absolutionemq; reliquorum. Ac primum quidem confessum est omnibus locum complecti continereq; eas res quarum est locus. Deinde locum rei illius quam continet: nihil esse quod nos supra necessariis rebus addiximus. Tertium ẽ locum primum citimum: & proprium maiorem minoremue corpore: eo quod continet esse non posse: non

minorem qui enim ambiret amplecteretur q̄:nec maiorem quia in partem illam ſubſiduam corpus: alterum poſſet inferri ſuffarcinariq̄:ita confieri:ut iam neq̄ proprius:neq̄ primus:neq̄ citimus ſit futurus. Quartum eſt:ut locum a corpore collocato ſeparabilem eſſe dicamus. Atq̄ hæc nos ex ſucceſſu ſubeuntium corporum:& uiciſſitudinario rex igreſſu egreſſuq̄ uex eſſe ſupra docuimus. Poſtremū xxxi quod affirmauerim eſt:ut quæcūq̄ in loco ſunt:aut ſuperiori: aut in inferiori loco eſſe neceſſe. Subiectis his hunc ad modum perſpiciēda & reducenda ſunt reliqua. Prorſus neceſſe ē:talem definitionem afferre:qua tum argumenta contraria diſſoluant̄:tum ea quæ ineſſe uident̄ loco aſſerere ac tueri poſſimus. Inter hæc illud quoq̄ manifeſtum obiter fiet:quidnam cauſæ fuerit: quod in ea re explicanda enodandaq̄ difficultatem & ſcrupulum pareat. Primum ſcire oportet nullā haberi poſſe de loco mentionem:niſi motus localis aliquis haberetur:propterq̄ id potiſſimum cœlum eſſe arbitramur in loco: xxxii quia in motu ſit & excitu maximo. Tria autē genera localis motus ſunt: delatio auctio minutio. Nam & in auctione rerum locus ex loco mutatur:& quod prius fuerat hic quodq̄ dodrantem:uerbi gratia: occupauerat loci: maiorem deinceps minoremue ſibi locum adoleſcendo minuendoue comparauit. Mox & illud quoq̄ notatu dignum non ex omnibus:quæ mouebantur ueniſſe nos in cognitionem loci:ſed ex iis modo quæ per ſe ac proprie mouebantur. Nam quæ per accidens mouentur: quemadmodum proprie non mouentur:ita neq̄ loco egere:neq̄ loci in noticiam perducere poterant. Sed & diſcrimen quoq̄ non admodum tenue uiſitur inter illa ipſamet:quæ per accidens mouent̄:quædam ſimul a toto ſubiectoue ſeparaueris:p ſe moueri differiq̄ poſſunt:ut corporis membra:ut nauiū claui. Quædam non poſſunt:ut albedo:ut ſcia. Neutrum genus nos in primam loci cognitionem perrexit. Sed ea dumtaxat occaſionem momentumq̄ præſtitere:quæ per ſe ac proprie mouebantur. Per ſe aūt mouentur:ea quæ diſſeparata diſiunctaq̄ ſunt ab eo:quo continentur:eiq̄ quod nihilominus tangūt minime continuant̄. At manus implexa uolumini ſcribendo ſeorſum ē a reliquo corpore: non tamē xxxiii eſt a reliquo corpore ſeparata:neq̄ attigua brachio:ſed continua eſt:proinde nemo ſecundum illā partem:neq̄ per ſe mouetur:neq̄ in loco per ſe eſt. Verum quemadmodum ex iis:quæ per ſe mouent̄ ,p culdubio natura loci petenda promendaq̄ eſt. Mouentur autem per ſe in mundo animalia. Num igitur mundum eſſe animalis locum cenſueris? minime:num igitur aerem? nequaquam. Quamobrē? quia probatum ſupra eſt locum:neq̄ anguſtiorem:neq̄ amplioré eſſe poſſe:q̄ corpus locatum. Quiſnam igitur erit locus. Calliæ peculiaris & proprius? profecto nullus alius niſi eius aeris extrema & ci xxxiiii rima pars:qua ſolus Callias ambitur:atq̄ circūdat̄. Per id eſſe in aere:Calliam uex ē:per aerem in mundo. Quo fit ut hic primus ſit Calliæ locus. Quum ergo:id quod continet non eſt a re contēta ſeiunctū auulſumue:ſed iunctum plane continuatūq̄:ea res in loco eſſe:ſed nō in ſuo toto putanda pars eſt: ut manus:ut crus:ut thorax in corpore. Quum uero præciditur diſſeparaturue:ita tamen ut tāgat: tunc in eo loco eſt:ubi continentis eſt finis. Hic iam neq̄ pars eſt corporis contenti:quum ſit extrarius:neq̄ arctior item aut capacior. Sed quoquo uerſus æqualis & quadrās & cōſentiens finibus marginibuſq̄ ambiētis corporis ultimis:qa contiguox extrema ſunt ſimul. Plane partes:q̄ in toto ſunt:nō i toto:ſed cū toto mouent̄:ea uero q̄ ſeparata ſunt in loco nō cū loco moueri itelligunt̄. Sed occurrat aliqs:nōne res quæ in uaſis locant̄:una cum loco ipſo moueri uiſunt̄:quotiēs uaſa ipſa: utcūq̄ mouēt̄? Verū uaſa non ſunt loci quos quærimus proprii:quippe incluſis corporibus ampliora capaciaq̄: ſed extrema: hoc eſt concaua illa fictilium internaq̄ facies:id maxime ac ,pprie locus ē:utpote quæ habeat recæptis rebus amplitudindem parem.

Sitaq̄ uera ſunt hæc:apertum eſt locum eſſe terminum rei continentis extremum quæ id xxxv quod ipſa cōtinet tangit. Atq̄ hoc etiā alia ratione mōſtramus. Nā quū quattuor habeant̄: quorum aliqd neceſſe ſit locum eē. Forma:materia:ſpatium inter rei continentis extremas margines compræhenſum :ipſi termini ultimi corporis continentis . Si de tribus nullum eſſe locus: probat̄:id quod reliquum ſubſidet: locum uideri neceſſe ē. Sed enim materiam locum eſſe non poſſe declarauimus ſupra euidentiſſime:errorem quoq̄ illorū coarguimus:qui q̄ & locos & forma complecti continericq̄ uidebant̄ inſcitia diſputandi ratiocinandiq̄ locum eſſe ſuſpicati ſunt formā. Sane tametſi utrūq̄ ſit terminus:non tamen utrūq̄ rei eiuſdem eſt terminus: forma rei contentæ terminus eſt:locus utiq̄ continentis. Equidem ſiquis de me id quærat præſſius:neq̄ terminum quidem nuncupauerim formā: utpote quæ non ſit ſuperficies:ſed ratio & id qđ ſub hoc uerbo: qđ ſit rem eſſe percipitur:niſi quis dignationi eius hoc tribuat quatenus materiam fuſam diffluentemq̄ quaſi coercet finibus & intra certos limites reuocat:ueluti norma quædam menſuraq̄ rerum ac numerus. Reli xxxvi quum eſt ut doceamus ſpacium illud:quod inter cauum uaſis interiacet locum eſſe non poſſe. Sane p uetus hæc opinio eſt:& eorum maxime affinis conſentaneaq̄ ſententiæ: qui uacuum in rebus affingunt:polluit uiguitq̄ ea primum ætate Chryſippi:mox ſub Epicuro emerſit atq̄ floruit. Aſſerunt impendio nonnulli idem quoq̄ Platonem exiſtimaſſe. Cæterum omnes ii qui de loco id ſedulo ſentiūt: ut ueriſimili argumēto nitantur lubrico tamen planeq̄ uitioſo atq̄ falſo mouentur. Quum enim in cogitationem loci ueniſſent & abhibito ſenſu clariſſime deph̄diſſent: corpora continue alia atq̄ alia eodem in loco per alternationem & ſucceſſum haberi ac recipi:iere curſu ut locum eſſe ſpatium illud i tercæptum marginibus dicerent:q̄ unum idemq̄ manens exciperet cōcedentia ac ſubeuntia uicibus corpora quaſi ſeiunctum & diuulſum a ſingulis quæ ingrederentur. Vt uero ita connixe opinarentur uaſa potiſſimum i cauſa fuere. Quum enim intra eandem ſuperficiem fictilis:quæ certis finibus circū

ſcribebaꝫ: interim aquã interim aerem includi contineriq; intuerenꝫ: arbitrabãtur illud æquor: quod intra illos fines coercituſq; iacebat: quodq; idem permanere ſemp & abiũctum & ſolitariũ uidebaꝫ: eũ ad modum: quo & ſupficies ipſa ſuccedẽtibus corporibus locum eé & cõcæptaculum oportere. Eſt ãt indicium: quo mouenꝫ fallitioſum ac tenue: nam ſi uas eſſe locus poſſet uacuus corpore: fortaſſe ſpaciũ illud: qđ cõminiſcunꝫ puidere: ac ſerere potuiſſent: nõ danꝫ aũt id genus loca. Simulatq; enim egreſſus dilapſuſq; humor eſt: obiter ſeſe aer inſinuat: atq; inde deriuatus eſt error: q; dimẽſum illum ac ſpaciũ: quod corporibus ſuum qbuſq; adiungiꝫ innectiturq; corporibus: detrahũt & uendicãt loco: neq; pſpiciunt oẽm dimenſum in loco eſſe: aliquo oportere: iccirco qa corpus quoq;: cui ſoli debeꝫ dimenſus: & ſpacium ſemp in loco eſt. Declarãt: id uaſa ænea & quoquo uerſus obſæpta: qualia ſunt Clepſydræ: ex iis ne ſtillicidia qdem eliquanꝫ: niſi orificio altrinſecus aliquo adaperto: unde ſit aditus aeri ad eum locum ſubinde implẽdum: quem aqua diffluendo uacuefeciſſent. Sed eo quoq; falluntꝫ maxime q; uaſorum ſuperficies caua nunq̃ adduciꝫ. Nam ſi ut ueſicæ & utriculi ſolent uento: aut aqua dilapſa cõcideret ſolidareturq; nõ tam facile opinor decæpti & ſeducti fuiſſent: ergo igitꝫ deſpatio corporis mei atq; aere illo quo ambior ſiccine imaginator. Quũ primũ me mouero ſuperficies: q̃ me operit & continet: coaleſcit atq; diffunditꝫ: & ſe in ſe ipſam: ut ita loquar ſinuat: eam uero ſupficiem: q̃: qa ſolidoꝝ corporum ſit: coire & cõfundi nõ põt: corpus cõtinue aliquod tangit. Illi igitꝫ corpus in eo ſpacio recipi autumant: pindeq; ĩtra ſupficiem ſpacium illud ſeorſum haberi ſemp ceu patoré: & amplitudinem q̃dam condẽdis & hoſpitandis corporibus delegatam.



Ed ſtatuamus ĩquies aq̃ dilapſa nullũ corpus ingredi: nõne iacebit ĩtra ſuperficiẽ ſpaciũ ſeparatũ? At Galene uir ſcilicet ſapiẽtiſſime accutiſſimeq;: nõne abſurda & futilis eorũ diſputatio eſt: q ſummunt id qđ ĩ q̃ſtione diſcutiõeq; ponitꝫ. Quũ.n. q̃remus hoc ipũm eé ne poſſit ſpaciũ tale: extẽplo illud tute tibi cõſtituis & q̃le uolebas appingis: nulla id ꝓrſus ratione communiens. Præterea rem ipoſſibilem poſtulas. Nihil enim aliud ẽ ingredientium & faceſſentium corporum tollere ſucceſſionem: q̃ ipa corpora tollere: neq; aliud facis: q̃ ponis nec cœlum eſſe nec terram neq; aliquod poſtremo eorum corporum quæ nunc habentꝫ: neq; gigni ſubinde poſſe alia: ita effi cis ut illud ſpacium: in quo nunc ſunt corpora: & in quo non amplius ſunt futura: relinquaꝫ ſolum in rebus: hoc aũt eſſe non põt. Neq; igitꝫ quod Galenus putat. Nam ſpacium ſine corpore nequit ſubſiſtere: quin frangerentur potius diſſilirentq; æra q̃ corpore uacarent. Et enim uacuum inaneue nihil eſſe: & uero uacuũ eé mox ꝓbabimus. Quur uero parietẽ putas undiq; uerſus ab aliquo corpore nõ poſſe non tangi. Siquidem in hoc neceſſe non eſt uacuum admoliri Dolium & craterẽ poſſe. Et enim ſimiliter hunc ſemper aliquod corpus quaqua uerſus obit & tangit: differẽtia dumtaxat in figura eſt: ſed dices unde nam ſpacium illud ſi non eſt ſeparatũ a corpore. Intelligitꝫ tamen quoquo mõ ſeorſum a corpore? Tu uero inquã: unde albedinem? unde nigritiam? Ea tam & ſi in contemplationem ueniũt ſine corpore: nec tamen per ſe ſunt: nec a corporibus redempta abſoluta præciſa: ſed ſola eſt cogitatio: quæ id comminiſcitur. Non enim idem eſt in hac aqua ipſa aquæ eſſentia & ipſæ dimenſiones aquæ. Pariter in hoc uino neq; in hoc aere. Sed & qualitates quoq; animo tantum ſequeſtratæ atq; adeo abiunctæ corporibus: non quidem ſeorſum habentur: ſed ſeorſum intelliguntur a nobis: qualitates ĩquam illæ ſecundum quas eſt hoc aqua illud aer illud uinum adæque & ſpacium id quaſi per ſe ſolitariumq; concipimus. Quum itaq; tria illa corpora in eodem ſpacio ſed uicibus conſidere: & ueluti caſtra metari uiderent: quãuiſq; qualitatibus & natura diſſentiant: tantundem tamen æquoris incubare obtinereq; uiderentur. Cõtingebat illos credere id quod ut aſſeuerantiſſime poſtea tuebantur ſpacium illud ad recæptis corporibus eſſe diuerſum. Nam & ſenſu id probari poſſe: quo ſcilicet nullum ẽ iudicium acrius obtutuq; iſto gemino ſi intenderimus agnituros aerem qui poſt uinum ingrederetur: non qualitates uini: ſed ſpacium idem occupaturum. Ita cum corpora per qualitates ſuas caliditatem frigiditatẽ candorem nigrorem in loco non ſint: ſed a ſpacio id ſilicet habeant: neceſſario ſpacium illud ueteres pro loco corporum habuere. Cæterum nõ acute hoc: nec enim ſequitur ex ſpacio habent res ut ĩ loco ſint: eſt igitur ſpacium locus. Quemadmodum non ſequitur: ex impetu habent res ut moueantur: eſt igitur impetus motus. Hæ ſunt ferme cauſæ: quæ illius ſectæ homines in errorem præcipites egerunt. At locum quidem non eſſe ſpacium illud: quod inter rei continentis terminos iacet manifeſtarie palam fiet: ſi meminerimus earum proprietatum quæ nobis ſupra formula quadam agentibus ceu cõmunes deſcriptiunculæ indicatæ atq; adiunctæ ſunt loco. Ac primum quidem locus continet: continetur ſpacium. Locus a corporibus ſeperabilis diuiduuſq; eſt: ſpaciũ cum corporibus adeſt abeſtq;. Diximus enim eũ qui ſine corpore ſpacium poſtulat uelit nolit uacuũ poſtulare. Diximus etiã eandem neceſſario permanere amplitudinẽ ſpacii. Spacium diuerſorũ idẽ eſſe nõ poteſt. Itẽ locus nihil ẽ corporis. Spaciũ minimo minus ipſum corpus ẽ. Præterea q locũ eſſe ſpaciũ aſſerit: nõ ſolũ corpus in loco eé aſſerit: ſed ẽt locũ ĩ corpore: quũ aliquãto rectius dicaꝫ ſpaciũ ĩ corpore eé q̃ corpus ĩ ſpacio: qa alteꝝ accidẽs eſt: q̃litas: ſubſtantia: alteꝝ corpus. Equidẽ perlubenter illud didicerim: quum corpus in loco recipiꝫ ſeruet retineatq; ſuã dimenſionẽ: eſt enim ſuus cuiq; menſus primũ: deinde ita in loco recipitur: an abiiciat ſuã: atq; ita in eã modo quæ loci eſt recipiaꝫ. Si reſponderint: ſuã abiicere: doceãt: qui fieri poſſit ut incolumi corpore dimenſiones corporis corrũpanꝫ. Et hercules: quur ꝓprias exuat ut alienas induat? q; ſi utranq; ſeruatam & retentã uelint: q̃ ratione? quo digeſtu duas ſimul commiſerint? utram eſſe in altera dixerint: utram continere: utram contineri cenſuerint. Iam illud diſcrimen

rationis afferte: ſi eſſe ſimul duo corpora nequeunt: quáobrem opinemini duo ſpacia duas dimenſiones poſſe. Nam cætera accidentium caliditas frigiditas albedo nigritia ꝑdimento non ſunt: nec ſtat ꝑ ea: quo minus eodem in loco plura ſint corpora. Nec enim molem aut amplitudinem qualitates: id genus habent: ſed ſolæ dimenſiones & ſpacia: quoniam uero illi hoc fortaſſe: tanq̃ ſequens admitterent. Noſtræ partes ſunt: quæ refellere illos occæpimus hoc ipm qđ ſeqūs ẽ coarguere. Sciſcitádum ẽ igit & q̃rendum de illis: num auctо ampliatoq; corpore augeant & dimẽſus loci: necne. Si primum: poſſet enim qs facile credere magnitudinem augeri: quæ cõtinet ex alterius magnitudinis ĩcremẽto: non ſecus tamẽ id fuerit: atq; ſi pullum augeri de alimonia catuli crederet. Si ſecũdum: iam id nemo facile crediderit: q enim fieri põt: ut locus ille q auctis rebus ipſe nõ eſt auctus: ſit amplius capax rei maioris loco? Hæc aũt ratio in nos recurrere: aut retorqueri nõ põt: q ultimam corporis ambientis marginẽ locum eſſe ſtatuimus. Non enim põt ꝑ ſe ſuperficies augeri. Hæc fermæ ſunt quæ nos ſeorſum contra eam ſententiam excogitauimus.

xxxvii

RAtiones uero qbus utit Ariſtoteles: q̃q̃ ſubobſcuriores uident eſſe: conabimur tamẽ ꝑ fide ſaltem iſtitutæ nobis cõmentationis mediocrẽ illis lucem inferre. Si inqt ſpatium ullũ ꝑ ſe eẽ naturaliter poſſet: & in ſe ipſo manere: infinitos haberi locos oporteret. Quamobrem? Quoniã ſi uas aquæ aut aeris plenũ aliquo traducat: qcqd ĩ eo reſpectu de tota aq̃ ſtatuit: idem in partibus aquæ ſpectabit. Quũ itaq; tota aqua in eo motu obtineat dimenſionẽ ſuam & gerat partes quoq; in eodẽ motu ſuas quæq; dimẽſiones obtinebũt & gerẽt. Porro quocũq; delata fuerit amphora palam eſt habitura ſpatiũ: aliqđ eẽ iter cõtinentis aeris termĩos. Eius aũt ſpacii ſuas ſibi portiões cum aqua: tum aquæ ptes habebũt. Sed collige obſecro uno in loco: q dimẽſiones & ſpacia habebunt. Primũ id qđ uniuerſa geret amphora: tum id qđ tenebit aqua: q̃ pars eſt amphoræ: deinde qđ partes aquæ ſingulæ nanciſcent: præter hæc ad tota: qđ aqua habebit in amphora: utpote q̃ in loco. i. in amphora & in ultimis cauæ ſupficiei terminis ſit. Accedunt & ea: q̃ ad ſingulas partis ſortito accõmodant iis: ſi adieceris id qđ eſt amphoræ totius: in eo qđ corpus eſt: quẽadmodum & aqua: itẽ id quod partis eſt: in eo qđ corpus ẽ pars: cõperies plurimas: atq; adeo infinitas eodẽ in loco dimẽſiones & ſpatia. Ego abſurdius quiddam in partibus uideo: nam ſingulæ & in proprio aderunt loco: & in loco maioris partis cubabunt. Quumq; abeat ſectio oĩs in infinitum: abibit in infinitum & iſta loco; & aggeſtio: enim uero ſi ſpacium locus eſſet: non ſit diſſentaneum putare ſingulas partes in loco eẽ ꝑ ſe: qa in ſuo quæq; ſpatio ſita per ſe collocata uideret: quod quidem ſpacium totius loci pars eſſet. Ji uero q ultimũ continentis eſſe locũ uolunt: ut nos per accidens partem eſſe in loco conſtituunt: quia totũ in loco per ſe eſt. At ii qui ſpatium uniuerſum illud interiacens faciunt locũ: qua rõne defenderint: ne ptes per ſe in loco eſſe uideant. Ita conſit ut neceſſe ſit locos ſingulis rebus infinitos adiungi. Euenit etiã ut locus in loco ſit: nã ſpacium id: quod extremo illo ambitu cauoq; includitur: ſi tranſlata alio amphora ſit: erit in alio quoq; ſpacio: atq; ita in alio loco ſubinde collocatum. Num hæc incommoda ſequunt eos: qui ultimã continentis faciẽ locũ putant? Minime: ſed quã ob cauſam? Quia ſi tranſferat moueaturq; amphora haud cõceſſerim ſcilicet aquã & aquæ ptes alium locũ eſſe occupaturas: quũ eadem ſuperficies ĩ cauea maneat: quæ aq̃ amplectit: nec diuarie: ut ſpacia. Sed quæres ſi uinum & ptes in dolio tranſlato eundẽ locũ occupãt quẽ anteq; occupabãt: quo pacto ue; ſit id quod & dicit frequenter uinum de atrio in penũ fuiſſe tranſlatũ? Sane quũ ita träſferẽt doliũ: per ſe nõ mouẽt uinum: quippe qđ acqeſcat ĩ dolio: ſed doliũ ipſum in quo uinũ eſt mouẽt per ſe atq; tranſferẽt: id enĩ ĩ quo aer aqua uinũ aut aliud quippiam eſt locatũ: deferẽt moueturq; nõ utiq; aer nõ aqua non partes. Hæc autẽ tũc moueri uident quũ uiciſſim ſubeunt ac ſuccedunt ĩ dolium. Quod ſi ſpaciũ locus foret una cum uaſis: ipſa quoq; corpora per ſe & partes corpo; mouerent: & ad exemplum uaſorum dimenſiones uarias & ſpacia obſideret: & loca diuerſa mutarent: & ſingulæ ſingulis locis diſtribuerent: non quidem per accidens: ſed ita ut quiſque locus pars ſit loci maioris: atq; ille alius exinde maioris: eatenus dum ad ampliſſimum locum & ad capaciſſimum ſpatium ueniatur: inquo cœlum cõtineretur. Ita hercules hoc de opinione illa mirabile ceu corollariũ ferimus: locũ eſſe parte loci oportere: quẽadmodum dimenſionis & ſpacii partem ſpatium eſſe & dimenſionẽ oportet. Atq; hoc non illi quidẽ dicunt ſed tanquã extrinſecus ſequit. Illuc nunc recurrimus: uinum aut contendunt per ſe moueri quum abſportat: & dudum oſtẽdimus quot anguſtias adituri ſint ſi id cõceſſerint: aut fatebunt quieſcere. Sed o rem ridiculã. Thaſiũ uinũ Athenas ſine ullo motu perferri. Nõ enim reddere cãm diſcriminis poſſunt: quibus uidet locus eſſe dimenſio: quur uinum motis uegetibus ꝑ ſe moueri nõ poſſit: ꝑ accidẽs poſſit.

xxxviii

SAtis hactenus dictum atq; adeo confectum & comprobatũ uidet: locum dimẽſionem aut ſpatium non poſſe. Demonſtratum eſt etiam nec materiam eẽ nec formam. Nam extra ea quæ abunde a nobis ſuperius in eam rem adducta meditataq; ſunt: præterq; id q; tam & ſi in materia quieſcere corpora uideantur: quemadmodum & uidentur in loco: non tamen a materia abiunguntur: quemadmodum abiungunt a loco: certe neq; ſimilitudo ipſa reſponderit qua draueritue. Quũ enim de materia loquimur: id qđ prius fuerat aqua nunc aerem uocamus. Quum uero de loco habet mẽtio: ubi prius aqua fuerat: ibi nũc eẽ aerẽ dicimus. In plenũ ſi locus neq; materia neq; forma neq; ſpaciũ ẽ: neceſſario quarta res fuerit: cõtinẽtis ſcilicet corporis terminus ac limes extremus: ſecũdũ qđ cõtento corpori circũſecus adiũgit atq; cõmittit. Porro in loco corpus omne ẽ quod poteſt moueri delatione & quieſcere. Dixi delatione ut cœleſte corpus exciperem. Nec enim idem de-

xxxix

xl latio & circũlatio eſt:in totum uideť locus cognitu & cõpertu difficilis:& prorſus magna quædam res eſſe.Quum.n.multa ſint:quæ ad eam naturam ꝓxime uideant accedere:& quaſi calcem urgere facile nimiꝫ in re tam uaria quaſi fuligine ob oculos iacto:caligat &confunditanimus.Præcipue uero dimẽ ſiones & ſpatia metá ꝑmunt:atq; collimant:qa ꝓculdubio ſimilitudine ambigũt cum loco affinitateq; maxima.Nam & imobilia ſunt:quéadmodum locus primus:& diuerſa corpora ſucceſſim excipiunt condũtq;:ita plane ut locus ſolet:ſed aperuimus iam rõnem captionis illius.Quum enim exeuntia & ſubeũtia corpora:q̃uis diuerſas affectiones:ſpacium tamẽ & dimẽſum æqualem in quẽ recipent habe rent:arbitrabanť:nõ æqualem mõ illum:ſed unum atq; eũdem haberi ſeorſum corporibus recipiẽdis dicatum.Alioqn & ipſa ſucceſſio corpoꝝ ꝓp celeritatem oculos hoĩum ꝑſtingebat.Aer quoq; adiuua bat & ꝓuehebat errorem:tanq̃ inuiſus incorporeuſq;.Ita illis non ſolum termini & extrema uaſorum ſed & ſpatium iteriacens locus eſſe neceſſario uidebať.Nam iteruallum illud:quod ĩ cauea eſt ſine cor/ pore eſſe & plane uacuum putabant:quod ut dixi tenuitas aeris & gracilitas facit:ꝓpter quam elemen tum illud minorem ſenſum q̃ cætera inuehit:quæ pp inſignem euidentiam ſui facile dignoſcunť nec uiſum effugiũt.Eſt aũt nõ uas uniuerſum locus:ſed introrſus extimũ caueæ.Huiuſmodi locus nõ ſim xli pliciter:ſed ꝑ accidẽs delatilis eſt.Nam corpus ipſum cuius ultimũ locus ẽ:ꝑ ſe deferť:& quemadmo/ dum uas locus eſt delatilis:ita locus uas eſt immobile.Quum enim ĩ re mota mouet quippiam:ut na/ uis in fluuio:id quod continet nauĩ ſimilius eſt delato uaſi q̃ loco.Nam locus ſuapte amat tenditq; eſſe imobilis : & hercules merito quum terminus ſit:& una cũ re adſit:cuius ẽ terminus. Sunt.n.extrema xlii ſemꝑ cũ ea re cuius extrema ſunt.Quare ex his oĩbus cõſtituiť definitio cõpletiſſima abſolutiſſimaq;: ut locus ſit rei continẽtis extremũ:imobile primũ ac citimũ.Proinde terra medium complexa mundi infimus locus eẽ uulgo exiſtimať:extima uero atq; ultima cœli facies ſupræmus ac ſummus:atq; id ꝓ pterea q; uterq; uideť imobilis.Sane unus reuera imobilis eſt:alteꝝ ſenſus iudicat.In hæc loca mouẽť ferũtur nutu ſuo grauia & leuia corpora.Leue ẽ quod ſurſum uerſus ſublime corripiť.Graue qđ deor ſum terræ caducum illidiť.Infernum locum facit ipſum plane meditullium cardoq; mundi prætereq; terra:mox aer & aqua.Nam omne corpus graue:ab iis tribus elemẽtis circũdať:aut oĩbus:ut extantes in fluminibus lapides:aut duobus ut gradientia & nantia.Supernum facit ultimus cœli tergus:& ſiqđ deinceps eſt cœlo attiguum.

xliii LLud itaq; corpus extra quod alterum corpus eſt ambiens:ĩ loco eſt . Illud uero extra quod nihil eſt:in loco nõ eſt.Quapropter terra q̃q̃ immota atq; una ſede ſemꝑ hærens : tamẽ in loco ẽ:habet enim extrinſecus alteꝝ corpus quod ſe complectiť.Corpus cœleſte non eſt in loco: quia extra cœlũ nihil eſt amplius.Ná ſi aeré aquáue ad exemplũ cœli conſtituas:extra quæ nihil ſit:neq; ipſa quoq; ĩ loco uiderent eſſe.Dices qui poteſt cœlum localẽ motũ mouere ſi caret loco? An aliquo modo mouet aliquo non mouet? Non mouetur ſecundum totum:quia toto quoq; non egreditur loco.Nam ea toto egrediuntur loco:quæ directo motu mouentur. At cœlum circulari mouetur. Atq; iis motus dũtaxat partium ẽ: & partibus ſui quibuſq; ſunt loci.Nam globi ſphæræq; omnes illæ in cœlo:quæ in ſe orbe toto recurrunt atq; uoluũtur : gradatim ſibimet ſuperlatæ ac uiciſ/ ſim mutuis adhæſionibus nexæ: uiciſſim ergo proximi quæq; circuli ſuperficie continentur.Ita locos alteræ alteris complexu illo compræhenſuq; mutuo pariunt.Neq; totum igiť neq; uniuerſum ĩ loco eſt:ſed partes.Harum quædam in girum circulumq; torquentur:nonnullæ ſurſum feruntť:aliæ deor ſum currunt.Surſum & deorſum aguntur:quæ aut raritudinem aut denſitudinem agnoſcunt.Cæte/ rum huic loco Eudemus in tertio rerum naturalium uolumine ad hunc ferme modũ occurit.Ipſum inquit uniuerſum erit ne in loco :an non erit:an utrunq; dicendum.Certe in loco nõ erit: quum nihil ſit extra quod ambiat:an ſi ſit de illo identidem quæramus.Nec non erit.Nam aſtra & reliqua quæ ĩ/ tra extimum cœlum habentur:locabunť proculdubio in illius extremis ea parte qua cõtinet.Sed quæ ita in aliquo ſunt:in loco eſſe dicuntur.In quo autem partes ſunt:in eo totum quoq; eſſe haberiq; opor tebit.Atq; ita totum erit in loco.Sed & alio quoq; modo uideť eſſe alicubi totum : quia ſcilicet omne totum in partibus eſt. Verum eſſe alicubi multiplices habet ſignificatus.

xliiii VT uero compertius & latius pateat:quéadmodũ eſſe in loco aut nõ eẽ cœlũ oporteat:quæ/ dã paulo altius repetemus.Diximus retro aliq̃ eẽ ĩ loco potẽtia: in contrariũ eé actu nõnul la.Potẽtia ĩ loco ſunt ꝓtes cõtinui:q̃ & ſeparari poſſunt a toto.Sunt.n.ea in loco potẽtia:q̃ ſi ſepararent præcidãturq; actu eſſe poſſunt ĩ loco.Ita quæ ante ſepationẽ cõtinuæ ſunt:ſepa tiõe facta cõtiguæ ĩ acerui modũ habent.Actu ĩ loco ſunt & ipſa cõtinua quũ ab aliquo corpoť cõtinẽ tur : et partes continuoꝝ quũ a toto diſſeperant.Item quædam habent ĩ loco per ſe: ut corpora quæ delatu q̃ actu q̃ diminutu mouent . Quædã ꝑ accidẽs ut colores:ut aĩa.Hæc ĩ loco ꝑ ſe eẽ nõ poſſunt: xlv qa nequeũt a ſubiecto diſiungi:quéadmodũ ꝓtes cõtinuoꝝ:quæ ſola poteſtate ĩ loco ſunt.Quonã igiť mõ erit cœlũ ĩ loco? Nũ actu? At nullo forinſecus corpore cõtineť.Nũ poteſtate? At neq; nuq̃ contine biť? Nũ ꝑ ſe? At delatu moueri nõ põt.Nõ enim deferri & circũferi idẽ ſunt:ſed deferri eſt uniuerſum locũ deſerere:circũferri ẽ ĩ ſe eodẽ ſitu ꝑ eandẽ ãbitudinẽ recurrere.Nũ ꝑ accidẽs? Certe hoc Ar ſtote/ les uoluit: idẽq; ſequunť expoſitores.Ait.n.ꝑ accidẽs mouent ut aĩa atq; cœlũ.Ego uero admodũ ue/ reor ne tueri Ariſtotelem hoc loco poſſimus : quominus ſibiipſi pugnare uariareq; uideat . Hic idem eſſe per accidens & per ꝓtem facit ſupra:quũ oſtenderet nihil eẽ ĩ ſe ipſo ut in loco ꝑ ſe:cõceſſit ꝑ partẽ non per accidens rem eſſe in ſe ipſa poſſe.Cæteꝝ fortaſſe hic fuſius & generalius capit uerbũ ꝑ accidẽs

pro uerbo ꝑ aliud. Alioquin mos quoq; Aristotelicus é genex loco uti uocabulis ſpecierum. Ac ſupra quidem alio ſignificatu per partem accæpit: alio hic. Illic per partem dicit eſſe quum pars in parte recipitur. Hic contra quum totum in partibus. Quomodo igit in loco per accidens cœlū mundusue erit? Nempe qa mundus non continuatione una tanq̃ mẽbrorū coalitu inexuq; coiit: ſed partes habet abiunctas quæ iniectu mutuo ſe attígūt: & mutuo complectunt: ut globi quorum ſinguli ſingulos motus exercent: proptereaq; in loco ſunt partes. Totum itidem in loco eſt ſed per accidens. Eſt enim totū in partibus: & a partibus ſeparari non poteſt: non tamen partes omnes ī loco ſunt: quia non ambiunt omnes. Nam circulus ultimus qui inerrabilis dicitur: utpote arcẽs & continens cæteros: ſimpliciter in loco non eſt: ſed penes interna quæ ambit. Tangit enim orbem Saturni: & quoddam modo continet penes externa omnino expers eſt loci. Sed & partes quoq; extremi globi eũdem ſequuntur modum qui uniuerſo debetur. Neq; enim illæ ī loco ſunt actu neq; potentia: quum ſubiecto auelli nõ poſſint. Sed neq; per ſe in loco ſunt. Solum ergo ſiqua poſſunt: ꝑ accidẽs poſſunt. Atq; hoc neq; adhuc quidem abſolute. Non enim abſolute ī loco per accidens extremus eſt orbis. Proinde quẽadmodum ille eſt in loco per accidens totus: ita & partes conſtituendæ ī loco per accidẽs ſunt. Quũq; is penes interna tantum in loco ſit: partes quoq; eandem rationẽ habebunt. lã q poteſt eẽ: ut uniuerſum ī loco ſit ꝑprie & abſolute: quum id qđ ita é in loco ſemp aliqd exterius: habeat: extra uniuerſum nihil eẽ poſſit. Alioqn de ſuo nomine ceciderit: nec uniuerſum amplius fuerit: ſi adderet exterius aliqd: in quo cõpræhendet. xlvi At hercules qdnã eſſe extra uniuerſum poteſt: non inane: non corpus. Nã corpus aut finitũ fuerit aut ĩfinitũ: ſed finitũ erit & illud ī loco: atq; ita ī ĩfinitũ abibit. Si ĩfinitũ: ꝑmanẽt rationes: qbus id ſupra ĩpulimus. Quot ſi nõ de nihilo eſt uetus opinio obire opireq; cœlũ oĩa: & eſſe oĩa intra cœlũ: & cœlũ eẽ id qđ uniuerſum uocamus: forte neq; licuerit quidẽ: aliqd extra cœlũ ſaltem fingere: quippe quod loci non egeat: ſed in quo reliqua tanquam in loco coercita compræhenſaq; ſint. Locus uero nõ eſt omne cœlum: ſed dorſum interius: atq; ea pars tantum quæ ultima a cœlo citima terris proxime deſpicit mundum: & mortale corpus hoc tangit. Eo modo terra eſt in aqua: aqua in aere: aer in æthere: æther in cœlo: cœlum in nullo.

NVnc quod ſumus polliciti præſtandum eſt: ut eas rationes dilui poſſe monſtremus: quibus xlvii merito addubitatum ueteribus eſt: quid nam de loco ſtatui oporteret: nõ eſt igitur neceſſe auctis corporibus augeri locum & indoleſcere. Nullus enim terminus rei ꝑ ſe diminui augeriue põt: ſed corpore ambiente ꝑ reciprocationem cõpreſſo uel denſendo ꝑ conculcationem adducto: atq; coercito: margines quoq; ipſe quibus includit terminaturq; ꝑ accidens coercent: & comprimunt. Ita fit ut ea quæ augent maiorem & capaciorem locum indipiſcant: q; ſi locus ſpacium & interuallum foret: augeri ampliariq; ꝑ ſe utiq; poſſet: unde eueniebat: ut diximus: locum in loco eſſe oportere. Pũcti quoq; nullus eſt locus: quum neq; a ſubiecto ſeparabilis ſit: neq; ab ullo contineat. Sed neq; duo corpora eodem in loco erunt: quum non ſit corporeum ſpacium locus: immo neq; ſpacium qdem: ſed terminus intra quem ſpatium eſt: nõ ſeorſum abiunctimq; ſed ſemp iplexũ inexũq; corpori. Quare locus erit alicubi non ut in loco: ſed ut terminus in ea re: cuius eſt terminus. Non enim omnia ſunt in loco: ſed corpora: atq; ea quoq; non omnia: ſed ea ſolum quæ delatu mouentur. Feruntur quoq; in ſuos quæq; locos optima rõne. Nam quæ ſe mutuo quaſi nexu: nec uiolẽter tangunt: quæq; xlviii alterum includunt & implicant: uiciſſim cognata & congenera quodammodo ſunt: ignis aeri affinitate coniungitur: aer humori: humor cognationi terrenæ conſentit. Quum. n. in quoddam cõmune cõueniant quod intra ſe gerunt: facillime ī proxima & finitima uicibus permutant. Ergo quæ ad cognata & congenera deferuntur: in proprios deferri locos uident: utpote a quibus contineant & ambiant. Quæ porro ſe tangunt mutuo: & in loco ſunt & agunt patiũturq; mutuo. Partes uero quæ a toto non ſunt deſectæ abiunctæue: neq; in loco per ſe habent: neq; mutuo agere patiue poſſunt: adæque in ſuis quæq; locis morant: & qeſcunt rationaliter. Nam ſi ratio eſt ut ad cognata ſibi quæq; & finitima deferantur: ratio etiam fuerit uti in cognatis elementis morent: atq; conſolidant: habeanturq; quaſi partes corporis elementiq; continentis. Non quidem eo modo implicitæ atq; commiſſæ: quo partes in continuis cernuntur: ideſt quo aqua aquæ pars eſt: ſed eo modo quo tangẽtia: ſed diſſita diſſeparataq; ſolẽt. Mutuo autem ſibi illa materiæ uicem præbent & mutuo cõmunicant cõmutanturq; quãuis hoc non eadem omnibus formula contingat. Verum de hoc præſſius diſquiſitiuſq; in loco. Nunc deſcripte li- xlix quido explicari nõ põt: illud pro tempore ſatis eſt diſcere. Si materiam ſibi mutuo exhibent præminiſtrantq; quẽadmodum in toto partes continuo manent: ita ea quæ modo tangunt: ſimul coaluerit conuerſione facta in elemẽtis: ad quæ mouent eẽ manſura. Quot ſi ſpatium locus fuerat: quonã pacto corpora in proprios acta locos fuiſſent? quando corporibus non cuiuſuis corporis ultimum naturalis eſt locus: ſed ultimũ cognati & finitimi elementi: quo nutu ſuo & motu ſpontali ferunt. Spatiũ uero quum ſit tranſlatitiũ indiſcriminatum ĩdifferenſq; nullum põt eſſe naturalius & cognatius altero. Hactenus: ut ſit & quid ſit locus abũdanter dictum.

COnſequens ab his eſt: ut de inani ſiue de uacuo agat a phyſico. Qui enim locum eſſe dimẽ- l ſum: & ſpatium putant: diffiniunt idem ſubiecto eſſe locum & uacuum ratione & cogitatione diſtare. Nam idem ſpacium quum eſt obſeſſum impletumq; corpore locũ exiſtimãt uacuum & inane quum uacat: ita uacuum nihil aliud eſſe definiunt: q̃ ſpacium abſolutum carenſq; corpore. Quãobrem ut dixi ad ſeriem doctrinæ interprætatio hæc quoq; de uacuo pertinet.

Plane nobis ingrediendum eſt uia & rõne qua cœpimus:ſcrutandumq; ſit ne uacuum:an ſecus: & ut
ſit:quemadmodum ſit:& quidnam rerum ſit.Primum afferenda ſunt ea:quorum alia efficiunt ut ua
lii cuum non ſit: alia ut eſſe uideatur in rebus.Sed & communes in eã rem ſententiæ inueſtigandæ ſunt
nobis:atque ita deinceps in reliqua procedendum.Sane ii qui uacuum nihil eſſe conantur oſtendere:
bona illi quidem mente uidentur eſſe:cæterum alia uia quã per ianuam nituntur. Non enim contra
ipſam inanis naturam:quam ueteres tantis alioquin opibus communierant: directo congrediuntur
pedemue ferunt:ſed ſi quod illi errore aliquo uacuum eſſe arbitrabantur:ĩ eo laborant:ut id uacuum
liii non eſſe demonſtrent.Nam quum ĩtellectus & concæptio uacui in eo habeatur:ut ſit ſpatium uacans
ſenſili corpore:& etiam ſi aliqui aerem non eſſe corpus ſenſile iudicabant:proindeq; quod aeris plenũ
eſſet: uacuum eſſe credebant.Neceſſe ẽ eum qui contra illam ſententiam ordine diſputaturus ſit:non
ſpeciatim coarguere: aut inceſſere ſiquis ſeorſum aerẽ aut aliquid aliud eſſe uacuum dixerit: ſed recta
ipſum cardinem petere:commonſtrareq; generatim uacuum ĩ rebus eſſe non poſſe. Superfluo igitur
Anaxagoras conſtrictos inflatoſq; proferebat utres: quibus inſiliens aerem non eſſe reſiſtentem oſten
deret:argumento quoq; ad eandem rem de Clepſydris capto:quæ non ante iſtilatum humorem ad
mittunt:quam aer incluſus utcũq; diffletur faceſſatq;.Itaq; inituru cum ſecutoribus uacui prælium:
non ad id:quod quiſq;ſeparatim de re aliqua conſtituit flectenda torquendaue acies eſt:ſed tenenda &
dirigenda in uniuerſum ad id:quod ipſo nomine præferri & ſignificari uidetur.Demonſtrandum eſt
igitur nobis:nullum eẽ ſpacium poſſe actu a corporibus ſeparatum.Illud autem ſi ſit:aut iſertum cor
poribus eſt:ita ut nullum ſinat eſſe continuũ:aut extra cœlum habeat immenſum quoddã & infinitũ
inane:quod mundũ & ĩterna mundi cõplectitur.Sane ii modi duo eoꝝ ſunt qui uacuũ introducunt.
Alii iſititium rebus implexumq; & ĩterſperſum ꝑ oẽs naturas uolũt: ut Democritus & Leucippus &
pleriq; alii:cui ſententiæ mox & Epicurus acceſſit.Ii cum id quod uere & quaqua uerſus continuũ eẽt
diuidi non poſſe arbitrarent:illã cauſam diuiſionis corpoꝝ afferebant:quia in rebus eſſet inane quod
dã admixtũ. Alii(ut ueteres nonnulli)paratũ & coactũ extrinſecus putant cœlũ terramq; ambiẽs: cui
ſectæ ſe poſtea Zeno Citienſis addixit.

liiii Eſtimandæ autem excutiendæq; primum ſunt rationes eorum:qui uacuum intro ferunt.
Motus ĩquiunt: cui loco ſit opus:haberi nullus poteſt:niſi uacuum admittat. Loco autem
opus eſt delationi & auctioni.Tollit delatio primum:quia ſi res mota per uacuum nõ mo
uet:neceſſario per confertum:& plenum mouebitur. Corpus ergo per corpus mouebit:
& totum corpus erit in toto corpore collocandum:& duo corpora eodem loco ſedebũt.Quod ſi duo:
quur & non plura concedimus? Non enim modo eſt oppletius:quia duplicatum ſit q̃ prius: quũ unũ
corpus implebat.Nam tunc &æque continuum erat & æque farctum:& tamen adhuc uidet alteꝝ po
tuiſſe recipe. Quur ergo nõ iterato rurſus alterum:& frequentato ſæpius:alteꝝ poſſit recipere:atq; ita
continue indentibus ſuffarcinantibuſq; confieri:ut paruo in corpore recipiatur: colloceturq; maximũ.
liiii Nam prauitates multæ magnum quiddam integrant atq; conflãt.Non ſolum igitur æqualia ſibi cor
pora:ſed etiam inæqualia & ampliora recæperit.Plura enim æqualia recæpta quoddam inæquale con
lv ſtituũt:qd ſubide & ĩ plura æq̃lia:& plura ĩ æq̃lia diſtrahi põt ac diuidi. Quare uacuũ ſit oportet ĩ re
bus ſi motũ eſſe uolumus.Victus hac ratiõe Meliſſus q uacuum eſſe non putabat: nihil moueri poſſe
opinabatur.Auctionem quoq; non conſtare inani ſublato uel patere intuitu.Nam auctio conficit ali
mento in corpus uſq;quaq; diſtributo atq; diſperſo.Hoc autem fieri non poſſe:niſi penetratu cibi co
alescentis:&quoquo uerſus accedentis atq; euntis in corpus.Quum uero alimentum omne ſit corpus
poſſet corpus alterum permeare:niſi uacuum quoddam corporibus eſſet ĩnexum.Ita illi de motu pri
mam rationem inducunt.Sed & alia quoq; uia occurrũt:uideri aiunt nonnulla ita in ſe comprimi &
tanquã ſubire:ut quãquã in minorem ſeſe molem recipiunt:de ſubſtantia tamẽ eorum nihil abeat pe
reatue.Iam dolia quoq; tantũdem uini capere etiam ſi conjecti immiſſiq; ſint utres:quaſi uacuæ quæ
dam habeantur ſedes in uino:in quas ſeſe res impulſæ applosæq; conferant:teſtimonio eſſe cinerem:q
lvi tantũdem aquæ excipit:quantum uas ipſum uacuum excæpiſſet.Demum corpora a corporibus diui
ſa eſſe non poſſe:niſi ſeſe inane inſinuaſſet:obſtitiſſetq;:ne in unam omnia congeriem & maſſam natu
ræ coirent:cõfunderenturq;. Atq; huius potiſſimum diſleparationis diſcretionisq; Pythagorici cauſæ
faciũt uacuũ:cuius ſcilicet ĩteruẽtu diréptuq; fiat:ne corpora corporibus coaleſcant cõgermaneſcãtue.
Quãq; hercules nõ ſatis id q cõſtare poſſit ĩtelligo:utcũq; tamẽ affirmãt ĩfluere & inſpirari mũdo:infla
ricq; uacuum de illo halitu extero: q circũfuſus eſt cœlo.Præterea nec ipſam numeroꝝ naturam reti
neri conſtareue potuiſſe:immo neq; futuros qdem numeros unq̃ fuiſſe: niſi quæ inanitas interpollis
unitates diſcriminaſſet. Atq; hæc afferi ſolẽt ab iis q uacuum aſtruũt.Contra quos aliqui quẽadmodũ
perperam diſputẽt: & qbus rationibus uelicent initio diximus.

lvii Os iam qui uerũ ſenſerint arbitrabimur.Initiũ autem quæſtionis aptiſſimũ iudico inue
ſtigare qd res: q̃ de re agit nomine ipſo ſignificet.Itẽ unus ſignificatus:an plures eius noſ
habeantur? Si unus:ut illud ipſum uideatur poſſit eſſe nec ne.Si plures qs illoꝝ ſit:qs nõ ſit
ad id qd quærimus accommodatus & uerus.Quot ſi nullus demõſtrabitur uerus:conclu
dendũ erit uocẽ cõmentitiam & uero ĩanem eſſe:quæ ita ferat:& cui ſubſita nulla res ſit.Si itaq; ſciſci
tauero:quidnam in appellatione uacui ſignificari putent aliud reſpondebunt? quam locum ſignificari
in quo nullũ eſt corpus. Atq; hoc aliud eſt:q̃ dicere locũ in quo ſit nihil? Nã idẽ quod corpus eſſe con

ſtituunt. Ergo ſi uacuum eſſe definiunt id in quo nullum ſit corpus: corpus autem omne eſſe tactile arbitrant: omne uero tactile qđ ẽ: grauitaté & leuitaté habet: ſyllogiſmo elicit uacuũ eé id: ĩ quo neq; grauẽ: neq; leue ſit qcq̃. Ex his ſequit pũctũ eſſe uacuũ oportere: quũ ĩ pũcto nihil ſit nec graue: nec leue: q̃ uiſq; locũ in definitione adiũgant: nihil tamẽ ante p̃ſtabunt q̃ ſtatuant utrum locũ eſſe uelint eũ: in quo ſpaciũ ſit concæptaculũ tactilis corporis. Ea propter aliqui definiendo eo ſpaciũ addiderũt ut uacuũ eẽt ſpaciũ: non plenũ corpore tactili. Hũc in modũ ſcopulũ & laqueũ illũ euitant quidẽ: ſed alteq; inhærẽt: & ĩcidunt lõge incõmodiorẽ extricabiliorẽq;. Si. n. ſpaciũ hoc aut colorẽ: aut ſonum: aut q̃litaté aliquã ſine grauitate & leuitate ſuſcipet: utrũ defendẽt uacuũ illud etiã tum eé atq; ita uacuũ: q; ẽ ſub uiſum aditumq; uenerit: eoq; fuerit ſenſile: an negabunt. At quomõ? Erit. n. aliqd nõ uacuũ: qđ alioqn non erit plenũ corpore tactili. Nõ eſt aũt ipoſſibilis fictio: eé aliqd corpus: qđ neq; graue: neq; leue: neq; tactile ſit: cuiuſmodi cœleſte mõſtrabimus. Si qđ itaq; tale corpus ut dixi eſſet ĩ locũ: inanis tamẽ locus foret: q̃uis corpus uiſile recæpiſſet. Quo circa nõnulli ne id fateri cogerent: diuerticulum inuenerũt: excogitata ratione quẽadmodũ illis anguſtiis elaborent. Itaq; uacuũ eé ſpacium inquunt: in quo non ſit actu qcq̃. i. in quo nullum oĩno ſit corpus: neq; natura corporea: neq; tactilis: neq; aliud genus ſenſilis. Cæterũ ſequit ex ea deſcriptione & quidẽ ipſis cõfitentibus uacuũ eé materiã: qppe quæ nullum actu ſit corpus. Iidẽ & locũ eſſe materiã putãt. Certe rectius illi q̃ pleriq; alii naturam corporis coalluere: accuſandi tamẽ in eo ſunt: q; uacuum eſſe materiã crediderunt. Nã materia a rebus ſeparari nõ põt niſi definitione. At uacuũ ſi ſit: ſeparatum eſſe actu & abiũctũ oportet. Illi uero quærunt id qdem: ſed ĩterquærendũ deſerũt. Illud auté prius eſt ut ſciamus: hoc ipſo quod ſeparatũ dicit nõ poſſe cõſtitui uacuũ. Supra expoſitus eſt nobis hic locus. Quum. n. demõſtraremus ſpacium a corporibus ſeiunctum non poſſe locum eſſe: obiter quoq; ratione atq; uſu cõmuni neq; uacuũ eſſe poſſe oſtendimus. Si. n. eſſe neqt ſpaciũ ullum ſine corpore: neq; locus utiq; erit ſpacium qđ poſſit a corporibus ſeparari: neq; erit ſpaciũ quod iã ſit actu a corporibus ſeparatũ. Vacuũ uero atq; locus apud eos qui ita ſenſerunt ſola cogitatione definitioneq; differunt. Nã ut dictũ eſt locũ tunc ĩtelligimus: quũ recæptum eſt corpus: qa neceſſe eſt locũ eſſe alicuius corporis locum. Vacuũ tunc accipimus quum nõdum recæptũ eſt corpus: ita illi quum utrãq; rem ſpacii abiunctione & ſeparatione deſcriberent: rationes quæ id uni eripiunt: eædem extorquebunt ab altero. Quãuis igitur fortaſſe illa ſufficiant: eſt tamen ſeorſum id nobis hoc loco fuſius & exactius explicandum demõſtrandumq; rõne: latius numeroſiuſq; cõſciſſo nullum eé uacuũ poſſe: neq; p ſe: neq; ita admixtum ĩ rebus: ut tenuiora ĩ craſſioribus ſolent: qđ genus aerem pferunt: quem quũ uacuũ eſſe contendãt: ignorare uidentur uacuum nõ corpus: ſed ſpaciũ corporis eſſe debere. Propterq; hoc uiſum illis ẽ uacuum eé oportere: eodem argumento quo uiſum eſt iis: qui locũ eé ſpaciũ ideo poſuere: qa neceſſariũ uidebat aliquã regionẽ haberi ĩ quã reciperent cõderenturq; corpora. Sane utriq; rõnes ducũt ex eiſdẽ locis: utriq;. n. de motu aggreſſiones & cõmentationes ſuas eliciunt. Nã uacuum eſſe aſſerunt cãm motus nõ ſimpliciter cãm: ſed ut ſubiectum quãdam regionem: in qua corpora moueantur: atq; hoc nihil aliud eſt q̃ dicere uacuum eſſe idem & locum. Si enim inquiunt non ſit ita penetrari corpora oportere & reliqua quæ ſupra attulimus.

Voniam itaq; ex motu potiſſimũ colligunt eſſe uacuum: in rebus primũ hoc ſi placet adeamus diſcutiamuſq;. Prorſus cuiuſq; motus cãm arbitrari eé uacuum: neq; ueriſimile ẽ: neq; ipſi uolunt: Non enim alterationi opus eſt loco: in quo Meliſſum nos ſupra obiurgatione iuſta inceſſuimus: ſed neq; ad motum localem requiritur locus: poſſunt. n. ſuccedere ſibi mutuo corpora: ita ut locos quæq; ſuos uiciſſim deſerant: & in alienos idẽtidem migrent atq; ingrediant. Cui rei obeundæ nihil hercules opus uacuo eſt aut ſpacio aliquo ſeparato. Nam aqua tametſi neq; ſpacium: neque locum nouum requirit: partibus tamen difluctuantibus uiciſſimq; ſubeuntibus concedẽtibuſque: quod in reciprocationibus æſtuque præterque & in uorticibus cernitur: moueri agitarique conſtat. Quiſnam igitur uſus eſt uacui: ne corpus recipiatur in corpus. Si quem locum modo hæc pars inſedit eundem pars altera obtinuit? Secundum quod afferunt huiuſmodi eſt. Si denſentur cõprimanturque corpora ſubeſſe uacuum oportere: in quod ſeſe illa quaſi receſſu ad hunc uſum parato recipiant. Hoc autem falſum eſt. Nam corpora ex amplo tumore in exiguum reſident tenuioribus corpuſculis tãquam euaneſcentibus atque difflatis: aqua aere profligato: aer igni dipulſo: terra expræſſis humoribus. Eſt enim ſemper ſubtile aliquod corpus admiſtum & inſitum craſſiori: cuius compræſſu obliſum excluditur: hinc eſt ut ignis non poſſit comprimi: quũ ſit tenuiſſimo corpore. Tertium quod aiunt eſt hoc. Si quid augeſcit: aut corpus corpore penetratur: aut aſciſcitur inanitas. Sane ſi auctionem capiunt pro quolibet magnitudinis incremento perſpicue mentiuntur. Nam pleraque intumeſcunt & ampliantur: quibus nihil accedit accreſcitue. Aqua enim quum in aerem tranſit: quamuiſque nihil ei adiicitur: tamen moles ipſa dilatatur: & tumor attenditur. Si autem de ea auctione loquũtur: quæ ad animantem naturam pertinet: & quæ de alimento prouenit: ſua ſibi uoce: ipſi ſeſe reuincunt: atque arma ſua incurrunt: nec alienis iam: ſed plane ſuis opibus tenentur. Eſt enim ratio ea quæ de auctione fit utcũque anceps & lubrica. Conari autem introducere uacuum ut cõmunem difficultatem ſoluant: quo introducto nihiloſecius hæreant: eſt ludibrio habere non aſſerere uacuum. Volebãt ſeruare auctionem euitatis incommodis: quæ conſequi uidebantur. Cæterum offendunt ad illa potius q̃ caueant. Nã ſi alimentũ per inane corporis demeat: ſimul adiectio aliqua reliquo corpori ſit uide q̃ periclitetur ratio: aut non undiq; uerſus augebit corpus: ſed eatenus ſolũ ubi uacuæ illæ ptes

lviii lix lx lxi lxii lxiii

comparuerint:atq; ita non erit proprie auctio:aut ſi undiq; duorum alterum dederint:aut ubiq; uacuū eſſe corpus:aut corpus meare per corpus. Quod ſi utrūque abſurdum eſt:rurſum ex duobus utrūlibet optato:aut alimentum eſſe uacuum:aut partem nullam corporis augeri. Cedo nunc quale nam operæ precium feciſſe ſe putent:qui uacuum intulerunt:quia quemadmodum aliquid accideret reperire non poterant:alioquin nonne ſe ipſos quoq; accuſant uecordiæ:q; quum ad functionem augumenti uacuū eſſe neceſſarium prædicarent:uacuo tamen admiſſo auctionem tueri non poſſunt? Ratio etiam cinerū contra eos facit & commeat qui illa utuntur. Aut enim minus aquæ poſt cineres contineri oportebit i uaſe:nam uacuitates minores cum cineribus q̄ ante cineres habebuntur:aut ſi tantūdem: quod tamen ſtatim q̄ ſit abſurdum apparet:neceſſarium erit:ut aqua per plenos cineres meet ac penetret. Quod etiā illi recte autumant eſſe falſiſſimum. Iam ad id quod uolunt nullam ratiocinationem adiungunt. Non enim quemadmodum eſſe uacuum poſſit oſtendunt:ſed repræhendunt in quibus addubitant & argumentis inſtāt:quæ neq; ipſi quidem recte diſſoluunt. Nos citra præſidium uacui difficultatibus omnibus abunde ſatisfaciemus.

lxiiii NVnc quoniam motus cauſam eſſe uacuum arbitrantur:id potiſſimum in præſentia penſicu labimus. Et quia ut dictum eſt nonnulli uacuum inſeruntur atq; interſeminant rebus:nō nulli ſeparatim & adaggeratum extrinſecus conſtituunt:æſtimemus primum: utrum genus hoc poſterius cauſam motus habere poſſit. Plane abſurdum ē motus cauſam uacuum putare:quum ipſæ ſimplicium corporum naturæ motum ſuorum cauſæ apertiſſimæ uideantur. Quibuſq; enim ſuus naturaliſq; nixus eſt igni actus ad ſumma terræ ad ima ipetus. At uacuum quū ſit indifferens undiq;:quo pacto pōt cauſa eſſe:ut res ſurſum aut deorſum ferant? quare ſi eēt corpus ullū in uacuo:aut in oēs partes diriperetur diſtraheretur q;:aut ubiq; acqeſceret. Equidē quietis cām aliq;to rectius utriuſq; q̄ motus uacuo attribueris. Eadē ratio cōtra eos quoq; ualet:q locū eſſe ſpaciū ſeparatū uolunt. Nā quēadmodū naturalia corpora in ſuos locos aut ferant aut qeſcāt demōſtrare nō poſſunt. Nos uero q locum eſſe ultimū cōtinentis corporis opinamur:ferri & quieſcere in illa ſinitima atq; congenera & quieſcere in eiſdē nullo labore ꝓbauimus: ſed ſpaciū circūſecus idifferens eſt:& caret omni diſcrimine. Qui.n. diſtabit ab ſimo ſupremū in ſpacio? Porro nūc qa corpora:quæ ſurſum ſunt differūt ab iis quæ deorſum morant: termini quoq; illorū:qbus cognata corpora cōtinētur neceſſario:differunt. Nō.n. ut mathematici ſupficies ſuas:ita nos noſtras:ſeparatos eſſe dicimus locos:utpote quas naturalibus ineſſe corporibus & nūq; abſolui ab iis commeareue cōtendamus. Ii uero qui ſpaciū dicunt locum eſſe:cōfeſtim illud a naturalibus & ſimplicibus corporibus reuocāt. Nihil itaq; differat ſpaciū quod ſit

lxv in igni:ab eo quod ſit in aqua: quum ſpaciū illud nihil corporis ſit: ſed per ſe ac ſeorſum itelligatur eo modo quo cū uacat. Dictum eſt. n. uacuum nihil aliud q̄ locum ſed priuatum corpore exiſtimari ab iis qui ſpacio locū definiunt. Si igit ſua cuiuſq; natura etiā motus eſt cauſa:ſpaciū uero illud quod afferunt motum oēm tollit: ſimiliter quoq; tollet & uacuū. Nō eſt autē ſpacium illud:non erit igit & uacuum. Quemadmodū. n. ſimul atq; unum infert:alterū quoq; neceſſe eſt ſit illatū:ita ſimulatq; de rebus unū adimit:alterū quoq; neceſſe eſt ſit ademptū. Addit Ariſtoteles eum qui ſpacium eē locum prædicat:fateri oportere partes eſſe in loco per ſe. Sed qa nos id tractando loco ſemel expoſuimus:nō magnopere eſt: quur nobis denuo recurrendum ſit. Iis itaq; q ut motus eēt uacuū addiderūt:euenit e cōtrario nihil mo

lxvi ueri ſi uacuū fuerit. Nā quēadmodū nōnulli dicunt ideo terrā quieſcere:qa ea ſupficies intra quam clauditur indifferens ſit natura ambigente:& quo perpēdat negāte:ita de uacuo ſentiendum eſſet. Non enī poſſet eē quippiā in uacuo:quo res potius q̄ alio differri deberet. Nam uacuum quatenus uacuum eſt:

lxvii omnem differentiā abdicat. Præterea quū motus oīs aut uiolentus aut naturalis neceſſario ſit:ubi uero uiolentus ē præceſſiſſe aliquē naturalem oporteat:oīs enī uiolentus motus ē aliquo naturali poſterior: & e cōuerſo ipſius naturalis. i. q ex altera parte naturali reſpondeat. Nō. n. uiolentus eēt niſi naturali controuerſim opponeret:ſimulatq; oſtenderimus motū naturalē ī uacuo ſeruari & retineri nō poſſe: palā erit neq; uiolentum ullum poſſe. Age quonam pacto naturalis exercebitur motus in uacuo? quum in uacuo infinitoq; nulla differentia conſtitui poſſit. Nam ſimul infinitum dicitur omnis ſitus:inferni ſuperni medii ſummi tolluntur:quorum tamen in ſuos quæq; corpora moueri perſpicuo cernimus. Simul uero uacuum effertur differentia omnis adimitur. Quemadmodum. n. ipſius nihili nulla eſt differentia:ita neq; uacui ulla eſſe poteſt. Vacuum porro Democritus nō ens & priuationē appellat. Quare ſi motui naturali opus eſt diſcrimine & diuerſitate aliqua continentis:uacuo autem nulla poteſt ineſſe maxime ſequens eſt:ut motus omnes tam naturales q̄ uiolenti aſſertione illa deficiant. Deſtruitur itaq; motus ſi aſtruitur uacuum. Et hercules ueriſſimum fuerit:ut motus eſſe poſſit:amoliendum eſſe ua-

lxviii cuum non aſciſcendum. Sed q̄uis ſatis uideatur oſtenſum ex eo q; naturalis motus in uacuo eſſe nō poteſt:uiolentum quoq; in uacuo defendi non poſſe: ſeorſum tamen eius quoq; rei puto reddendam eſſe rationem. Motus omnis ui & contra naturam exercitus:quod genus iaculatio eſt:aut præſente atq; adiuncta re quæ uim attulit:aut abſente remotaq; fit. Neutro modo haberi poteſt in uacuo. Nam propulſio illa atq; proiectio ſatis cauſæ non eſt ut quicq̄ agitetur & moueatur in uacuo. Res enim quæ ita moueturui autore & propulſore etiam num ceſſante: aut mouetur eo q; aer qui ante miſſum iaculum habebatur illo ipetu retro circūfluit atq; reciprocat:idq; ſucceſſu ſemper alterius aeris fit:atq; itidem alterius quaſi idem opus urgentis:eatenus dum uis propulſiora faceſcendo ſeneſcendoq; deſerat: aut eo q; aer iactu illo impulſus impellit:& conſequio arreptus adagitatuſque miſſis rebus pro uehiculo eſt.

Quum.n.mobilissimus sit: & natura cedens maxime & dissipabilis:omni impulsu facillime pellitur: simulq; excitus leuiter & tãq; cõmonitus itineris est ullo labore.Cæterum sed ultionẽ & sua sponte dilabitur:motũq; eum:quem semel imbibit diutissime retinet:pernicior futurus:si res naturalẽ locũ uersus acta impactaq; fuerit:neutro genere tela mouebunt in uacuo.Sed neq; quũ præsto est id quod pellit trahitue dicere possunt fieri pulsionẽ ullam aut tractationẽ in uacuo.Non statim tormenta illa adhibemus percunctabimurq; motus illos uelint naturaliter:an cõtra naturã accidere:atq; ita ad easdẽ angustias reuertent.Iam assignare nemo possit in uacuo:ubi nam quieturũ quippiã sit: hic potissimũ:an lxix
alibi.Nã si hic cõcedis:quur nõ & ubiq; cõcesseris:ita quiescatur i uacuo necesse est.Oportet.n.aut semper ut quiescant i uacuo res:aut semp ut moueant.Dices ipedimẽto aliqd futurũ in uacuo ne semp moueri res possit: quod fortius & ualentius sit q̃ res quæ mouetur.Sed eodẽ nostra redibit oratio:scisciabimur.n.quiescat uetale ualentius:at undenã:hoc loco:non alibi:an moueat.At quẽadmodũ:si non sit motus i uacuo:aut qua ratione possit moramẽtũ afferre?Præterea aiunt:nihil moueri p plenũ:iccirco lxx
quoniã residere i se atq; subire nõ possunt ea:quæ uere plena sunt.Peruacuũ posse:utpote in quo nulla sit dissidentia:nullũ impedimẽtũ:quo fieri:ut p aeré qui uacuo finitimus est corpora facilius cõmeent: per aquã ægrius: per terrã nullo mõ:ergo quũ in uacuo nihil sit gracilius aut cessilius altero: undiq; in oés tractus res i uacuo different.Iidem aculei admouendi Chrysippo sunt:quærẽdũq; quidnã iterstet: quo minus euolet mundus i uacuo:petatq; euagando oés receſſus & latebras uacui:& quur nam uelit hac potissimum parte uacui:in qua iacet & sedet cœlum constituisse & stabiliuisse se mundum. Vt enĩ ordo rerum & habitus ille omnia continens atq; modificans efficere possit ne positus in uacuo mũdus distrahatur dilaceretur q;.Nullam tamen afferunt causam:quur mundus cum illo habitu atq; ordine uniuersus hac potissimum sede constiterit.

PRæterea uel argumẽto illo patebit motũ in uacuo exerceri non posse:q; uelocitas & tarditas lxxi
sine qs motus nõ cõstat:in uacuo nõ subsistit.Res mehercule euidẽtes & quæ nullius ꝓbationis indigeãt:ac primũ quidẽ in iis corporibus:quæ q; de similaribus partibus cõponunt homogenea appellari diximus:quæq; ad alteꝝ locũ summũ aut ĩimũ mouent.Duplicem rõnẽ ꝓpendimus:quur aliqdo inæquali cæleritate decursiones suas obeant peragantq; etiã si figura non discrepat.Aut.n.id faciunt mediæ regiões:p quas mouentur:ut huic p mare eundũ:illi p cænosam sub luuiem sit:huic p humorẽ:illi p aeré transitus:hic trãquillo nauiget:ille hyemanti atq; turbato:hic secũdo:ille aduerso uehat.Fit enĩ hac rõne maxime:ut corpora tantũdẽ itineris hæc segnius:illa uelocius cõficiant.Aut inæqtas ponderũ.Nã ut cætera sint paria:quo quicq; grauius est:eo uisu celeritateq; ꝑualet: ut si duæ massæ:auri una:argẽti altera p aerem deferant.Verũ de differẽtia grauiũ & leuiũ habebitur mox mẽtio peculiaris in loco.Nunc de iis corporibus agendũ:p quæ grauia mouent & leuia.Si igit horum fuerit alterũ crassius:alterũ tenuius:proculdubio res quæ sint pari tum figura tum põdere: tãtũdem æquoris per tenue q̃ per crassum uelocius per agent.Nõ.n.æque facile est aquã & aeré scindere. Destinet globulus æris qui centenariã lineã motu suo transabire & decurrere debeat.Nõ.n.p aerem id mensus q̃ p aquam facilius celeriusq; transmittat:qui tanto celerius quãto aer est:q̃ aqua dilutior. Sed & proportio quoq; tẽpoꝝ illorũ intra quæ mouebit tanta plane fuerit:quãta & corporũ:per quæ transeundũ est.Nã qua proportione aer comparatur ad aquã:eadẽ tps i quo per aeré quicq; defertur respõdet ad tps.In quo per aquã id fit.Quanto enim aer rarior solutiorq; q̃ aqua est:tanto alterum tẽpus altero breuius uidetur.Contraq;:quẽadmodũ tps habet ad tps:ita corpus ad corpus.His ita propositis manifestum est nullã afferri posse i uacuo proportionẽ subtilitatis ad plenum:utpote quo id nullo modo sit corpus.Quod si quẽ responsum habet proportionis plenum ad uaccuũ:eũdem tps in quo per plenũ iter fit:habet ad tempus in quo per uacuum meatur.Plenum autem & uacuum nulla proportione iunguntur.Profecto neq; tempus & tẽpus proportione ulla iungentur.At finiti cuiusq; tẽporis ad quodq; tempus proportio aliqua est.Illud itaq; tempus cum quo nulla societas proportionis habebitur: tempus esse non poterit.Erunt ergo res aliquæ:quæ sine tempore mouebuntur:idq; concedendum in uacuo est:aut quod uero propius fuerit: neq; mouebuntur quidem:quum motus omnis tempore absoluatur.Et ut faciliora uideantur:ea quæ diximus subiectum sit tribus horis: põdus aliquod per aerem lxxii
qua tenuissimus est centum pedalem magnitudinem decurrisse: quæro quanto nam tempore eadem mensura fuisset confecta per uacuum?Si sexquihora responderis atq; ita concesseris moram eius temporis in quo facta delatio per aerem est:proportione illa maiorem haberi:cõtinuo quoq; fateri cogeris: aerem esse altero tanto q̃ uacuum crassiorem.Siue item tripla siue decupla:siue millesima dixeris:eadẽ euentura incommoda sunt.Nulla enim proportio ad uacuum potest uel fingi: sed quantãcũque attuleris in infinitũ resilebit:excediq; poterit.Quot siquis adhuc contenderit pondera in uacuo moueri tẽpore oportere: sciat se alios laqueos inhæsurum.Percurrat lapis magnitudinem centum pedum hora una per uacuum: per aerem duabus tantũdem :quia per aerem proculdubio plus temporis sumptitur: quæro?hora una partem aeris aliquam confecerit?Et negari non potest: sit ea pars quantalubet: sit dimidium: mouebitur ergo æquali tempore per plenum & uacuum:quod statim absurdum est: Quamobrem sequitur: & quidem absurdius aliud: plenum ad plenum tandem habiturum proportionem temporum.Exempli causa.Semistadium aeris ad stadium aeris: quũ plenũ ad uacuũ.i.stadiũ aeris ad stadium uacui. Nam quemadmodum hora una stadium uacui: duabus: stadium aeris percurritur:ita ad eandẽ proportionẽ semistadiũ aeris:aut qcũq; alius modus & stadium aeris pcurretur.

lxxiii Hactenus Aristoteles cogẽtissimis & necessariis rõnibus cõtra assertores uacui disputat: p̃ter hæc quæ ille adiicit: nec cõfessa nec prorsus uera sunt: supq; obscura & salebrosa & quæ tũ audiẽti tũ legenti consueuerint supfluam morã iferre. Quod genus neq; ad hoc nostrũ institutũ magnope ptinet: & ab hac breuitate iterp̃tandi remotũ est: alioqn hunc locũ: sicui noscẽdi hæc quoq; studiũ & ocium suppetit ex positoribus aditis diligẽtissime tractatũ & explanatũ inueniet. Quum igit hæc dissentanea: & naturæ pugnãtia uideant: tolleda ea snia est unde illa seq & proficisci noscunt. Porro argumẽta quæ i hoc supra adhibuimus certis cõclusiõibus ad cõfessum liquidũq; perducũt. Eoq; summa i eo atq; cardo est: q; quum cuilibet motui opus tẽpore sit: eũ quoq; motũ: q in uacuo cõstituit suũ habere tps oporteat. Tẽporis aũt ois ad tempus utiq; si utrumq; sit finitum habetur ꝓportio aliq̃. Talis igit sit necesse é uacui ad plenum proportio: qualis eius é temporis: in quo per uacuuum magnitudo aliqua decurrit ad tempus: in quo per plenum id fit.

lxxiiii HAnc itaq; motus inæq̃bilis cãm de duabus alterã tollũt ii q uacuum ituunt asserere: sed neq; illã tuent: quæ de põderũ discrimine & momẽtis corpoꝝ nascit. Nec. n. dici põt i uacuo haberi aliqd: qd aut cõtra tendẽdo: aut cessando sedẽdoq; inæq̃litatẽ motuum faciat. Quid enĩ sit sedentariũ quid irrequietũ in uacuo: aut qsnã motus frustello & segmento uacui accidat. Præterea nõne cerdões saltẽ hoc sciunt. qd illi tueri nõ possunt: excussores fabri ferrarii aurifices lixæ nautæ piscatores oẽs postremo q utcũq; sedem uel officiũ tenent i mari aut uictũ ididẽ capiũt: quotiens aut ꝑpendiculũ cõsulunt: aut trutinã librant: aut euerriclũ & gasapã imergũt: aut anchoras iaciũt: si uerbi gratia iterrogentur: quur per idẽ mare anchora decẽ põdo & anchora triũpõdo i eandẽ altitudinem issæ: i eandẽ effigiem deformatæ: tẽpore tamẽ inæq̃li descendãt: hæc celerius: illa tardius hæreat fundo. Respõdebunt opĩor Hercules nõ sine risu dignã. s. quæstionem de qua ad Apollinẽ referat: quur decẽ pondo sint grauiora q̃ tria. Cæteꝝ hanc cãm reddere illi non poterunt eruditi alioquin & sapiẽtes uiri. Et si in uacuo plumbi massæ & pumicis moueant aut æqualiter moueri cõcedẽt: aut nullã rationem habebunt: quur plumbea uelocius moueatur. In pleno autẽ necesse é mouẽri uelocius quicquid est grauius: qa scidit ui & nisu maiore subiectũ: siue aquã id siue aerẽ statuamus. At in uacuo non ocyus ferrũ q̃ suber corruit? Quũ uacuũ utriq; cedat æqualiter: sed neq; cedat qdẽ: quũ. n. id nihil sit: subtili hoĩ é: putare uacuũ cedere: ita fit ut differẽtia grauiũ & leuiũ. i. reꝝ momẽta tollant: & qd sequens est oĩbus quæ mouent æqualis & indiscriminata uolucritas accidat. Quod si hæc picula sunt & cõstare non possunt: declinãdã tibi eam snĩam censeo: de qua creant. Sed dixerit aliqs differẽtiam quæ posset ex figura cõstitui supstitem illis adhuc uideri. Nã quæri solet. Quãobrẽ plumbũ in latitudinẽ desectũ & deminutum in laminas fluitet: coactũ in massam aut in longitudinẽ tereti ambitu diffusum esse pondere iniqore mergat? Ac nos qdem facile possumus illam rationem afferre: q; laminæ inuectu aquæ uel aeris multi: quem amplitudine orarum sub se colligunt facile insident in summoque restitant: & defenduntur a mersu præsidio figuræ inefficacis scindendo & pissuendo subiecto. Aliæ uero formæ quibus ille obtusus & hebetatus nõ obstat: quia per angustias coeuntiũ marginũ minus instrati moliminis amplectuntur propelluntue: ad instar mucronis facile adaperiunt & dissecant parte qua ingruunt: præcipue uero aer id sentit: utpote inter elementa fluxissimum atq; molliss̃imum. Vtrum uero illi quoq; hanc cãm reddere possint ipsi uiderint ego nõ perspicio. Hoc idẽ i attomis q̃ri de Epicuro potest: uelit i æquali uelocitate moueri illas an æquali. Si inæquali rõnẽ delydero. Si æq̃li reqro cõstãtiã ostendat quonã pacto continuabunt & assequent sese illæ uicissim atq; cõpræhẽdent: aut qũo ad isertũ cõplexũq; mutuũ ueniẽt: ut subide res alias quẽadmodũ ipse p̃dicat concursu illo ꝓgenerent. Doceat q possit hoc fieri: æq̃li motu ꝑmiscue oĩbus dato. Patet igit uacuũ argumẽto motus nõ asciscí: sed tolli.

lxxv lxxvi SEd etsi citra respectũ motus ipsam per se naturam uacui æstimans: uere uacuam esse comperimus. Quum igitur corpus subire per corpus nequeat: si corpus addatur in corpus: necesse est partem aliquam eius quod additur cedere ingredienti: & tantum indidem abire q̃tum accessit: atq; hoc in nonnullis apertissime cernitur. Nam si lapidem in aquam miseris: tantũ aquæ recedet: quanta est lapidis moles: in aliis quoque quãquam minus id sensu percipit: potest tamen quibusdam argumentis facile coniectatio elici. In hydraulis hoc est in iis instrumentis quæ ad aquam mouentur: quotiens aqua iis aere ac spiritu oppletis infunditur: lingulæ tibiarum intrinsecus foramini bus additæ meantis aeris transitum indicant sonitu. Is ad exitum properans festinansque ad ora instrumenti strepitum ciet. Quod si nullam dederis regionem: in quam coniecto alio corpore pulsi aeris partes euadant: aut compressum residebit in sese: tumoremque pristinum coeundo & densendo quasi ꝑcinget: quatenus uas tantum inditi corporis capiat: quantum aeri abiit molis: aut frangetur & dissiliet potius q̃ alterum corpus excipiat. Hæc adeo manifesta omnibus: adeo singulis horis & uulgo comperta: aut non uident illi aut uidere dissimulant. Sed ad propositum statuatur corpus in uacuo: abibit ne recedetque de uacuo tantum: quantus est ingressi corporis modus: quod est ridiculum: an manebit etiam pars illa uacui: postquam recæptum est corpus? At quo modo? Nonne hoc admirabile: nisi forte magis impossibile: per corpus illud recæptum æquale uacui spacium penetrare? Quod si dixeris posse penetrare uacuum: quia nihil est uacuum: hoc ipsum est: quod uolebam tenere. Si uero naturam in eo quãdam haberi contendunt: qua spacium quoddam sit in tris dimensiones porrectum ac fusum: nullo modo efficere aut consequi poterunt: ut res per spacium illud deferant. Sit enim hoc modo inconueniẽs par: uacuum dicere meare ꝑ corpus: & aquã aut aerem dicere. Nã q̃q̃

calida hæc aut frigida ſint:grauia: leuia:aut aliter id genus affecta: uacuum non ſit: non tamen id eo ualet:ut illa ſe mutuo penetrare non poſſint uacuum poſſit:ſed ut dictum eſt ſupra: habent a ſpaciis & dimenſionibus corpora:ut ſint in loco:q̄uiſq; ab aliis accidentibus ſpacia non uideantur abiuncta:defi/nitione tamen cogitationeq; diſſident. Nō enim propterea lapis tantum loci obſidet:quia candidus ni/gerue ſit:calidus:frigidus:grauis:leuis:ſed quia eius dimenſus ſit tantus:q̄q̄ uero corpora per grauitatē in locos ſuos feruntur:ſimul tamen tenuerunt illos:per ampl tudines ſuas & ſpacia eſſe dicuntur in lo/co. Tumor enim ſolus ex iis quæ corpori inſunt ad rationem hāc pertinet: non grauitas:non leuitas po ſtremo affectio illa uel qualitas. Nam ſi lapis exempli gratia cubus. i. figura teſſerarum a cæteris acciden tibus abſolui poſſet:ſola amplitudine atq; menſu retento:tantūdem regiōis occuparet: quātū cū oībus accidentibus occupat:q̄re ſi in uacuo quoq; fingat eſſe:tantūdem loci obtinebit: ſiue cum qualitatibus ſiue abſq; qualitatibus intelligat. Atq; tunc quæro ab illis quidnam differet corpus hoc cubum:ab æq̄/li uacuo:atq; loco? Et Hercules ſi duo hæc in eodem ſunt:quur non tria & quattuor demumq; infinita? lxxvii

Et ut repetendo demōſtrationis huius uim colligere planius poſſis:qui corpus in uacuo eſſe contendūt ſpacium in ſpacio collocatum eſſe contendunt. Nam neq; uacuum cedere poteſt:quum nihil ſit:& cor/pus ex ſolo habet ſpacio ut in loco ſit:ſed & corpus fatebunt in corpore. Quum enī nō ex accidentibus reliquis:ſed ex tumore & amplitudine corpora nanciſcant ut ſint in loco: ſi tumor eſſe poterit ī tumo/re:reliqua accidentia non uetabunt:ne ſit corpus in corpore. Quare ſi abſurdū eſt haberi corpus in cor/pore:abſurdum erit haberi corpus in uacuo. Nā corpus in uacuo facit:ut in tumore ſit tumor. Tumor in tumore cauſæ eſt:ut ſit corpus in corpore:hunc in modū elicit ſuperfluo ac temere uacuum propter illam rōnem adhibitum fuiſſe:ut corpora quæ ſe ipſa condere & recipere non poſſent in ſe:haberēt ua/cuum in quod reciperent: ſed & hinc uel clarius conſtabit uacuum ſuperfluere. Nā ſi cuiuſq; rei dimen lxxviii
ſus qui a qualitatibus ſaltem ratione diſtrahitur:nihil differt a uacuo: corpora autem quum mouent una cum ſuis quæq; dimenſionibus mouent: quidnam corporibus opus eſt:ſpaciis dimenſionibuſq; non ſuis? Si. n. ut quicq; dimēſionem habet & ſpacium ita indiget alterius dimenſionis & ſpacii:ipſum quoq; uacuū:quod ſecundum illos dimenſionem habet & ſpaciū:alteram ſubinde ſibi dimenſionē & ſpaciū coaptabit: atq; hæc deinceps aliam ad uſq; infinitum. Hactenus illud egimus:ut probaremus uacuū ſeparatum non poſſe conſtitui.

NVnc ne illud quoq; poſſe conſtare:qđ rebus inſertū diſtributūq; dicit. Sunt. n. q id ex cōpreſ lxxix
ſione ampliationeq; corporū colligat. Nā ſi cōpreſſio inquiūt ē quotiēs corpus ex amplo tu/more in exiguū reſidet:ampliatio quotiēs de exiguo in āplū attollit: neceſſariū uideri uacuū eſſe rebus imixtū:in qđ & deſentia abeant & rareſcentia diffundant. Neq; cōpreſſionē mō ampliationēq; adimi ſublato inani:ſed cæteros itidē motus. Quū. n. quippiā mouet ī loco:corpora cir/cūſtātia p quæ tranſitū facit cogunt ī anguſtū:& quaſi coercent ſe ut aditū nouo tāq̄ hoſpiti faciāt: atq; ita uacuā regionem relinquūt:q̄le ſæpe aīaduertimus fieri:quū qs per cōfertiſſimā multitudinē iturus hinc atq; illic populo decedēte trāſmittit:q; ſi corporibus inane nō eēt ibibitū: ſequeret una re loco mo ta mutare orbē fluctuareq; uniuerſum. Et quū ꝓxima a ꝓximis q̄q̄ corporibus pellerent:cœlū quoq; ipſum elidi, pindeq; mūdo egredi & quaſi circūfluere oporteret:qđ ī natabulis & urmātiū uaſis cernit: cum in iis aliqđ corpus mouet. Atq; huic ſniæ aderat Xuthus ignorās reciprocationē:ſucceſſionēq; cor porū in eodē loco nō ſolū fieri motu circulari ſolere:qđ ille quoq; uidebat:erat. n. illuſtrius q̄ ut cōniue/ri poſſet:ſed & motu quoq; directo. Tantū paulo obſcurius:dicebat & illud Xuthus. Niſi uacuū aſciſcere tur:corpora in cōuerſionibus æqualē eē amplitudinē retentura:ita ex aquæ ſextario ſextariū aquæ exti/turū. Nā q ampliari poterit:ſi regione & loco caruerit:in quē dilatet atq; fundat: niſi qs orbem uniuer/ſum ut dixi defluctuare & exagitari cōceſſerit. Et dum uacuū minus cupit uitare icidere uelit in maius: Nā quo deciderit aut obſecro fluctuauerit mūdus? In corpore certe nō poterit:in uacuo igit quod cir/cūfundat mundo. Plane rareſcēdo corpora ampliari cōſtat argumento uaſtorum:quæ aere aut liquo/re:plus nimio rareſcente diſſiliunt. Nam muſti quoq; dolia humore largius diffiato euaporatoq; inte/rim diſrumpunt. Vbi nam igit amplificatæ res reciperentur:niſi continens quaſi decederet:& ī uacuas ſedes ſeſe conferret.

VErum ſi uacuū corporibus ita infitū putāt:ut in raro corpore ſpacia quædā inania ſeparatim lxxx
habeant quæ poſſint corpus excipe: eaſdē excitabimus rationes:q̄bus ſupra:& loci:& uacui ſeparatim autores coarguimus. Nec releuabit illas remedium q̄ diſtructum & qua cæſim deminutum dicatur:qua correctione illi contra difficultates eas ſe communiunt:quibus oc curſum eſt iis:qui coactum illud & ſolidum abiunxere corporibus. Vtriq; enim uidentur ſpacium ſe/ lxxxi
paratum admittere. Quod ſi non ſeparatum:ſed inſertum:& ut ita dicam dilutum infuſum inſpſumq; raris corporibus uolunt:quāquam ueriſimilius aliquanto non tamen uere loquuntur: primum ex ea ſententia euenit:ut uacuum non cuiuſq; delationis cauſa ſit:ſed eius dūtaxat quæ ſuperna ſpectat. Nam ſi id in quo uacui plus ineſt:rarius leuiuſque eſſe neceſſe eſt:quæ autem rariora leuioraque ſunt: ſur/ſum etiam facilius migrant: eius delationis tantum qua in ſublime niſus eſt: cauſa relinquitur ua/cuo. Ea propter & ignem eſſe rariſſimum putant: quia ſurſum celerrime deuolat. Propterea non quemadmodum locus cauſa motus eſt: ita uacuum cauſam eſſe faciunt motus: ſed quemadmo/dum utres retibus innexi eo q̄ ipſi fluitant: retia quoque in ſummo conſtituunt:ita & uacuum eo q̄ ipſum ſurſum fertur: ſubſtentat & leuat etiam rara corpora. At quo modo ferri uacuum quem

eſſe loum uacuo arbitrantur? Certe dari alterū uacuum eſt neceſſe:in quo uacuū qđ fertur in motuq;
82 eſt:recipiat. Sed ſatisfaciat uacuū motui leuiū:grauibus quo modo ſatisfaciet:quā afferūt cām:quur illa deorſum p̄cipitētur & ruant? Nō.n.cōſequio trahunt a uacuo quēadmodū leuia. Quam igit cām afferūt? Nū naturā? Ac poterāt hoc idē de leuibus dicere:deq; iis q̄ ſurſum īcedūt. Deīde ſi quo qcq; rarius & inanius eſt:eo ocyus euolat:manifeſtū ē ipſum inane eē ocyſſime euolatuꝝ. At ī uacuo motū ocyſſimū aſſignare nō licet:neq; tp̄s oīno ullū:in quo motus ille exerceat. Nā ſimul tēpus dederis: uacuū p̄portioné habebit ad plenū. Quod ſi dixerint uacuū p ſe moueri aut euolare nō poſſe:quū ea lege corporibus additū īſertumq; ſit:ut nūq; ab illis ſeparet:doceāt nos:quū denſentia corpora cōtrahunt: utrum excludāt & exprimāt uacuū an retineāt. Si excludūt:palā eſt uacuū p ſe moueri poſſe:ſi retinent:qd ergo cōferet ad cōpreſſionem? ſi ēt cōdenſatis corporibus uacuū ſubeſt adæq; ut prius. Cū.n.uacuū illi ad cō denſationē maxīe neceſſariū opinētur:ut ī illud coacta cōſtrictaq; corpora ſeſe recipiāt: qui fieri p̄t:ut tum ante tū poſt denſationē tantūdē inſit corporibus uacui? Et ſi fieri illud p̄t:quo tuebunt ne tantūdem molis & amplitudinis habeāt:quātū anteq; cōdenſuiſſent: ſi neq; corporis qcq;:neq; uacui ulla ps abeſt? Itē quo uetabunt:ne denſari corpora ī infinitū poſſint:ſi ſp tātūdē uacui ſubſitū ē. Quod ſi abire aut decedere uacuū cōpreſſione facta cōceſſerint:quonā abibit? quo pacto mouebit? qualis nā motus erit uacuo naturalis. Nimirum dicant illud oportet:qui leuibus debeāt. At quomodo fiet in tēpore:uelocitates certe comparari nō poſſunt.

83 Ed quoniā ueriſimile eſt qđ putāt:uacuum eē conſtituendū in rebus ut denſentia &
84 ſio fieri poſſit:uideāt ī præſentia indicādū:quēadmodū nobis ſine ope uacui condenſatio fit ſuperſtes. Equidē primū id facillime ac breuiſſime poſſem refellere:uacuū nō eſſe neceſſariū argumēto illo quod afferūt:q; cū aqua mutāt in aeré:maior uiſit aeris amplitudo:qa:qđ & notari uelim:nihil uideāt obſtare quin e cōtrario alius aer alio loco eadē mēſura cōuerti poſſit in aquā: atq; ita p hæc cōſarcinato qđ laceſſitū fuiſſet:par utriq; rō fiat:quaſi reph̄enſione q̄dā & cōpenſatiōe naturæ:quæ īſtituit ut utriuſq; elemēti modus æquamento amplitudinis utcūq; facto:naturali hac uiciſſitudine ſolideāt. Sed cōmodius & dignius tāta re puto recenſere id altiuſcule & rationibus addicere neceſſariis:& ſumptis ex iis quæ confeſſa olim & cōprobata ſunt nobis:ītentio ē corpora poſſe abſq; inani denſere atq; rareſcere oſtēſum eſt calidi:frigidi:duri:mollis:dulcis:amari:humidi:ſicci. Poſtremo cōtrarietatis cuiuſq; naturalis unā eſſe ſubiecta materiā per ſe imp̄cabilē īmortalēq; ſæculis oībus:eāq; ī actū de poteſtate cōferri atq; cōſtitui:q̄uiſq; a rebus abiuncta nō ſit:obtinet tamē definitionē atq; naturā diuerſam a rebus. Ea ſubſtātiæ alteri quæ reꝝ eſſentiæ uis atq; rō eſt:dico formæ iugata & copulata cōſtituit res quæ cōcreta & cōpoſita appellant:q̄q uero numero una ē:uicibus tamē īfinitas formas alternat fundit præmit:mille modis putat inſculpit fingit effigiat afficit:præſſa calcataq; denſitudiem & ſpiſſitudiné facit:attenſa & fuſa raritudiné leuitaté. Quēadmodū uero quotiens calet & friget nō diuerſaꝝ naturaꝝ cōfuſione miſtiōeue calet & friget. Nā q̄q calor & frigus diuerſæ res ſunt:eadē tamen materia eſt:quæ uiciſſim iis tāetſi cōtrariis ſternit:quæq; ad ea de poteſtate ad actū refert. Quēadmodū īquā tā etſi cōtrariaꝝ q̄litatū oēm affectionē colores ſapores & id genus cæteras cōcipit:nō tamē alia ē quæ mō calida:modo frigida:modo ſiti ſaporis:mō fatui:modo nigra:modo cādida cernit. Et quēadmodū numero una eſt:quæ calida:& frigida reddit:ita una & eadē eſt:quæ magna fit atq; parua: cum.n.eadem materiæ portio q̄doq; aqua:q̄do aer fiat:interdū ampla:īterdū anguſta: nec ſit aliud:qđ aqua factum ē: aliud quod factū eſt aer:ſed eadē plane natura utrūq; facta ē. Igit & quū materia ipſa de aqua fit aer:nullo addito extrinſecus corpore:aut uacuo intrito maior & amplior reddit. Cōtra quum de aere aqua fit: nullo deraſo adēptoue minor & arctior prouenit. Atq; in hoc maxīe diſſidemus ab iis:qui per cōcretionem excretionēq; ortus reꝝ abſoluunt. Illi p appoſitionē & deſectionē generationes & corruptiōes cōſtituūt:neq; ſubiectū unū omnibus elementis īſternunt. Nos unā materiā rebus ſubſitā haberi probauimus:quæ in totū mutaret atq; ī uarios modos & formas conuerteret. Quēadmodū itaq; una q̄q ſit caleſcit eadē & frigeſcit nō alterius rei miſtura appoſituraue:ſed ſuapte potētia:p quā illa ipſa eſt ī quæ uertitur:ita & magna & parua euadit nō acceſſione magnitudinis detractiōeue: ſed illa ipſa ui ſua:qua utrāq; amplitudiné potentia continet. Eodem igitur modo ſi aer dehiſcendo rareſcendoq; pandit: aut craſſeſcendo & coeundo compellitur in anguſtum atq; contrahitur:tota ea ratio tribuēda materiæ eſt: quæ cum poteſtate tum magna tum parua ſit:interim actu īterim poteſtate ſub utroq; exitu uiſitatur. Vt enim cū quid de calido calentius fit:non ita uidetur mutari quaſi prius aliqua pars nō fuerit calida. Nam & calida erat uniuerſa materia anteq; calidior fieret:& nulla pars erat non calida:ſed núc cū cremētum & tenſio caloris fit:uniuerſa atq; oēs partes īcremētū ſimul accipiunt. Nā ſi partes aliæ calidæ habeant:aliæ calidiores:quū materia facta calidior ē:utiq; non eſſet numero una materia:q̄ pluris minoriſq; differentias & momenta reciperet:aut quæ de calida calidior fieri uideret:ſed præſenti ac præcedēti calori nouus calor adiectus & admixtus acceſſiſſe intelligeretur. Quemadmodum itaq; hoc recte in affectionibus dicitur:ita in denſentibus & rareſcentibus corporibus recte dicetur unam & eandem haberi materiam:quæ utrunq; recipiat non foriſecus quicq; modo īgredi mō egredi:ut dicunt ii q uacuū rebus inſitum uolunt. Ignorant plane illi naturam materiæ:non ſequius atque ii qui in ferro: quod
85 canduiſſet igni non in materia concæptum ignem putabant:& ferrum in ignem eſſe conuerſum. Poſſumus & aliud exemplum afferre. Partes circuli deuexæ & curuæ omnes habētur. Si igitur in interiora nitantur & uergant ad centrū:atq; ita in minorē orbiculū ſe contrahat & corrigat circulus ſubeunte

undiq; curuamine & decedente ptiliter deuexeriores ,pculdubio ícuruioreſq; fient:nõ q; partes aliquæ quæ in circulo fuerint maiore de rectis cernuæ & ícuruæ ſint futuræ: ſed q; quæ curuæ fuiſſent prius: modo proniores curuioreſq; habebũtur.In totum plus & minus nactæ res dicuntur: non propterea q; quicq; adſit abſitue:ſed q; ea quæ adſunt tentionem tota aut remiſſionem accipiunt:ut quũ aliquæ res calidiores dulciores cãdidiores efficiuntur.Ita quum materia aut extenditur aut contrahitur:neq; uete/rem amplitudinem perdit:neq; nouam acquirit:ut ſentiunt ii qui uacuum eius rei cauſam conſtituũt. Sed idem ſubiectum:eadem natura de amplo tumore in exiguum coercetur:& de exiguo in amplum expanditur id:quod de circũferentia circuli pauloante monſtrauimus.Idem igitur erit & quod dẽſum fit:& quod fit rarum:& una erit utriq; materia.Neq; rara exiſtimanda:quæ imbiberint uacuum: den/ſa quæ excuſſerint.Sane denſa ſunt grauia.Rara ſunt leuia.Item denſa uiam moliuntur deorſum. Rara ſurſum cõmigrant.Quamobrem ſi uacuum nihil conducit ut rara ſint:neq; conducet ut ſurſum feran tur.Item ſi nihil conducit ut denſa ſint:neq; conducit ut deorſum ruant.Plane denſum ſpectat ut gra/ue & durum ſit rarum:ut leue atq; mobile:non tamen hoc perpetuum eſt:nec ut quicq; durius eſt: ita etiam grauius fuerit.Nam in ferro & plumbo diſſonat ratio.Ex iis quæ dicta ſunt late patet: uacuum lxxxvi neq; ſeparatum: neq; aggregatum:neq; in raris corporibus eſſe permiſtum:ſed ne potentia qdẽ. Quod ſi cui libuerit uacuum dicere id quod cauſa motus ſit:quodq; efficiat ut graue ſit quicq; aut leue: profe/cto is uidebitur contendere uacuum eſſe materiam.Ea eſt quæ raritatem & denſitatem recipit. Raritu dinem & denſitudinem conſequuntur grauitas leuitas durities mollities.Harum alteræ delationis cau ſæ ſunt: grauitas leuitas.Alteræ patibilitatis impatibilitatiſue & omnio alterationis durities mollities. In hunc modum hactenus de uacuo egiſſe ſit ſatis.

SEquitur ut de tempore agamus:ſed prius eſt:ut rationes cõmunes quidem illæ atq; extra/ lxxxvii riæ:ſed accõmodatæ & neceſſariæ afferantur:quibus ſit ne tempus reuocari ſolet in dubiũ: quibus perſolutis tum deinde quid ſit:ipſi pede cominus collato docebimus.Nihil eſſe tem lxxxviii pus aut ægre eſſe & prorſus obſcure de ſequentibus ſtatim ſuſpicari quis poſſet.Primum cõ ſtat ex non entibus:nam præteritum fuit non eſt:futurum erit nondum eſt:ex iis dies & menſis & an/nus & infinita ad hoc æui lapſa nataq; ſæcula texũtur.Quod ex non entibus conſtat:neceſſario nihil ẽ: Momentum uero:& id quod ſub hoc uerbo nunc ſignificatur non pars temporis eſt:ſed exitus termi/nus & confinium temporis.Præterea partes rei quæ conſtet ex partibus:aut omnes extant aut aliquæ: lxxxix omnes ut in linea bipedali:aliquæ ut in ludis in pompa in bello:temporis quod & continuum eſt & cõ ſtat ex partibus:nulla pars extat: ſed tranſabiere exoluereq; aliæ :aliæ ſunt futuræ.Nam momenta di/ximus ſupra non eſſe temporis partes:alioquin ſecari poſſent in partes:& metiri totũ & omnino dimẽ ſum aliquem & amplitudinem obtinerent.Ea enim natura partium eſt:ex quibus aliquod totum ite/gratur:quod diſtrahi & dirimi poſſit in partes.Sed neq; ex momentis componitur tempus:ſed ex præ terito: & futuro tantum.Non erit ergo temporis pars momentum De ipſo quoq; momento:quod p̃/ lxxxx teritum & futurum definit:ſeorſum uidetur ĩ quæſtionem uocari quemadmodum ſit:utrum unum habeatur idemq; ſemper:an aliud ſemper atq; aliud obiter prodeat:ita ut ĩpulſo & corrupto priore:po/ſterius ſubinde aliud continue ingeneretur.Nã plura eſſe ſimul momenta non poſſunt. Quando neq; partes temporis plures ſimul poſſunt exiſtere:niſi altera continere:altera cõtineri intelligantur:ut quũ dicimus adeſſe menſem & calendas:in eo uero quod proprie adeſt & inſtans iunctũue eſt ſiue momen tum non poteſt intelligi continere:unum:alterum contineri:unum amplius: alterum minus. Quare neceſſe eſt corrumpantur & obruatur prius:ut poſteriora & ſequentia generentur.Quum uero corru/ptum omne corrumpatur in tempore: momentum ſi corrupitur:aut in ſe ipſo aut in tempore corrũ/petur:ſed enim non in ſe ipſo:idem enim eſſe:& non eſſe ſimul eueniet:quia eodem puncto corrumpi generariq; oportebit:nec ſequius fuerit ac ſi hoc lignum in ſe ipſo corrumpi & in ſe ipſum mutari con/uertiq; diceres.Si in alio tẽpore:quæro utrum tempus illud breuiſſimum ſit:ut momẽtum:an dimẽ/ſu aliquo ſit.Si ut momentum:duo momenta habebuntur:ſimul & id quod corrumpẽdum eſt: & id in quo abſoluenda corruptio eſt:ſi dimenſu aliquo:nec momentum ſit:aut præteritum igitur: aut fu/turum erit.In neutro deſinere aut corrumpi momentum poteſt:non in præterito:quia quum ortum illius momenti præceſſerit:ſequeretur momentum fuiſſe corruptum antequam ortum. Nec ĩ futuro: qa quũ futurũ nõdum ſit:momentũ illud nunquam corrumpi poſſet:ſed ſemper corrumpendum:& ſemper corruptum iri uideretur.Nam & id quoq; futurum ſemper eſt in quo corrumpi debet. Sed & facilius hoc idem explorabimus alia uia ſicpote.Tempus omne præterito & futuro deſcribit̃:ſi in tẽpo re momenta deſinerent:id quod expers imperſq; eſt:& omnino minimum atq; breuiſſimum:attende ret̃ diffunderetur q; cum eo quod partes & amplitudinem & dimenſionem haberet. Iam ſi momenta mutuo ſeſe non tangũt:quia tẽpus nõ cõſtat ex momentis:quẽadmodum lineæ non conſtat ex pũctis: atq; hoc nobis hoc loci ſimplicius:& rudius dicit̃:poſt ẽt cõprobabit̃:ſi momẽta igit̃ attigua nõ haben tur:occurrit:qdã abſurdius & maius incõmodũ.Nã ſi momẽtũ in alio momẽto corrũpit̃ iter momẽtũ qd̃ corrũpit̃:& momẽtũ ĩ quo corrũpit̃: ,pculdubio iaceat aliquod tp̃s neceſſe ẽ:quemadmodum inter quæq; puncta capit̃ linea:totum igit̃ hoc quod intercipit̃ tempus momentum illud durabit. At in me dio tempore ĩfinita ſunt momẽta:quãdo diuiſile in infinitũ eſt tẽpus eo q; cõtinuum. Erunt igit̃ plura & infinita momenta.Hæc cõſequunt̃:ſi continue aliud:atq; aliud momentũ gignatur & fluat. Si uero lxxxxi unum idemq; in toto tempore ſtatuatur.Primum quæro qui poſſit tẽpus hoc totũ qd̃ omnino conti/

nuum eſt:aut finita aliqua eius pars:dies menſis annus uno tantum non duobus extremis: & terminis claudi? Quomodo inq̃ unum idemq; momentum ſit:unde menſes auſpicantur & ordiuntur intrantes
xcii & quo deponunt & finiunt exeuntes:quando nullius rei diuiſilis & finitæ unus tantum terminus: aut extremum habeat:nõ lineæ non ſuperficiei non corporis. Secũdũ quæro:ſi unũ idemq; momẽtũ ſemp manet: quo æuũ inuehit:quũ & eẽ ſimul & fieri ſimul ea dicant quæ eodẽ tẽpore & ſunt & fiunt:nõne uetera cũ nouis & noua cũ ueteribus cõfundent. Nec regnũ Nelei ab ſperio Cæſaris tpibus diſcrepat. Nihil.n.p̃teritũ eẽ poſſet:ſi momentũ unũ idemq; oĩbus ætatibus oĩbus ſæculis p̃manſiſſet. Hactenus expoſitũ nobis eſt ad ea:quibus tẽpus tolli uidetur.

xciii Aeteꝝ ea quæ de tẽpore tradita a maioribus ſunt tãtum abſunt:ut inde aliquid adiumenti capere poſteris liceat:ut ii q modo cõmentationẽ illã ineũt nõ mõ nõ perſoluãt:ſed rẽ ſuapte natura lubricã & ancipitẽ maiore p̃iculo cõſtituant. Id qđ nos pauloante cõmiſimus. Quan tũ.n.obſecro & obſcura & aliena ſunt illa:quæ a nõnullis iactata & tractata reperio dicẽtibus ſperã & globum uniuerſi orbis ipſum eẽ tẽpus:argumẽto:q; quẽadmodũ in cœlo ſunt omnia:ita in tẽpore eſſe oĩa uideant. Atq; hoc illorũ ego primũ accuſo:q; rem multiiugo ſignificatu fuſam & uariam pro unius rei ſigno accipere & abuti uidentur. Nã quũ eſſe ĩ aliquo rẽ multifariam dicat:id qđ nos hoc libro diſtinximus ipſi ad unã modo ſignificationẽ accõmodant. Nã impitia diſputandi & reſoluendi tã ta fuerunt:ut rõnis fallicioſiſſimæ ſed perſpicue alioqn decipulũ p̃uidere nequiuerint. Atq; ita illi facile irretiti atq; ſuffoſi uidere uident:idẽ eẽ cœlũ & tẽpus. Iã quid erat facilius:q̃ huius uidere contrariũ. Tẽporis partes præteritũ & futurũ ſunt:cœli non ſunt: tẽpus fit:cœlũ iã ẽ:cœlũ ſubſtantia ẽ:tẽpus ſubſtãtia eſſe nõ poteſt. Sed quid ego hic ſuperfluo ĩmoror? Stultũ mediuſſidius eſt:opinionẽ tã leuẽ:tã ſupi-
xciiii næ ſimplicitatis inceſſere præterq; exoletã & rudis cuiuſdã olentiſſimã uetuſtatis. Proĩde alii nõ ipſum cœlũ:ſed ipſam totius cõuerſionẽ cœli tẽpus faciunt. Ex ea ſentẽtia primũ id ſequit:diẽ & noctem nõ eſſe tẽpus:quũ neq; nox ſeorſum neq; dies conuerſio ſit cœli totius: ſed hemiſperiorũ Semirotũdorũq;& partiũ cœli circuitus. Præterea rotatio uniuerſa cœli nõ una nec ſimplex ẽ:ſed ex pluribus motibus cõſtat & qdem aduerſis & obnitẽtibus:mũdo. Tẽpus uero & unũ & ſimplex eſt. Itẽ motus cœli totius non eſt æqualis:ſed qui ſub eqnoctiũ ociſſimus eſt:ſub polos repigrat & quaſi retundit:tempus rebus omnibus idẽ æq̃leq; habetur. Iã q fieri poſſet:ut tẽpus eẽt in terra:eſſet in mari:ſi uertigo & uolubilitas cœli ipſa tẽpus fuiſſet:niſi qs ne hoc quoq; reueritus ſit dicere terram & mare cum cœlo cõuerti. Deinde ſi & quẽadmodũ Plato fingit:captiui a pueris hoſtes in arctiſſimas tenebras ſubterrenis atq; illuminis carceribus includant:intellectũ tẽporis atq; ſenſum habebunt:conuerſionis habere nõ poterunt. Præterea ſi plures mundi forent:quid quidem iã uidetur Democrito:plura quoq; ſimul tempora cõſtitui oporteret. At hoc diſſentaneum eſt:q̃uis enim motus plures eodem tempore habeant:plura tamen tẽpora ſimul haberi non poſſunt. Super hæc ſi uerum eſt ante conditum cœlum motum aliquem exordinatum & inconditum fuiſſe:cui ſententiæ conſtat graues alioquin autores adeſſe:nonne tempus ante conuerſionem cœli fuiſſet. Nam motus omnis ſiue ordinatus ſiue exordinatus ſit: ſpatium tempo-
xcv ris exigit quo decurrat. Atque hæc longa diſceptatione non egent. Illud potius perpendendum quod & latius patet:& generalius eſt:utrum motus aut mutatio ulla ſit tempus. Quilibet motus in re mota tantũ habetur:atq; eodem in loco ubi res mota eſt utpote ad definitionem rei motæ & rationem eſſentiæ pertinens. At tempus ubiq; & rebus omnibus idem adiungit. Motus item alius ocior p̃nitiorq;
xcvi ſegnior & retardior alius. Aequale ſemp eſt tẽpus:atq; hoc neq; ꝓlixũ neq; difficile fuerit indicare. Tarditas & uelocitas tẽpore deſcribunt:finit id eni eſſe uelocius qđ breuiore minoriue tempore plus ſpatii peragit:tardius quod pluri minus. Tempus uero non deſcribitur tempore:nec enim fieri poteſt paruo ut tpe multũ temporis labatur:neq; contra multo ut parũ. Nõ ſolũ ãt rõne hac uelocitatis & tarditatis differũt motus & tps:q; illæ p̃tinere ad motũ uident:ad tẽpus nõ uident:ſed ẽt illa q; q̃titas motus tẽpore definit:ut lõgus is multuſq; habeat q multo tẽpore agit:breuis cõtra q paruo. At temporis q̃titas non definit tempore. Quãuis eni multum & paruũ tẽpus dicat:nõ tamẽ dicit multum & paruũ p̃collationẽ ad tempus quomodo illa motui tribuuntur:ſed alia ratione quam ifra reddemus. Iam patet tẽpus:neq; motum:neq; mutationem eſſe.

xcvii NVnc quæramus utrũ ſit aliqua ſaltẽ affinitas inter motũ & tps:an qeti potius ceſſationiq; finitimũ uideat. Sed quanã id explorauero inqes:facillime qdẽ opinor:ſi cõſyderaueris habitum ĩ quo utiq; ſæpius cõſtituti ſolemus p̃ſentiſcere & dephẽdere tẽporis fluxũ. Ac recorda re quidẽ primũ ſi q̃do de lõga ĩ ſomnia atq; excubia feſſus aut ex laſſitudĩe aliqua obdormiuiſti arctius:& qđ de Vlyxe Homerus ſcribit:ſi q̃do quietẽ placidiſſimã illã & morti ſimillimã carpſiſti: tũc Hercules ẽt ſi te ſomnus ĩ alterũ diẽ attinuerit:ſimul expgitus es:nihil interim tẽporis fluxiſſe aduertiſti. Quod Heroibus illis qui ĩ Sardo dormierũt accidiſſe fabulæ narrant. Nõ.n.ſenſum ullũ habemus eius tẽporis:qđ dormiẽtibus nobis abſumit:ſed primũ momẽtũ extremo iungimus:& medium tẽpus ut non ſentimus:ita de medio tollimus. Quẽadmodũ itaq; quũ merũ & ſolitariũ momẽtũ ẽ:tũc nõ eſt tẽpus:ita quũ unũ momẽtũ uidet:qđ unũ nõ eſt tũc tẽpus quod præteriit præteriiſſe nõ uidet. In totũq; ipſi quũ aut nõ mutamur mouemurue: aut cũ mutatio motuſue latet:tẽpus ſentire nõ poſſumus:hinc fit plerũq; ut nos & quidẽ ĩcænatos ĩ pranſoſq; ĩprouiſa & ſubita nox adoriat ſuperueniatq; quotiens uoluptate ſtudii alicuius cui ĩcubuimus capti: aut ĩ opus nobis plauſibile ĩpenſius ĩtẽti labore nõ frangimur:unde orit illico ut motus ille neq; afficiat corpus neq; aĩo p̃ſentiſcat. E cõtrario quotiens

laborioſe:aut faſtidiẽter quicq̃ agimus gerimuſue qa motũ huiuſmodi uehemẽter ſolemus aduertere neceſſe eſt ut ipſum quoq; tps mirifice pcenſeamus. Ea de cá ægroti ,plixos dies q̃runt:& tedia horaꝝ inceſſunt:ſæpe illud occurit Ariſtophanis in ore:in aio eſt. Quãtũ Iuppiter & q̃ longũ noctis huius de/ meaculũ. Ex iis patet tpis ſenſum cũ ſenſu motus eẽ coniunctũ:& ab eo potiſſimũ excitari atq; pẽdere. Clarum eſt igit tps ſine motu nõ eẽ. Non q; ipſi moti demũ itelligamus & tps:ut Galenus iterpretatur: ſed q; de cogitatione & itellectu motus in cogitationẽ:& itellectũ tpis ueniamus. Quur igit ille tam te/ mere iſthoc deſcẽdit obrepſitq; uelicãdi contradicẽdiq; ſtudio? Immobilia multa concipimus itelligi/ mus cogitamus: dum mouemur:ut polos mũdi & cẽtrum terræ: nihilominus illa cũ motu nõ ſunt. Porro debuit audire Ariſtotelẽ utiq; aptiſſima & clariſſima uoce teſtãtem dictitãtemq;. Nos ſimul & motũ ſentimus & tps. Sed & enim p plurimũ refert:utrũ iccirco tps eẽ aliqd motus dicas:qa ex notiõe motus pendet notio & cõmonitio tpis:an iccirco qa ipſi moti demũ itelligimus & cõcipimus tẽpus. Verũ Galenus in pleriſq; oĩbus fere ad hũc modum moleſtus importunuſq; ẽ. Nos igit ſupiora necta/ mus:ſi tunc tps nõ pcipimus:quum nullã mutationem pcipimus:illud aũt fit quotiẽs tpe,p momẽto & indiuiſili utimur. Contra ſi tũc tps pcipimus:quũ & motum eẽ:& q̃ lõgum ſit pcipimus:palã ẽ tps citra motum mutationẽue nõ itelligi adeo:ſed ne eẽ qdem conſtareq; poſſe. Sane ẽt ſi qeſcẽdo & nihil agendo motũ alicuius corporis tecum aĩo cõtẽpleris ſtatim cõcepis & itellexeris tps. Si.n. obortis tene bris nullo corporis ſenſu adagitato:nulla uerba de foris auocante:ſed ocio plane ſũmo de nauigatione: de ambulatione:de lucta:de bello:de pace ſoli conſilium aliqd ineamus:cõtinuo uidebit ſeſe nobis tps offere. Cæteꝝ nõ ſolũ tps motũ aſſequit adducituꝝ cũ eo:ſed exaduerſum quoq; motus ipſe comita tur & reſpõdet ad tps. Nam ſimul lapſum & cõfectũ aliqd tps aĩaduertimus: ita atq; ſtatim admone/ mur & motus: itelligimuſq; initã & plolutã iterea motionẽ: mutationẽue aliq̃:ut ſi duas horas abiſſe nobis cognoſcimus? nõ aliũde id colligimus:niſi de actibus:qa. ſ. aut deambulauimus:aut ſcripſimus aut declamauimus tantũ. Quãobrẽ neutrũ põt ab altero ſeiugari. Sane priores rõnes aſciſcũt nõ eẽ idẽ motus & tps. Sequẽtes oſtẽdunt tps ſine motu haberi poſſe.

QVapropter tempus aut accidẽs aut affectio aut hærens & additũ:utcũq; annexumq; motu non ipſe motus exiſtimandũ. Nam accidentia & affectiones q̃uis non ſint a ſubiectis abiunc ta:tamen eadem ſubiectis non ſunt. Altius itaq; ordiendum ẽ:ut ea res q̃ latiſſime pateat. Quicquid per locũ mouet:quemadmodũ ex aliquo mouetur in aliquid:ita in aliquo ſpa/ cio & interuallo mouet. Atq; hoc ego cauſæ facio quur motus quoq; ipſe continuus habeat: quia uide/ licet cũ magnitudine quæ continua eſt attendit:& ſpacio quaſi allinit applicaturq;:quãq̃ ſtabili & ſe dentariæ rei fluxat & ſubitaria. Quemadmodũ itaq; motus ex magnitudine ut ſit continuus obtinet: ita tempus ex motu. Quare & ad motum & ad tẽpus cõtinuitas pertinet:merito eius magnitudinis:i quã recæptus eſt motus. Dicit uero i magnitudine aliqd prius aliqd eẽ poſterius ſitu. Prius.n.hoc pun ctũ:poſterius illud in ſtadio eſt:qa hoc ad carceres:illud iacet ad calcem. Quũ itaq; magnitudinis prius & poſterius aliqd ſit: idem eſſe in motu compertũ eſt. Prius in motu eſt:qd ad prius in magnitudine ſuo motu reſpondet. Poſterius:quod ad poſterius. Verum intereſt q; i magnitudine prius & poſterius permanent:in motu ſemper aboletur & corrumpitur prius. Quamuiſq; non ſit in motu quicquam prius:niſi ſit itidem in magnitudine. Nec tamen perpetua in totũ ratio utriq; eſt. Non enim conſerua/ tur prius in motu quemadmodũ in magnitudine conſeruat. Eodẽ modo q̃uis motus ſit eo cõtinuus: qa ſpaciũ continuũ ẽ:nõ tamen eodẽ iure continuus & ſpaciũ habituri. Nã ſpaciũ ita cõtinuũ eſt ut cõ/ pareat & pmaneat uniuerſũ:motus ut iugit fluat & identidẽ pereat. Ex iis patet i motu eſſe prius atq; poſterius. Sed & ratio quoq; pariter explicata. ẽ Nũc ad examinandũ uidet:utrũ prius & poſterius q̃ i motu ſũt:motus ipe ſint:an aliq̃ res a motu diuerſæ:& utrũ ſubiecto idẽ ſit motus & prius & poſterius quæ i motu ſunt definitiõe & ratiõe nõ idẽ. Profecto uidet diſſidere motus a definitione prioris & po ſterioris i motu. Nã & prius & poſterius magnitudinis q̃q̃ ſubiecto magnitudies ſunt: definitio tamẽ magnitudinis a natura & definitiõe illoꝝ abiungitur. Is.n.q prius & poſterius definit:ſitũ & locũ i de/ finitiõe cõſtituit. In definitionẽ magnitudinis neq; locus neq; ſitus igredit. Eundẽ in modũ definitio motus a definitione prioris & poſterioris i motu diſſentit. Nã finituꝝ motũ:dicet mobilis rei actũ eẽ prioris & poſterioris redditurus rõnẽ: altera uia conabit. Quẽadmodũ itaq; tã & ſi pater ex ſubiecto ſit Socrates:patris tamẽ & Socratis rõnes euariãt. Itẽ qnarius tã & ſi ex ſubiecto ſit lignũ:diuerſa tamẽ & citra ſubſtãtiã ligni definitio aſſignãda qnario eſt:qa qnarius i eo q; qnarius numerus ẽ nõ lignũ. Ita prius poſteriuſq; in motu:q̃q̃ ex ſubiecto habẽt ut ſint motus:diuerſam tamẽ & demutãtẽ a motu eſ ſentiã obtinẽt. Ea nũc q̃do a motu differre monſtrata ẽ:capeſcẽda nobis hoc loco diſqrendaq; ẽ. Itaq; aĩaduertendũ diligẽter eſt:quẽadmodũ tũ prius tũ poſterius itelligamus i motu. Ergo quẽadmodũ q̃diu lineã cõcipimus:unã cõtinuã itegrã ppetẽ:nihil neq; prius:neq; poſterius notat i linea. Sed ſimul diſiecta i ptes ẽ: aut iterpũcta definitaq; notulis:ſtati prius hoc:poſterius illd i linea facimus:ita i motu prius & poſterius nõ ante cõcipimus q̃ definiat & quaſi dehiſcat aut diducat i partes: atq; ita unus ille tanq̃ alius atq; alius poſſit afferri. At quomodo diuidi poteſt motus? Nũ punctis? At motus caret ſitu & poſitu. Sed dicendũ puto motũ:ſi nõ eũ q; ,ppriẽ eſt: ſaltẽ ſui generis aliquẽ q̃ſi ſitũ habere: ut puta: ſcribit nunc manus cõtinuata ſerie nec interpollat ſtilũ:dico illũ motũ quẽ abſoluit priorẽ eſſe eo quẽ initura abſoluturaq; eſt. Quãobrẽ? nẽpe qa illũ iã cõfecit:hũc icipit. Stat itaq; ſecari motũ hunc poſſe: & aſſignari aliqd huiuſmodi diſcrimen i eo:q̃le eſt punctus in linea:qd partis prioris depoſitio finiſq;

xcix

c

ſit: ſequentis ortus initiumq; ſignum id uerbi gratia: ſit hoc quod dico. Nunc ſi igitur diuidere denuo motū illū currentis manus & uolumini implexæ uoluero: utar ne eodem ſigno momentoq; quo ſum ī priori diuiſione uſus: an præſente qđ mō efferro: imo qđ nemo iā poſſit efferre? Patetq; me non illo priore qđ abiit: ſed alio & inſtante hoc atq; iūcto uſuq;. Ex iis duobus ſignis utrum dixeris prius? utrū poſterius? an anteq̄ reſpondeas teſtatum ſcriptura eſt: illud eſſe prius: cuius opera interuentuq; priorē diuiſionem commiſimus: illud poſterius: cuius poſteriorē. Sed quamobrem prius eſt hoc altero? Nū iccirco quia hoc in tabula ſcriptū eſt hic: illud illic: nequaq̄: alioquin ſi ſcriptū nō fuiſſet: neq; hoc prius: neq; illud poſterius haberet: quod ridiculū eſt. Nam quur ita? Conſtat igit prius hoc utiq; præteri iſſe poſterius alterum ſubſequutū. Quum ergo diuidimus motum & in plura momentis ſecamus: aliud q̄ tempus & temporis partes afferimus? Præteritum enim & futurū: ex quibus conſtat tempus: nihil aliud ſunt q̄ ſeries prioris & poſterioris in motu: quæ momentis diffiniunt: & tanq̄ aliud atq; aliud nu
ci meranť. Quare idem erit tempus & prius & poſterius in motu non ſimpliciter ſed: quotiens diffiniunt & numerant. Diffiniunt uero non alio modo q̄ quum duo momenta afferunt & accidunt animo unū ut prius & prioris motus extremū: alterum ut poſterius & poſterioris motus extremum. Item nō aliter diffiniuntur q̄ extrema a mediis diuerſa eſſe concipimus. Quum enim animus eius momenti memor: de quo pridie cogitauerit: poſtridie de altero cogitat: cōtinuo intelligit id eſſe tēpus: qđ duobus momentis: perinde ac duabus marginibus includit: atq; ita demū uniuerſitatem illam poteſt diſtribuere in partes & horas quindecim aut ſexdecim dicere: tanq̄ ſi de linea finita pedem quis recidat: duobus modis inditis punctis. Sed & unū quoq; momentū ſæpe facit ut intelligat tempus. Verū hoc non abſolute aut perpetuo: ſed quotiens momentū illud pro initio & pro exitu inſumit. Nam ex hoc quoq; prioris & poſterioris ſenſus quidam elicit. Id enim prius eſt: cuius momentū eſt exitus: illud poſterius cuius initiū. Ita omnino cōfit: ut natura omnis & eſſentia temporis a priore & poſteriore ī motu ducat. Erit igit hæc definitio tēporis: diſcrimen prioris & poſterioris in motu: quotiēs diſtinguuntur diſcriminanturq;: hoc eſt quotiens ī numeꝝ ueniūt & percenſent ab animo. Numerus enim non unius eſt neq; eius rei quæ inpromiſcua penitus indiſcretaq; ſit: ſed eius quæ partes diuerſas ſuiq; generis habeat. Nō ergo motus ipſe ſed ptes in motu penes prius & poſterius numeratæ ſunt tēpus. Quare ut quæ dicta ſunt oīno breui concluſione teneamur: commodiſſime definiemus hoc modo. Tempus eſt numerus de priore & poſteriore motu collectus.

cii Llud autem argumento eſt: tempus eſſe numerum oportere: q; quicquid rationem pluris & minoris capit: numero indicat æſtimaturq;. Numerus ergo quiddam eſt tempus. Sed & prius atq; poſterius recte adiectum eſt: quod hinc liquet. Numerant motus & quidem plures ſimul. Nam & augeſcere & caleſcere & deferri quis eodem puncto pōt: atq; ita tribus ſimul agi moueriq; motibus huiuſmodi motuum. Ternariū numerum non dicimus eſſe tempus: ſed eum numerum quem ſeorſum in ſingulis motibus prius & poſterius faciunt. Neq; perturbari quem uelim: q; quum numeratas partes in motu tempus eſſe dicamus: non tamē numeratas res modo: ſed numerum in definitione locauimus. Nam res numeratæ ſolent interim numerus dici. Quemadmodum enim duplex ſignificantia menſuræ eſt. Nam & quod menſurat: ut olla: ut cadus: ut modius & quod menſuratur: ut triticum in modio: ut uinum in cado: utrumq; nomini menſuræ communicat. Dicimur enim heſitaſſe modiū: non ligneum: & bibiſſe cadum non ipſam uegetem æneam: ita & numerus non ſolum eſt is: qui ex unitatibus conſtat: ſed & res ipſæ quæ numerant. Ille diſcretus ē nō continuus: & ad naturam temporis explorandam ſignificandāq; pertinere non pōt: immo impedimēto eſt potius: hic continuus eſt: eo modo quo tripedaneum tælum. Neq; accedendū Galeno eſt q tempus cauillat definitum eſſe per tempus. Is quum pleraq; ſignificata prioris poſterioriſq; dinumeraſſet: dixit cætera non congruere definitioni prius & poſterius temporis ſolum uideri congruere. Ita efficiebat ut tempus numerus motus eſſet ſecundum prius & poſterius tēporis. Sed ſciendum ē prius & poſterius: quæ in motu ſunt non habere a tempore: ut prius & poſterius ſint: ſed e cōtrario potius efficere: ut prius & poſterius adſint in tempore. Quod autē prius & poſterius in motu eſt: dictum ē a priori & poſteriori in magnitudine proficiſci: unde & continuitas naſceret. Atq; hoc euidenter Ariſtoteles indicat. Prius inquit & poſterius in loco primum habent: inibiq; poſitu conſtant & ſitu. Sed cum ea in magnitudine afferant: neceſſe eſt in motu quoq; eaſdem rationes afferi. Sed concedat Galeno prius & poſterius in motu nihil aliud ſignificare: q̄ prius & poſterius temporis: quid tum poſtea? Neq; enim nos fere aliud dicimus. Nam quum tempus eſſe prius & poſterius in motu dicamus: neceſſariumque ſit: ut idem afferant definitiones & nomina quæ definiunt: nihil certe aliud fuerit prius in motu: atq; poſterius q̄ prius & poſterius temporis. Quamobrem hoc illum latuit qui definitiōem oppugnat: &
ciii mehercle tutius fuerat illam admittere. Sed & ut aliud atq; aliud tempus ſit: hoc facit motus: qui alius ſemper atq; alius cernitur. Cæterum quæri ſolet: quum plures motus ſimul ac pluribus locis exerceā-tur exercet Athenis: exercet Lacedæmone: exercet Corynthi: quidnā cauſæ eſt: quur non & plura ſint tpa? Quoniā inquam idem momentum idemq; ubiq; nunc eſt: ab ipſo autem nūc habet tempus: ut idem & diuerſum intelligat: atq; unum tempus eſt tunc: quum unum eſt nunc: plura quū plura differentiaq;. Plura & differētia ſunt: quotiens unum ut prius: alterum ut poſterius deſignat. Sed adhuc ſubiit quod ambigas: qui fieri poſſit: ut ipſa nunc momentaq; differant: quum ratio & natura una ſit omnibus: quis prius hoc: poſterius illud itelligat. Aut Socratem alium putemus fuiſſe: quum ī Lycio

ſederet:aliũ quum in foro ageret:quod ſophiſtæ pollicent oſtendere. Sed ſoluit:quemadmodũ Socrates q̃uis ſeſe huc illuc conferet:tamen ſubiecto unus erat ratione diuerſus:quia non idem ſit ī Lycio & in foro eſſe: ita & in ipſius momenti:quãuis ſubiecto natura una:atq; ſubſtantia habeat: ratione tamen definitionecꝫ differret. Eſt enim alia ratio eius nunc quod apud Homerum Hector dicit:quum equos alloquit̃ inhortaturcꝫ. Nunc agite alipides generoſum attollite pectus, Promite præſentes aios diſcrimine herili, Conſtet ueſtra manus. Alia huius qđ hoc albo nũc ſcribit.

IT ut planius condiſcant hæc paulo ſunt altius petẽda. Magnitudinẽ comitat motus. Motũ comitat tempus:ut dixius. Quapropter æquũ eſt:ut harũ quoꝫ rex cauſæ efficientes ingenerãteſq; eadẽ iter ſe ꝓportione reſpõdeãt. Magnitudinis efficiẽs cauſa pũctus ẽ. Motus ea res q̃ mouet in motuq; eſt. Temporis ipſum nunc ſiue momentũ:erit igit momentũ unũ. Quemadmodũ unus eſt pũctus:unus ẽ lapis: ſiue huc ſiue illuc ferat. Sed ratione definitionecꝫ diſcrepat. Nam rem quæ mouet deferturq; ita conſeqtur momentum:ut ipſam delationem tempus. Sed & cognoſcit quoꝫ ipſum momentum non alia re q̃ ea quæ mouetur & fertur. Nam prius & poſterius quæ reperiuntur in motu:ſecus rem delatam & eius tranſitum numerantur. Alioquin illa quieſcẽte nullum diſcerniculum prioris & poſterioris extaret. Sed quoniam mobile iterim locum priorem obtinet:interim poſteriorem:fit ita ut in motu tũ prius tum poſterius incernat. Porro hoc tũ prius tum poſterius quod numerari dicimus:ipſum omnino nunc eſt:unde fit ut ſubiecto idem ſit prius & poſterius nũc. Ratione utiq; & definitione diſſentiat. In eo enim quod numerum præbet quodꝫ poteſt tanquam aliud atq; aliud accipi: efficitur ratione & definitiõe diuerſum. Pro eo uero q; res quæ defert notior eſt delatione ſua:quum omne quod mouet monſtratum aliquid ſit & ſubſtãtia: ipſum quoq; momentum notius erit & manifeſtius tempore. Nam de tota immenſitate temporis ſolum momentum attingitur. Clarum eſt autem ſemet comitari & appellare uiciſſim momentum & tempus:ita ut ſine altero neutrum poſſit conſiſtere. Eſt enim tempus fere de momentis conſtitutus conflatuſq; numerus. Nam momentũ quodammodo unitas tẽpori eſt. Et ſicut unitas repetitiõe alternationecꝫ numerum facit:ita momentum reciprocatione & iteratione tempus:& quemadmodũ unitas q̃q̃ inſecti lis conſtituit tamen numerum ſectilem:ita momentum quod indiuiſile eſt inuehit tempus quod diuiſile eſt. Cæterum differentia in eo noſcit:q; momenta unam continentiam pariunt:unitas diſcretionem molitur. Plane continuat momenta tempus ut dixi:ſed & diuidunt quoꝫ eo modo:quo motũ ſuum mobile:& delatile delationẽ. Eſt enim ideo iugis & una delatio: quia unũ eſt quod defert:unũ inq̃ nõ ſimpliciter. Nam hoc quidem modo una res fuerit q̃ monſtrat:corpuſq; eſt:q̃ lignũ qua ferrũ qua lapis:ſed qua defert:ideſt ī eo q; in motu delationecꝫ ẽ:quo reſpectu unũ eſſe nõ poteſt ſi motũ diſtrahat interrũpatue. Tũc enī neq; continuus neq; unus fuerit motus:q̃is ſit id:qđ moueret unũ: ſed tũc & unus continuus eſt:quũ qđ defert in eoq; defert eſt unũ:hoc eſt quũ nõ interlaxat nec interquieſcit:alioquin interpollando prior motus definit & poſteriori abſcinditur atq; dirimitur. Deinde repetitur ſeries continuaturq; uicibus. Atq; ad hæc omnis res quæ refertur:ita ſe habet: ut punctus ad lineam. Quãq̃ nonnihil intereſt:quia punctus aſſignari bis tũ pro initio tum pro exitu poteſt. Eſt enim permanens quidã pũctus:& ſitũ fere ſtabilem habet. At quod defert in eo quod defertur bis afferri nõ põt:qa cõtinue a ſtatu ſuo demutat:nõ q; demutet a ſe:ſed q; alium ſubide ſemꝑ atq; alium locum demutat & uertit. Nam ſi bis eodem in loco haberi poſſet:iam inibi iſiſteret:atq; ita nõ continue mouere ut ſubiacebat. Eodem modo neq; momẽtum aſſignari bis põt. Dicat aliqs ſi momẽtũ bis aſſignari non põt:quomodo ꝓtinebit ad numeꝝ? Certe ut puncta:nõ ea quæ principium finiſq; ſunt: ſed quæ utrinq; extremas lineæ clauſulas inſidẽt diuerſa iter ſe diſtinctaq; ſunt:ita ut tũ hoc tum illud ſeorſum monſtrari & accipi poſſit. Ad eundem modũ & momẽta qbus includit tps accipiunt: uti diuerſa: hoc ut prius:illud ut poſterius afferat. Idem uero bis accipi nullo mõ põt:qa nullo mõ ẽt põt tps ſiſti: palã quoq; eſt tpis partem non eſſe momentũ:ſicut neq; res quæ defert:pars eſt delationis:neq; lineæ punctus. Nam lineam partiri eſt in lineas:& motũ in motus & tps ī tẽpora. Sed quærit utrius extremũ ſit ipm momẽtũ:utrũ motus an tpis. Dictũ eſt. n. aliquãdo momẽtum mouẽtis & iſtantibus diuidi. Soluit:ꝑ ſe extremũ eſt tpis:ſed qa tempus nihil aliud ẽ q̃ partes motus ſecũdum prius & poſtrius numeratæ. Quotiẽs momẽtum & numeratum accipit:tũc motus quoq; ipſius extremũ & terminus fuerit ita ꝑ accidẽs erit terminus motui: & ubiq; ſimul motibus oĩbus aſſidebit. Cã ea quã dixi:qa uidelicet nõ eſt ꝑ ſe terminus motui:alioqn ei tãtum motui ꝑſeruiret addictũq; eſſet:cuius eẽ terminus diceret. ſed ꝑ ſe terminus tempori eſt:qđ numero motus deſcribit. Numerus uero plurium rex ſimul eẽ idẽ põt. Exempli gra. Denarius ueterinoꝝ & hoium. Quãuiſq; tẽpus non ſit numerus. Is quo numeramus:qui ob id numerus numerans recte appellabit. Sed is quem numeramus:q; & numeratus numerus dicit:habet tamen proprietates & ueſtigia numeri numerantis. Vbiq; enim tps unum idemq; habet numerat percenſet pluribus ſimul motibus corrogat auctioni delationi alterationi. Iam ſatis oſtẽſum uidet tps eẽ:tũ numeꝝ: tũ numeꝝ motus ſecus prioris poſterioriſq; rationem.

SEd & continuũ quoq; ſit tẽpus oportet. Motus enī uniuerſus & ipſe continuus eſt. Sed ambigas cũ numeri ſectio extrahi non poſſit in ifinitum: ſed finem offendat & qdẽ minimus habeat ut duitas: quãobrem non poſſit:& tempus aliquod oſtẽdi minimum? An duplex eſt numerus:alter qui ex unitatibus conſtat:atq; hic eſſe minimus põt:alter qui non ex unitatibus abſolute:ſed ex rebus conſtituit:ut equis canibus lineis. Nam & quinq; lineas & quinq; trian-

gula dicere numeros ſolemus. Tales numeri ſi de multitudine quæris minimum habẽt. Nam duæ li
neæ & quo equi minimum ſunt: ſi magnitudinem ſpectas non habent. Nam quæcꝫ res talis ĩ ĩfinitũ
ſecabilis eſt. Eodem modo præfiniti alicuius certicꝫ temporis. Verbi gratia. Duarum horarũ: ĩ eo qđ
cõtinuũ eſt afferri breuiſſimũ aut minimũ aliqđ nequeat: quia in eo reſpectu nõ eſt numerabile. In eo
uero quod definiť: & quodãmodo diſſerať momentis priore poſterioreꝫ hactenus & numerari põt:
& minimũ indipiſci. Duæ horæ quo ad numerũ pertinet minimæ ſunt: quo ad magnitudiné & cõti-
cviiii nuationẽ nõ ſunt. Nec caret ratione & tẽpus multũ & paucũ longũ & breue dicať. Habet enim cõditio
nẽ utriuſcꝫ quãtitatis tũ cõtinuæ tũ diſcretæ. Nã q̃ iuge & continuũ eſt dicit longũ & breue: qua diſtin
guiť nũeraturcꝫ: ĩ hoc numerus dicit multus & paucus. Non tamẽ uolucre aut tardũ ꝓprie dixeris tẽ-
pus: quãdo necꝫ ullus quocꝫ numerus aut tardus aut uelox habeť.

cx PAr eſt autem ut ſimul ubicꝫ idem tempus ſit: q̃uis quod prius & poſterius ẽ: diuerſa inter ſe
ſint tempora. Nam & motus præſens unus eſt: tameſi præteritus & futurus diuerſi. Præ-
terea tempus & numerus nõ is: quo numeramus: ſed is q numerať: hic autẽ idem ẽ oĩum.
Vt denarius: ſiue is equoꝝ ſiue hominũ fuerit. Numeratæ uero res. i. hoies decẽ & eq decẽ
cxi non ſunt amplius eædem. Ergo ſi tẽpus ſecundũ prius & poſterius numerať: neceſſe ẽ: ut prius & po-
ſterius diuerſa ſint tẽpora. Item quemadmodũ motus unus & idem ſemel digeſtus põt itecꝫ atcꝫ itecꝫ
inſtitui: ita & tpus põt unũ & idẽ itecꝫ atcꝫ itecꝫ reuerti: uer æſtas autumnus hyems. Subſtantia itacꝫ
tpis hæc eſt. Nã in motu prius & poſterius nũerata ſunt tẽpus.

cxii POrro tpus quum ita definiať principaliter motũ menſurat. Per accidens cõtra menſuratur
a motu: nõ ſolum enim dicimus motũ multũ: eum qui multo tẽpore agit exerceturcꝫ: ſed
cxiii tempus e diuerſo multum in quo multus conficitur motus. Alioquin hoc & ĩ cæteris mẽ-
ſuris quocꝫ uiliť. Oẽs enim a menſuratis uiciſſim contracꝫ menſurantť. Nã & modius tritici
modiũ ligneũ: & cadus uini cadũ æneũ remetiť: ſi q̃drent. i. ſi necꝫ exuberent necꝫ ſubſidant. Atcꝫ hoc
in mẽſuris cõtinuis nõ admodũ miꝝ ẽ: quado & ipſe ille nũerus q ex unitatibus cõſtat quodãmodo
xix rium digerat:nonne clariſſime calumnia illius argumenti patuerit? Ac ratio quidem illa de inanimalium motu:qui quum prius non eſſet:factus tamen recens dicatur:facillime reprehẽditur: nihil enim in eo eſt:quod magnopere admirari debuerint:quando res illæ:quæ agitatorem extrarium habẽt: p̃ſente illo moueri neceſſe eſt:abſente quieſcere. Neq; ſequitur ſi hæc moueri incipiunt:& rurſum quieſcunt:nullum adeo motum eſſe perpetuum. Quid enim prohibet moueri aliqua continentes & ſemper:atq; etiam particularium motuum eſſe cauſas:ideſt unde motus inanimis extrinſecus miniſtrent̃. Porro quærere:quur non ſemper moueantur inanima:q̃uis mouentia in continuo excitu agitatuq; ſint:ad præſentem locum non pertinet:in quo id modo agitur:ſit motus ullus ſempiternus:an ſecus. Illa uero quæſtio commodius tractari cum alia poteſt:quæ ſciſcitatur:quur compluſcula huiuſmodi ſint habeanturq; in natura:quæ interim ſtent:interim moueantur:ceu inde totius huius diſputatiõis cardo & deciſio pendeat. Nam de animalibus itidem:quæ prorſus uidentur tum moueri:tum quieſce-
xx re:& quum mouentur:intra ſe motus illius cauſam deliteſcentem habere:eadem quæſtio ſolet conſtitui. Cæterum neq; hoc difficile ſoluitur:q̃uis ea ratio:ſiqua perſuadere maxime uideatur poſſe motũ omnem incipere:qui ante non fuerit:nunq; oĩno quieſcunt animalia:ſed ſemper inſitis quibuſdã: atq; ingenitis motibus agitantur. Neq; tamen illa cauſa:quam intra ſe gerunt omnes agitatus præſtat ſed unum:qui per locum obitur. Extrinſecus pleriq; motus afferuntur ab aere circũciſo qui ambeſt. Nam

& calefiunt & frigeſcunt:& inalbeſcunt & fuſcantur:& tuentur & audiunt:concæpto atq; hauſto extri
ſecus motu.Nihil igitur obſtat:niſi fortaſſe neceſſe eſt corporibus ab operiente nos aere multos mo/
tus accidere.Quorum alii mentem exercent:alii appetitum cient:alii uniuerſum animal agitant: reca/
lefactio bibendi deſyderium cõmouet:deſyderium animal producit ad fontem.Iam ſomnus ratione
hanc apertiſſime condocet.In eo tametſi nulla pars corporis moueri uidet:multæ tamen mutationes
interius miniſtrant:fit cibi concoctio:fit ſucci eius inter uenas & uiſcera diſpenſatio:fit fluentorum ad
excrementa & ſedimenta collectio:ſpirant:ſomniant:uariis uiſis animus modo in gaudia mittit:mo/
do terriculamentis horreſcit.Partes quoq; ipſæ atq; extimæ corporis margines:modo rigent & con/
glaciant frigoribus:modo calore diffundunt atq; tabeſcunt:quorum utrumq; aer is facit:qui circũſe/
cus nobis obducit.Tandem emicant expergita:& aliqua huiuſcæ generis cauſa:quæ animalia uelicari
& excitare de quiete ſoleat.Sed de animalium & inanimalium motu:& de tota quæſtiõe hac:facile qd
ſit ſequendum uidebimus:ſi quemadmodum paulo ante dixi:generalem cauſam illam didicerimus:
cur nõnullæ res ea natura ſint:ut aliquando quieſcant:aliq̃do moueant.

RE petendum eſt itaq; altius:atq; hunc in modum diuidenda eſt rerum natura. Neceſſe eſt xxi
aut omnia quæ ſunt immobilia eſſe:aut omnia moueri:aut aliqua ex iis moueri: aliqua nõ
moueri.Quod ſi damus motum & quietem:rurſus hoc in tria membra diſtinguimus: ne
ceſſe eſt enim aut alia ſemper moueri:& alia nunq̃ moueri:aut omnia ſimul nunc quieſce/
re:nunc moueri: aut quod eſt reliquum:aliqua ſemper moueri:aliqua ſemper quieſcere: aliqua nunc
quieſcere:nunc moueri.Dein ex iis quid magis uerũ ſit requiramus.Erit hoc & finis & diſſolutio oĩ/ xxii
um difficultatum:quæ pertingere motum poſſint.Non eſſe omnia immobilia aſpectus ipſe teſtimo
nio eſt:cui quod accidit non agnoſcere:iniquum eſt:præterq; deridiculum:ubi ſenſus fidem facit: ra/
tionem quærere:quædam adeo imbecillitas animi atq; retuſio eſt:non ſtatim perſpicere:quid deſyde
ret:quid non deſyderet rationem.Habent enim nonnulla:quæ certiora illuſtrioraq; ſunt:q̃ ut rationẽ
ullam expoſtulent.Et præterea non reuocant in dubium:qui naturalia cõmentant:utrum ĩmota ſint
omnia:quemadmodum initio opis diximus.Alterum caput erat:utrum omnia moueant ſemper:q̃q̃
autem non moueri omnia uſq; adeo manifeſtum eſt:ut nullius probationis indigeat:quia tamen no/
ſtræ diſciplinæ minus infeſta aſſertio eſt:quæ tollit quietem:q̃ ea quæ motum:non fuerit diſſentaneũ
ad id aliquam rationem adiungere.Plane fuerunt nonnulli:qui moueri ſemper omnia affirmarẽt: ſed xxiii
latere id ſenſum magna ex parte nec cerni.Contra hos q̃uis non diffiniant:utrum motu omnia uno &
continuo moueant:& ſi uno:qualis máſit ille:an omnibus ſimul motibus:non eſt tamen impẽdio dif
ficile diſputare.Nihil augeri & minui poteſt continue:ita ut auctio cohæreſcat minutioni:ſed ſemp in
ter auctionem & diminutionem interſtitium motus ſit:& media quies interiacet.Nam ſi motus au/
ctionis & minutionis unus continenter eſſet:res quæ augeſcerent in decrementum & minutionem tẽ
dere ac pergere dicerentur.Sed neq; motus ipſe auctionis perpetuus eſt:adeo ut ſiquis cubitis duobus
uigeſimo anno auctus ſit:non eſt neceſſe partem illius cremẽti aliquam ſingulæ horæ attulerint.Alio
quin uerum ſit:quod & dicit a nonnullis.Si quinque millia guttæ lapidem inforant:ſuam cõſtare ſin/
gulis ſtillicidiis ſcobem in lapide.Et ſi caprificus parietem hærendo innaſcendo dehiſcere faciat fiſſura
& diſcuſſura palmipede: ſuas ſingulis partibus temporis diſcuneaturæ illius rimulas:iam inde ab ini
tio ortus congruere ſortito.Quorum utrũq; falſiſſimum eſt.Nam quẽadmodum centeni nauim tra/
hunt ſinguli:ſi ſeorſum incubuerint:neq; mouere quidem loco poſſunt:ita tot aut tot guttæ lapidem
cauant:ſingulæ nihil cõmuniunt.Non enim ſi magnitudo diuidua eſt:quam multa ſtillicidia fodiũt:
ex eo accipi poteſt:ſingula partem magnitudinis illius abſumere:ſed quo ĩde periit:cõmuni opa oĩum
periiſſe dicit.Item quẽadmodum nauis:quæ a quinq̃ginta moueri non poterat:unius adiecta corro/
gataq; manu & mouet & trahit:& quemadmodum bilanx:libra:cuius examen decem hinc & hinc ta
lenta æquauerant:addito denarii unius ponduſculo ſtatim laborat ac deuergit altrinſecus:ita tot gut/
tæ:quæ nondum conficere:aut exterere lapidem poterãt:acceſſione unius iam terebrant excauãtq;.Eo
argumento manifeſtum eſt:earum rerum quæ ſe minuunt:nõ particulam aliquã idẽtidem adimi:ẽt
ſi diuiſile ſit in ĩfinitũ:qd diminuit:ſed aliquãdo exoleſcere eas atq; abire in totum. Idem ĩ alteratione
probãdum.Non.n.ideo diuidi alteratio oĩs in ĩfinitum põt:qa res quæ alterat diuidua in ĩfinitum ſit:
ſed interim eſt cũ momento tota exigit:ut cũ qd concreſcit:aut conglaciat.Prorſus nulla poteſt conti/
nua infinitaq; eẽ:quia omnis alteratio contrariis ceu clauſulis quibuſdã & euripis arcet.Cæterũ æger:
qui in ſanitatẽ it:donec ita mutat:uidet quidem alteraſcere:ſed poſteaq̃ conualuit:aptiſſime ab eo mo
tu quieſcit.Iã lapides quis edepol uidet tanto pſertim tẽpore molliores durioreſue factos:aut alio mo/
tu exercitos.Mirum hercules eſſet montes in cœlum ſubrectos:ſaxa immẽſæ uaſtæq; magnitudinis:
ignorãtibus nec aduertentibus nobis:moueri.Præterea ipſa tellus medietatem mũdi obtinẽs quieſce/
re in ĩmo clariſſime ĩtelligit:ſicut & reliqua ĩ ſuis locis naturalia corpora.Alioquin ſi mouent:q̃lis ob
ſecro motus is eſt?num naturalis?Iã regio illis cõueniens & ſalutaris tenet:num p̃ter naturã?At ſunt
in ꝑpriis ſuiſq; ſedibus.Hactenus cõfectũ:neq; moueri poſſe ſemp:neq; qeſcere oĩa.

NEque illud quoque dicere poſſumus: hæc quæ mouentur ſemper motum pati.Illa quæ xxiiii
quieſcunt: ſemper ſine motu eſſe: cum uiſus doceat uiolentos quoſdam & contra natu/
ram motus haberi. Haberi item auctionem minutionemque: quarum certus conſti/
tutus eſt ambitus.Simul enim ad quendam modum incrementa membrorum ſunt ſa/

cta:procūbit motus quasi iam crescendi ætas ac tempus excesserit.Item neq; semper quiescunt omnia: quæ quiescunt.Quicquid enim præter ordinem naturæ ex propriis obturbat exagitaturq; locis : stati desinit quiescere:indeq; ubi ante qescebat:demigrat:sed neq; qđ parit:semp parit:quia simulatq; pari/ tū est:desinit pari.Neq; qđ occidit:semp occidit:qa finis aliqs:tū ortus:tū iteritus ē.

xxv Reliquum est nobis inquirere duo illa quæ restant:primū:utrū omnes res habeant huiusmodi:ut interim agitent:interim quiescant:alterum an necesse sit:tria esse rerū genera:unū earum:quæ possunt quiescere & moueri:alterum earum:quæ semper quiescunt:īmo uero semper pigra īmotaq; sūt:tertium earum quæ semper mouent.Vtrum sit horum uerius: uidet aliunde ordientibus cōmonstrandum.Ita enim facilius fiet:intellectuq; capiet motum esse ali/

xxvii quem sempiternum.Ex iis omnibus:quæ mouent & mouent:alia ex accidenti:alia partibus : alia per se moueri & mouere dicunt.Quod si memores sumus eorum:quæ nobis præmissa sunt libro ab hīc quarto:scimus quid sit moueri per se:quid ex accidenti:quid partibus:ac ea quidem : quæ ex accidenti mouent:prætermittenda sunt nobis:utpote quæ infinibilia interminataq; sint:neq; in præcepta pos/ sint includi:aut distinctionem:artificem capere.Quæ uero per se mouent:quædam ui & præter natu/ ram:quædam natura mouent.Natura mouent ea:quæ causam & principium motus ītra se possidēt: ut animalia:ut arbores:& ut ex inanimis pluria:quæ mouent:ita ut sunt naturaliter īstituta:deorsum grauia & terracea:sursum leuia & ignea.Præter naturam mouent ea:quæ tum ui:tum non ita ut sunt naturaliter instituta mouent.Lapis sursum coniectus:ignis deorsum depulsus.Mouent etiam anima liū corpora aliquando contra naturam ut saltando. Iis enim quum grauia glebulentaq; sint:saltus nō potest esse naturalis motus:tametsi uero animalium corpora saltando contra naturam mouent : ipsa tamen animalia non dicunt moueri contra naturam:quia eius quoq; motus principiū intra se obti nent.Corpora uero:quia talis motus sibi:neq; in eo q; corpora:neq; in eo q; grauia:conuenit:contra na

xxviii turam moueri probant.Quæcūq; itaq; contra naturam mouent:nulla dubitatio ē:quin ab aliquo ex/ trinsecus moueant :utpote a quo de naturæ suæ instituto cogant decedere.Nihil enim se contra natu ram moueret:nisi externa uis cogeret & alienus impulsus.De iis uero:quæ naturaliter mouent : solet quæri:moueant hæc quoq; ab aliquo.Plane quæ naturaliter mouent: propterea ita moueri uident: quia non ab alio:sed a se mouent.Ac animalia quidem sine dubio ab aliquo moueri necesse est. Quā/ uis enim neq; ab alio:neq; extrinsecus moueant:discretio tamen quædam mouentis & moti : ratione deprehendit:neq; ihoc uis fuerit:moueant ab aliquo animalia necne:quippe q; constet illa moueri ab anima.Sed de eo iam nostra quæstio est:quonam pacto afferri seorsum possit in animalibus id quod mouet:& id quod mouet.Atq; hæc quoq; facile soluit.Quemadmodum in naui:& iis quæ īgenii nō naturæ sunt opera:ita in animalibus partes:quæ mouent:ab iis quæ mouent diuisæ abiunctæq; sunt. In hunc modum dici totum animal ipsum se mouere:tametsi habeat intra se id quod mouet diductū

xxix ab eo:cui motus affertur.Erat altera quæstionis pars a quonam inanima moueantur:quum naturali/ ter mouent:quod quidem perdifficiles explicatus habet:quia neq; ab alio moueri uident:neq; externū agitatorem habere:quemadmodum ea:quæ præter naturam & ui mouent.Neque ab aliquo quod ī/ terius:ut causa & principium habeat:quemadmodum animalia:quid enim afferri possit in illis: quod

xxx mouet distinctum ab eo:quod mouet:aut quod agit diuersum ab eo quod patit.Nam hoc discrimen in animalibus reperit:quippe quæ exanima formen & corpore:quæ duo capiunt existimationē mo/ uentis & moti:quando præsertim nullo genere diuidunt inanima:sed uno quasi glutino continentur atq; concorporant.Si enim intra se autorem motus sui aliquem gererent:qualis in animalibus anima est:si sponte mouerent:sponte etiam starent ut animalia:sed nec unam uiam semper agerent : īmo di/ uersas si spontaneo agitatu ferrent:ut animalia ambulant:illa saltant:currunt:tripudiāt:sursum:deor/ sum:progressim:cæssim in latus incedunt.Inanimis unus tantū motus & simplex deputatus est:eoq; uidet is ad certam & constitutam necessitatem naturæ referri.Quāobrem & hæc quoq; ab aliquo q/ dem moueri necesse est:licet a quo habeat hoc:est incertum.Sed tamen quemadmodum hoc quoq;

xxxi accipiendum sit instruemus.

Horum quæ mouent:alia secundum suam naturam mouent:alia contra suam natūram :ut cum claua ferrea lapidem mouet:nam neque qua ferrea est:neque qua grauis lapidem leuat:neque motus huius causam intra se possidet:sed extrinsecus accipit: atque inbibit uim mouendi. Illa secundum naturam mouent:quæ motus illius : quem ministrant principium intrase obtinent.Quicquid uero actu causa est:naturalem uim habet mouendi ea:quæ potestate sunt talia:quale id actu est : quod mouet. Quod enim actu calet : ius habet in id:quod potentia calidum est.Nam calidum actu:quotiens calefacit id:motu ciet īteriore:& suo.Et quemadmodum quod calet:causa mouens est eius:quod potest calorem accipere:ita quod potest calorem accipere:nam obnoxium atq; audiens est ei:quod iam calet.Nam ut illud faciendi:ita hoc patiendi principium intus agnoscit.Cæterum ignis & simplicia corpora:quum mouent:ab alio moueri manifestum est.Sed ui & cō tra naturam mouent:quum in alienos locos trudunt cogunturq;.Secundum naturam:cum in pro/ prios & ordinatos a natura ferunt : Ea uero delatio qua se res aliqua in sedem suam confert : nihil aliud est:nisi actus & consumatio potentiæ eius:quam antequā moueret habuerat. Actum porro ab eo accipit : quod causa efficiens est:ut sit talis:quæ ultra in eo loco manere non possit:unde excogita ta est.Illud itaq; quod facit:ut se in ignem aer cōuertat:cām quoq; habet:ut agat eo modo quo ignis &

quo leue:agere autem non potest ut ignis nisi sursum feratur: quia actus ignis est sursum ferri. Quic/quid.n.ab aliquo paritur moueturue:simul tale actu est:quale potentia erat:simulq; eum habitū reci/pit:quem recipere poterat:si nihil obstiterit continuo aget pro natura & qualitate habitus: quē recæ/pit. Nam qui condiscit simul atq; condidicit etiam contemplatur:modo nihil impediat:non uoluntas non desidia:non occupatio aliqua. Quēadmodū itaq; is qui discipulū cōmentationē aliquam instru/xit:causa est:cur is qui ita instructus eruditusq; est:sponte se ad illam conspectionē consyderationemq; conuertat & conferat:ita res quæ facit:ut quod graue erat:modo si:leue:causa est:ut nunc sursum con/uolet:quod deorsum aliquando uergebat. Est aūt aliter ignis:aliter lignū leue potentia. Lignū potentia xxxii
leue est:non absoluta sed remota:quia.s.uerti potest in ignē. Iā ignis absoluta & propinqua: quia.s.stati potest sursum ascendere. Sicut aliter musicus potestate est:qui disciplinam illā nōdū tenet:sed pōt si ue lit:aliter qui iā quidē tenet:sed ab usu atq; opera procul est:atq; hic medius:quidā est hitus inter actum & potentiā simplicē. Sed & is qui habitū illū scientiæ possidet:medius est inter eū:qui nōdū possidet:& eū qui iā in actu exercitioq; est. Quicquid igit̄ de prima illa & longinqua potentia in actū transfertur apertissime ab alio & a causa extrinsecus accidente mutatur. Ignis.n.non ipse a se:sed ab alio paritur: si/militer:nec aer:nec aqua:nec terra. Quum uero iā perfecta & consumata conuersio est:iā factus ignis: iā recæptus & haustus habitus:qui recipi hauririq; poterat ab eo:qui oīa hæc præferebat: & possidebat actu:q̄q̄ tunc quoq; potentia leuis est:nihilomiuus potentia hæc longe perfectior intelligitur esse q̄ prima:utpote quā si nihil ipedierit extrariū:statim insecuturus sit actus. Verbi gratia. Aer quoad dū potentia illa tam remota leuis est:& quoad dū potest in ignem conuerti:non condit: simul uero potesta/te proxima factus est leuis:idest simul conuersus in ignē est:si nulla uis feratur cōtinuo subuolat. Quæ cūq; igitur causa est:ut prior & remota potentia in posteriorem se proximā conferat:causa etiam est ut actus & exercitiū consequatur. Quāobrem quotiens dicimus ignem sustulli:aut terrā decidere alieno actore:id ita accipi uolumus:ut quia ipsa se parere & procreare elementa non possunt:primum ab alio facta intelligantur: deinde ut consequens fuerit ea nisu naturæ illius: ī quā commeauissent:statim mo ueri:nisi quid exterius præpediret.

QVi uero id quod resistit & impedit:amouet:partim agitat ipse:partim non agitat. Nam qui xxxiii
demolitur colūnam:& qui in aqua lapidem ab utribus separat:primum colūnam:aut lapi/dem agitat:tum deinde ex accidēti parietem:atq; utres mouet. Si itaq; omnia:aut ui:aut na tura mouētur:utrūq; autem:& id quod ui:& id quod natura mouet̄ alicūde moueri mon/stratum est:nonne oīa ab alio moueri conficitur? Sed qui hærent cū his illa quæ nobis olim dicta sunt naturalia corpora intra se habere principiū quietis & motus? Certe hærent atq; ita intelligēda sunt: ut rem habere intra se principiū motus nihil aliud sit:q̄ naturā habere audientē idoneā habilē: ut in id se uertat:quo externa uis imperat:& in qđ postq̄ est uersa:tali se aut tali motu: nisi quid obstet:exerceat. Quā itaq; qcqd mouet̄ ab aliquo moueat̄:ex iis quæ diximus īdubitabili luce colligit̄.

MOuentur uero omnia ab eo quod mouet bifariam. Nam aut mouet tantum nō etiam mo/ xxxiiii
uetur:aut ipsum quoq; alicūde mouetur & mouet:exempli gratia. Lapis moueri potest ab homine:moueri potest a claua: cum mouet homo tunc is originem totius motus intra se possidet:nec agitatur extrinsecus:cum mouet claua:tunc ea & motum lapidi præstat:& ab alio accipit:proinde origo motus non in claua habetur:sed ad uim refertur. Nec abitur tamen in infini tum:sed statur in aliquo:quod iam alicūde non mouetur:lapidem mouebit claua:clauam manus:ma/num homo:hominem nihil nisi ipse semet. Sane lapidem mouet:& homo:& claua:sed homo potissi/mum mouet:tum quia clauam homo mouet:hominem claua non mouet:tum quia sine homine cla ua non mouet:sine claua homo moueret. Ergo manifestum est id quod cæteris fons & prīcipium oīs xxxv
est motus:etiam si interceptu alterius interuentuq; moueat:nihilominus causam illam interius gere/re:eo fieri:ut quicquid mouetur:ab aliquo quod ipsum se moueat moueatur:aut statim & proxime: aut mediis rebus quæ moueantur & moueant:ita ut illud tandem primum summumq; teneatur:qđ iam procuratione nullius:sed a se cæteris motum ministret & afferat. Nam si id moueri ab alio dicat: id quoq; a quo mouetur:moueri dicetur ab alio:& illud rursus ab alio:ut in infinitum īquisitio ista ca/sura sit:quod fieri nullo modo potest. Si enim nullum caput causarum mouentium haberetur:qđ mo tus totius exordia prima reciperet nullum utiq; motum geri administrariq; uideremus. Præterea se/queretur in magnitudine finita:tempore finito:infinitum motum posse constitui. Nam si infinita sint ea quæ mouent & mouentur:necesse est ex iis concrescere magnitudinē aliquā infinitā:nō quidē quæ ex oībus:alioquin tā diuersis & pugnantibus coalescat:sed quæ saltem unitate attigua coeat:qcqd enī mouet:quia mouetur necesse est tangēdo moueat̄ & moueat. Sed colligamus quid nobis hactenus ra/tiones superiores attulerint? Si necessariū est omnia quæ mouent:moueri itidē aliūde: ex duobus alte rum relinquitur:aut ut in primā cām mouentē:sed īmobilem standū sit:aut si non īmobilem: saltem in eā quæ ipsa se moueat. Quum enī id quod mouet omne:aut moueri:aut non moueri necesse sit: & si non moueatur esse īmobile: si moueatur:aut a se:aut ab alio moueri:quumq; assertum sit nō sequi ut ab alio moueatur omne quod mouet: restat ut si id mouetur:moueri a se nulla dubitatio sit:præ/sertim quum sit fere consentaneum:ut id quod se ipsum mouet:potior causa motus esse intelligatur q̄ id quod ab alio mouetur. Id enim quod per se tum prius & præstantius pluriſq; est:tum causa quoq; ei quod per alterum agit.

xl NVnc alio capite diuidẽtibus quærẽda ratio eſt: qua id quod ſe ipſum mouet: mouere dicaſ. In primis ſecandi uidenſ modi: quibus ipſum ſe aliqd mouere poſſit intelligi: quoniã itaq; magnitudinẽ quæ mouef continuã eſſe confeſſũ eſt: neceſſe ẽ ſiquid ſe moueri dicaſ: ut aut totũ a toto: aut totum & partẽ a parte: aut totũ a parte: aut partẽ a toto: aut partẽ a parte exiſtimemus moueri. Hoc poſtremũ i duo membra diuidiſ. Nã aut ita pars a parte mouebiſ: ut ſingulæ partes a ſingulis uice iuerſa & mutuo moueanſ: aut ita: ut una pars moueat: altera e conuerſo non moueat. Atq; hoc ſignificatu ultimo accipi oportere id mõſtrabiſ: quod autocinetũ: ideſt qd p ſe moueri: ſiue qd ſemet mouere dicaſ. Nam reliqui diuiſionis illius modi in eo conſentiunt: atq; id peccant oẽs:

xli quot totum a toto moueri ſignificãt. Quod quidẽ contingere non poſſe: clariſſima ratiocinatione paulopoſt docebimus. Primũ hoc mandandum memoriæ eſt: præter mẽbrum ultimum cætera eandem plagam accipere. Nam ſi a parte totum mouef: ipſam ſe quoq; illa pars mouet: nam adẽpto ſubſiduo: quod ab hac parte diciſ moueri: relinquef ſola pars hæc: quæ ipſa ſe totam mouebit. Eadem inductio competet: ſi a toto parte moueri dixeris. Idem eueniet: ſi mouere ſe partes mutuo ſingulæ ſingulas ceanſ. Nam ſi ſingulæ mouent eas: a quibus mouenſ: ſingulæ quoq; ſe ipſas mouebũt: aut ſtatim: aut

xlii per mediũ. Non fuerit abre diuertiſſe huc tantiſper: ut modi illi in idem recidere uiderenſ. Quam uero abſurdum ſit totum a toto ſe moueri: multis e locis fides aſtruitur. Primum quæro utrum eodem motu: quo quid ſe mouet: moueatur totum a toto: an diuerſo. Si diuerſo: illud iam non mouebit ſemet: ſed quando diuerſi ſunt motus: id quod mouef: intelligiſ alterum ab eo: quod mouet. Si eodem: non uideo quẽadmodum aſſequi cogitatione quis poſſit: eodem motu deferre deferriq; aliquid: affici affici. Non abſimile id futurum: atq; ſi eãdẽ rõnẽ & diſcere ſimul & doceri dicamur: eãdem ualentiã ſanitatemq; curare & recurari. Quãq; autem ſunt hæc obtuſiſſima: fortaſſe tamen ineptiora incõmodioraq; uidebunſ: ſi recolere & meminiſſe ſuperiorum placuerit. Quicqd aliquo mouef: id potẽtia eẽ: ad quod mouetur. Quod. n. caleſcit: erat potentia calidum: & quod frigeſcit: potentia frigidum. Itẽ qcquid mouet: actu eẽ id ad quod mouet. Exẽpli gratia. Id quod calefacit actu eſſe feruidũ. Id quod frigeſcit actu eſſe gelidum. Hæc ſi ita ſunt: ſi id quod ſemet mouet: a ſe ipſo ideſt totũ a toto mouef: eodem reſpectu & actum & potẽtiã præferet: potentiam quatenus mouef: actum quatenus mouet. Iam perfectum ſimul & imperfectum diceſ: imperfectum quia potentiam obtinet: perfectum quia in actu conſiſtit. Quare & calidũ ſimul & frigidum uidebiſ: imo calidum & nondũ calidum: frigidum & nõ fri-

xliii gidũ fuerit. Relinquiſ ergo eius qd ipſum ſe mouet: ptem eẽ quæ moueat: ptem quæ moueaſ. Ea quæ mouet prorſus ipſa imobilis eſt: ea quæ mouef interim aliud quoq; extrinſecus mouet: interim tantũ mouef. Atq; hoc in animalibus uideſ facillimũ. Nam aialia eius generis ſunt: quæ per ſe moueri dicãtur: mouenſ illa eo: quo declaratũ eſt modo. Seorſum. n. habetur id quod mouet & imobile eſt: ut aia: ſeorſum id quod ab aia mouef: ut corpus. Corpus uero non etiam neceſſario aliud mouet: ſed aliquãdo mouet: aliquãdo nõ mouet: quum lapis trahiſ: tunc mouef & mouet: at quum dormiſ: non mouet: ſed mouef. Nam & nutritur & creſcit & ſpirat. Hactenus liquido apparet in re: quæ ipſa ſe moueat: diſcretionem haberi mouentis & moti: ac partem quidem illam: quæ mouetur neceſſario corpus eſſe: quia quicquid mouetur neceſſe ſit eſſe continuum. An uero altera quoq; pars: quæ mouet: corpus ſit: nondum ſed in loco docebimus.

xliiii ET ſit autem aliquid mouens imobile etiam: alia uia probauimus. Nam ſi aliquid eſt: quod mouef & mouet: aliquod: quod tantum mouef: merito ne dicam neceſſario aliquid debet eſſe: quod mouet & nõ mouetur. Hanc collationem exempla ſingillatim de rebus ſumpta ſeriam faciunt. In omnibus: quæ de duobus conſtant: ſi alterum poteſt eſſe per ſe: poteſt & alterum: uerbi gratia. Ex uino & melle melities conſtat: ſi poteſt mel ſine uino ſeorſum conſiſtere: poterit & uinũ ſine melle ſeorſum haberi: ita cũ aliqua ſint quæ moueanſ & moueant: ſi iueniunſ: quæ moueãtur tãtũ: iueniẽtur etiã quæ tantũ moueãt. Ex iis oĩbus ratiocinatio tota colligitur hoc mõ. Oẽ quod mouef ab alio mouetur: id qd ſupra aſſeruimus. Quia uero exiſtimatio iſta in infinitũ exire nõ poteſt: id qd primũ mouet: aut ſtabit: aut ſemet mouebit: ſi ſtabit: erit imobile: ſi ſemet mouebit: reqro illud primũ: qd motũ miniſtrat: qdo nihil a ſe: totũ a toto moueri probatũ ẽ: ita ſemp defendiſ immobile: qd cæteris fons: atq; pricipiũ motus ſit. Igiſ Anaxagoras recte: q mẽtẽ imobilẽ ſtatuit: quã motus principium ſtatuiſſet: ergo autorem motus primum eſſe immobilem oportere: ſatis effectum explicatumque eſt.

xlv AEternum quoq; eſſe primum motorẽ hinc licet cognoſcere: qa ſi motũ eẽ æternum neceſſe eſt: id quoq; quod ſit huiuſmodi motus cã: æternum eſſe & ppetuum cõuenit: ab omni mutatione cõuerſioneq; liberũ: iteritus: atq; ortus imunẽ. Porro quærere: utrũ qcqd ẽ æternum moueat: tãtum nõ moueatur: nihil ad rem pertinet. Cõcedamus aũt: ſi cui id placeat: plura eẽ mouentia: & quidem imobilia: quæ interim ſunt: interim non ſunt: q̃les fortaſſe aialiũ: tãetſi non omniũ aiæ uideantur. Quãobrẽ uero aialiũ genus indefecta ſerie attineatur: & quẽadmodũ aiæ eorũ quandoq; ſint: quandoq; non ſint: & qua ratione nunq̃ iſthic ſucceſſus procũbat: certã eſſe cãm: & neceſſariã & imortalẽ oportet: quia imutationis & ſubrogationis æternæ: non poteſt cauſa eſſe aliq̃ non æterna. Nã illud edocenter ac ſcite dici non poteſt: corrũpi ſemper cum rebus: quæ occiderent ſua principia: ſubindeq; oriri cũ rebus ſubcenturiari anticipareq; alia: atq; ita munus ſucceſſionis obiter impleri & perpetuo contineri. Nos ſummã illã & principẽ cãm & uerũ pricipiũ quærimus. Nã aliæ cau-

ſæ:quæ uiciſſim fiunt ut aĩaliũ aĩæ:ĩnumerabiles ĩfinitæq; ſunt:neq; ullo pacto ſimul habẽt. Quur.n: xlvi
hoc potius q̃ illud principiũ feceris. Prorſus ꝓpetuæ huius cõtinuationis rex & nũq̃ caſuræ cõſtituẽdus eſt autor ſempiternus & ſtabilis:nullo fine defectionẽ æui facturus. At principia corruptilia:ſiqua huiuſmodi ſunt aĩalibus: cõi caſu cũ aĩalibus corrũpunt cõmoriũturq;. Erit igit ꝑter hæc cã utiq; altera: q̃ efficiat ut principia illa uim habeãt generãdi ꝓcreãdiq; reliqua. Cæterũ ſi ſatis eſt ex antelatis oſtenſum xlviii
motũ eẽ aliquẽ cõtinuũ & ſempiternũ: quod.n. deinceps & cõſequẽs eſt:neq; cõtinuũ eſſe:neq; ſempiternum põt:neceſſario ea res quæ ſempiternũ illũ motũ intemperat una ſempiternaq; eſt. Nam ſi alia atq; alia diuerſis tpibus ꝓbaret:ꝓfecto motus ab ea continuus ꝓficiſci nõ poſſet:ſed alius atq; alius:& ꝓinde ut ſectus & conſequẽs ꝓueniret. Ex iis affirmare atq; adeo ſine dubitatione decernere poſſumus xlix
primũ haberi qddam atq; ĩmobile principium rerũ. Reliquas poteſtates unde animantes mouent: nec l
ſcienter nec ꝓprie appellari principia:primum qa neq; motuũ quoq;:qbus aĩalia moueant:cauſas omnium habent:ſed unius modo qui ad locum ptineat. Is enim ſolus ĩteriore uia natura cit & edit: reliq li
extrinſecus afferunt:neq; animales ſed naturales cenſent auctio minutio ſpiratio. Quod genus non ab aliquo nobis inſito principio miniſtrat:ſed a circũdante nos aere:aut a cibo qui pro alimẽto nobis additus ingeſtuſq; ſit. Deinde uel eius quoq; motus qui uerſat in loco:quem ſolum diximus ſponte ab animalibus gigni:non tota ratio intus eſt:ſed occaſio atq; inuitamentum habet extrinſecus. Fere enim ad cupedias cibi mouent:aut quod alio genere deforis oculos teneat. Vnde fieri nequit:ut ullo motu continue moueant. Nam ſi non aliud neceſſario ſomnus coquendo cibo requirit:at quum dormiunt animalia certe ſtant:nec mouenta ſe. Sed altera cauſa eſt:quur ea interim quieſcant:interim moueãt: atq; ea cauſa tametſi ſemper moueat:non tamen ſemper eodem modo ſe habet:neq; ſemp æqualiter afficit animalia. Manifeſtum eſt itaq; ex iis quæ diximus:oportere unum primum eẽ quod moueat:nec mo lii
ueat utiq;:ſi quemadmodum ꝓbabimus ĩmortalis & æternus eẽ motus debet. Si item neceſſarium ẽ ut mundus qa circũactu continuo uoluit: & moueat in ſe:& nihilominus ſtare itelligat. Sicut enim ea natura primi principii eſt:ut & moueat & ſit ĩmobile:ita id qđ mouet inde:utraq; ratione participat. Nam ſi ad partes reſpicias mouet:ſi ad totum ꝑſtat ĩmobilis.

Vod ſi primũ mouens ſempiternũ ĩmortaleq; eſt:illud quoq; qđ inde primũ mouet ſem liii
piternũ ĩmortaleq; fuerit. Si.n. aliud atq; aliud haberet cui primo rector ille primus motũ afferret:cõtinuus aut unus motus eſſe nõ poſſet. Sed quorſum dixi cui prio motũ afferret? Quoniã illa quoq; quæ oriunt & occidunt a principio mouent ĩmobili nõ tamẽ ſtatim & proxime:ſed mediis in iterſtitio plurimis:alioquin terrena hæc neq; mutationes cõuerſioneſq;:poſtremo neq; interitus aut ortus haberent:ſi nullũ corpus incideret:qđ a cauſa illa ĩmobili & principe moueretur:quodq; ſubide reliqua moueret:ita ut mortalitati uicaria & ſempiterna ſubiectione ſucccureret. Nã quum primũ illud ac ſummũ ſemper ſui par ſuiq; ſimile ſit: nõ poteſt eodẽ modo ſemper atq; uniformiter non mouere: neq; aliq̃ ratio eſt:qua ad mutua rei mobilis obſtringat:aut ad mutationẽ alterius uariet. At cœlũ & q cũ cœlo circũagit: Sol iccirco nõ eoſdẽ ſemp effectus pariũt:quia rebus: quas mouent uarie & diformiter accidunt. Alius motus appulſu:alius abſceſſu contingit. Atq; ita diſcrimẽ illud hinc oritur:ut res modo exerceri agitariq;: modo quieſcere ſederecq; uideantur. Ex iis omnibus arbitror propalam factũ quidnã cauſæ ſit:quur nõ omnia moueant aut qeſcãt:& quur moueant hæc ſemp:illa tantũ qeſcãt ĩmotaq; ſint. Sed & nõnulla quoq; haberi uiſitariq; diximus:q̃ mõ ſtant: modo in motu atq; excitu ſunt. Quum enim aliqua ſint primo finitima:aliq̃ ab iis ſecunda:quæ quanq̃ a ꝓpe tuo tamen a mobili & cõuariabili principio mouent:neceſſe eſt aliquibus eã eſſe naturã :ut iugẽ & uniformẽ motũ exerceãt:aliquibus ut laceſſitũ atq; difformẽ. Nã & principia unde mouent hoc differunt: q̃ alterũ uniforme:alterũ difforme cognoſcit.


Atis erat hac indagine demõſtraſſe illud eſſe perpetuum:quod primum a primo moueret. liiii
Sed & hoc aliunde uel apertius & communitius dilucebit. Si enim neceſſarium eſt indefectum & peremnem eſſe aliquem motum:qualis etiam eſt qui per orbem in cœlo agitur:& quem agitator ille primus quiſquis eſt affert:profecto & corpus quoq;:cui naturale ſit circumagi torqueriq; perpetuum eſſe & ſempiternum oportet. Nunc illud obiter explicandum atq; alio lv
initio aggrediendum uidetur:quur motus nullus præter orbicularem perpetuo attineri continuariq; poſſit. Tria ſunt motuum genera qualitatis magnitudinis loci. Is qui eſt loci: primus eſt omnium motuum: tempore natura præſtantia:quia ineſt in rebus & corporibus eadem dignatione autoritateq; præditis. Natura primus eſt localis motus:qa conſtet cæteros motus inſtitui ſine motu locali nõ poſſe motum localem ſine cæteris poſſe perſpicuum eſt. Primum auctio ſine delatione non fit. Nunquam enim crementa membris accidũt:niſi quod quis heſitauerit biberit ſumpſerit: confecto confici eſculẽta & poculenta non poſſunt:niſi proximent accedantq; corpori animalium ſtirpium hominum: atq; ita ſuccus is in omnes partes diſtribuatur atq; permanet. Ita uideri neceſſariũ:ut aut nos qui creſcimus: aut cibus ipſe quo alimur:aut utriq; locum ex loco uertamus. Auctio igitur & minutio ſine loci mutatione miniſtrari non poſſunt. Sed neq; alteratio:cum enim qualitatum quæ ad motum hunc pertinẽt oĩum principia denſitas & raritas ſint. Nã grauitas leuitas mollitudo aſpritia calor & frigus:quanq̃ neq; raritates dici:neq; denſitates poſſunt:ab iis tamen prodeunt pariunturq; ſine dubio. Denſitas porro & raritas ex concretione prouenĩunt:concretio & ſeceſſus non fit:niſi partes loco demigrẽt. Generatio quoq; & corruptio poſteriores natura hoc motu ſunt. Siue enim nihil ſunt aliud q̃ concretio & ſecre-

tio:ut Democrito placet:siue ut nobis uidet ex alteratione proueniunt:quãdoqdẽ ortũ atq; obitũ rex cõcretio & secretio uident præcedere:utrũ dixerisprior aliquis motus ob locũ inuenietꝫ: ita pria pars ꝓpositiõis nr̃æ asserta ẽ:sine motu locali nullũ motũ posse cõsistet. Nũc paucis altera quoq; uerissima eẽ monstrabit: sine cæteris motibus motũ localẽ posse istitui. Sed qd hoc facilius? q̃nã obsecro necessitas? ut id qd ĩ loco ferꝫ:augescat & alteraſcat:nascaꝫ aut intereat. Hactenus probatũ ẽ motũ localẽ iter
lvi oẽs motus primũ esse natura. Nũc dicemus quẽadmodũ primus quoq; sit tẽpore. Hũc motũ æterna solum agnoscũt:perinde qui solus ingenio sit ad cõtinuandũ & perennandum apposito:quod ĩfra mox
lvii æstimabimus. Aeterna caducis & genitis priora sunt tempore. Igitur motus illorum prior tempore q̃ cæterorum habebitur. Diximus motum localem esse primum tempore & natura:nunc reliquum est ut eum præstantia quoq; & dignitate & perfectione mostremus. Quod quidem cognitu & perspectu facilimũ est:tum ea ratione q; absolutissimis & pulcherrimis corporibus deputatus delegatusq; est: tũ q; nobis non iam inde ab ortu aut crepundiis:sed post aliquantũ temporis iam adultis perfectisq; accidit:quum firma incessui membra habentur. Alioquin animalia ĩ primordio inchoata & rudia iumus. Dicet quispiam pugnãt hæc superioribus. Dictum est motum localẽ priorẽ eẽ cæteris motibus. Nunc posterior comprobat exemplis:quando prius gigni nutricariq; animalia q̃ ingredi posse & mutare locum uident. Sed ad hoc facilis defensio est. Singulatim ortus & generatio prior ẽ motu locali ĩ uniuer
lviii sum Motus localis prior ẽ ortu. Necessariũ est enim ut eius rei quæ pariꝫ: præcesserit aliquod pariens: quod anteq̃ pareret motum localem utiq; exercuerit. Nam tum quum gignit gigni quod gignit dici aut existimari non potest. Ita fit ut sit necesse antequam quicq̃ oriaꝫ anteceſſisse aliquid qd̃ locũ ex loco mutauerit. Præterea si generatio prima statueretꝫ omnia : quæ aliquẽ motum perpessa essent priusquã
lxix mouerentur genita atq; orta fuissent. Non est ergo generatio prior motu locali. Quod si generatio posterior uincit:superfluum ẽ auctionem aut alterationem priores defendere:quia auctio & alteratio cõ sequũtur ortum ab eoq; sunt secundæ. Illud quoq; huc pertinet q; imperfectissimæ animantes localis motus expertes uidentur ut arbores cæterarumq; frugum genera. Et quæ q; ancipiti sunt natura Zoophyta nominantur. Iam ea quæ motu locali mouentur minimũ de sua substantia namq; concidunt: utpote cum hoc genere nihil integritati depereat. Non sic ea quæ alterantur : non sic ea quæ crescunt: quorum alia qualitatem demutant:alia in q̃titate modoq; uariantur. Præterea id quod semet mouet
lx principium est tum eoꝝ quæ mouentur:tum eoꝝ quæ mouent. Hoc autem ullum sibi motum nisi localem uendicat. Quare uel hac ratione primus motuum localis asseritur. In plenum res ꝓprie ac simpliciter mouetur quæ locum mutat. Quæ uero non mutat:sed aut augetur aut minuitur aut afficitur non simpliciter absoluteq;:sed quodam genere moueri dicitur. Quã itaq; sit primus motuum localis puto ex iis quæ sunt dicta constare.

lxi Vnc quisnam inter locales sit primus explicãdum uidet. Sane rationibus illis qbus hoc ꝓ
baturi sumus:illud quoq; obiter cõmuni usu monstrabit:eundem motum continuum &
lxii sempiternum eẽ. Nam ex reliquis nullus statui sempiternus põt:utpote qui terminis extremisq; arceant:omnesq; se ab oppositio in oppositum conferant. Generatio in ens:corruptio in non ens ꝓcũbit. Alteratio affectionum contrarietate compescit. Auctio & diminutio intra certos se magnitudinis & paruitatis limites continet. Quum itaq; cõtrarios aduersosq; motus uniri & coalescere impossibile sit. Quæ uero continuant unita & coalita eẽ oporteat:nimirũ cæteri motus iungi & attineri non poterũt. Quã uero fieri nequeat:ut ex contrariis motibus unitas & coalitus fiat:ita ut res quæ illius motibus mouet tanq̃ uno duobus utat in aperto est:alioquin re ab se itelligit: si ita dicat futurũ ut res simul & albescere & nigrescere sanescere morbescere crescere decrescere oriri occidere uideatur. Si igit qd albefit non simul nigrefit:alioqn finis & exitus albescendi esset nigrescere: manifestissimum puto:quum nigrescit res altero motu agitari:q̃ eo quo prius quũ inalbebat. Quod si nũc sequius atq; antea mouebat:res aũt & tũc & nunc extabat:clarissimum est:eam rem de uno motu in alterum proꝫcessisse iterquieuisseq;. Nam si in tẽpore nullum interstitium motus fuisset:fateri necesse est:idem contrarios motus:tanq̃ unum & contrarium egisse. Eadem ratio in generatione corruptioneq; congruit: ne attineri inuicem possint:q̃is enim contrariæ oĩno non sint:opponunt tamẽ & quodammodo aduersant. Sed differentia ea: q; licet in utroq; genere motuum:idest tum ĩ propriis ueriſq; motibus:tum in ĩpropriis semp aliquid intermedium habeat:tamen in ꝓpriis quies media ẽ: in impropriis non quies:sed tempus intercidit. Quum enim occidit aliqd:quotiens ad non ens cõuersum mutatũq; est:dici non põt quemadmodum in non ente quiescat. Inter corruptionem igit:quæ in nõ ens ꝓcumbit:& generationem quæ initium a non ente capit:tempus erit interpolle nõ quies. Alioquin sit absurdum:si id quod ortum tantisper est continuo interire dicat:neq; tempore ullo obmanere:in ea solidi
lxiii tate euidentiaq;:quã sibi genitura ortusq; attulit. Hactenus satis probatum est nullum motum ex reliquis posse haberi continuum.

lxiiii Vam uero solus motus localis contineri serie sempiterna possit:tãtum non oĩs:sed q per orbem fiat:modo indicaturi sumus. Quicqd mouet aut p orbem:aut p lineam directam:aut per genus aliud q̃ per orbem q̃ p directã mouet:ut si p aliquid qd̃ sit ex utroq; permistum Quãobrem si illi simplices motus:q per orbem aut per directam fiunt continuari nõ possunt:neq; is quoq; uidebit qui ex simplicibus componit. Nam si ꝓpetuitas eripit simplici:cui dignius tribuat:concreto q uendices? Primũ igit id monstrãdum ẽ:motum eoꝝ quæ recta atq; eregione mo

ueanť continuari non poſſe:cum nulla aũt infinita ſit linea in quã aliqd moueať: neceſſarium eſt recí/
procare ad initia: & regredi ſi continuari perennareq; debeat. Sed ea quæ ita reſiliunt retroq; cõmeant
motibus contrariis agitanť. Nam & aſcẽſus deſcenſui:& ꝓgreſſus regreſſui:&dexter ſiniſtro cõtrarius
eſt. Sunt.n.hæc ſitus & loci diſcrimina. Cum itaq; id quod ſurſum uerſus ferť anteq; reflectať ſtat:ſi cõ
tinuus aſcenſus cum deſcenſu dicať:nimiꝝ qđ ſurſum ferť ſimul quoq; deorſum ferri uidebiť. Eadẽ
plaga recipiť:ſi ratio ad reliquas quoq; differẽtias appliceť:prorſus uero q fieri põt;ut duo motus pu/
gnátiſſimi coaleſcãt & efficianť unus. Certe negari nõ põt pugnátiſſimos eſſe motus:eũ q ad ſupna in/
ſtituiť:& eum q ad inferna ſuſcipiť:qppe qui lõgiſſimo iteruallo naturæ ſpeciq; differant. Idem diſſi/
diũ ſueniť in cæteris motibus:ſi ad ſuos quiq; cõtrarios collati cõparatiq; fuerit:nam ut ſit unus &cõti
nuus motus oportet eo mõ quo unũ ẽ mobile & unũ ẽ tps: ita unã quoq; ſpẽm motus nõ plures hẽri.
Quã uero motus:q hic illuc ꝓcedit:motui q illic huc obuerſe reuertiť:maxie uideať eẽ cõtrarius:ex eo
ſumiť indicium:q; ſi res q̃ motibus illis mouenť occurrerint:mutuo ſibi obſtrepũt & obuariãt: tãtiſ/
perq; obliſæ ſuſtinent:quoad altera alterã ſecum attollat rapiatq;:aut in pniciem agat: q̃ res cõtrariorũ
dignoratio notaq; ẽ. Nam motus q altrorſus in latuſq; ſit nõ pugnat aſcenſui. Quã uero qcquid retro/ lxv
flectiť ſiue in orbem ſiue in lineã moueať neceſſariũ ſit interqeſcat anteq; remeet:non ſolum cõprobari
ſenſu põt:ſed ẽt doctrinæ idaginibus ꝓſuaderi. Quicqd moueť ferturq; ĩ quo loco neceſſario adeſt ab/
eſtq;:& quẽ neceſſario tenet & deſerit: ibidẽ quoq; neceſſario qeſcit & ſtat. Atq; is locus utrũq; uſum &
principii & exitus ꝓbet:neceſſario igiť quieſcit:qa eodem momẽto adeſſe & recedere eodem in loco nõ
põt. Alioquin fateare neceſſe eſt in eodem loco aliqd:tum eẽ:tum nõ eẽ. Igiť momẽtum aliud fuerit in
quo res adeſt alicubi:aliud in quo deſerit ſeparaturq;. Inter momenta uero q̃lubet ꝓpe aſcita hiat & in/
teriacet tempus:in medio igiť tempore ꝓculdubio res eo loci quieſcet:in quo adeſſe & a quo recedere
dicebať. Plane ĩ mediis punctis ſpacii illius directi finitiq;:ſuper quod res deferť:nõ eſt neceſſe res quæ
moueať ut adſit abſitue: utpote quoꝝ nullum conſiſtat actu. Neceſſe eſt.n.ut qui actu punctus & actu
medius ſit:uicem quoq; finis & initii præbeat. Etiam uero ſi ſubiecto unus eſt:duo tamen definitione
monſtranť. Porro in continua magnitudine:quoad motus nõ dirimiť nullus punctus eſt actu:ſed tũ
demum actu punctus fit:quum res quieſcit a motu primum:deinde ut conſtitit retro ĩdidem rurſus
flectitur. Ita locus ille atq; punctus in quo motus inciditur actu medius ẽ:& finis & exordium motus.
Finis præteriti excoletiq;. Exordiũ conſequentis & reciproci. Simulatq; igitur ſtetit res continuo me/
dium actu exeritur: quod ſimul principium extremũq; fit:ſimulatq; uero hoc fit: continuo res depo/
nit interquieſcitq;. Qui.n.actu principium & finis punctus eẽt:niſi res quæ mouebať conſiſteret. Cæ/
terum quum res continue mouet adeſſe ac ſeparari ſimul eodẽ in puncto nõ põt:aut ſi poteſt:põt mo/
mẽto:nõ poteſt tẽpore:niſi quis ẽt ĩ tpe defendat:qa momentũ aliquid tpis ſit:qppe quod ſecet & diui
dat tps. Nũ igiť de pũctis q extremas margines obtinent idẽ diciť qđ de mediis demõſtratũ ẽ. i. num lxvi
quẽadmodũ neceſſe nõ ẽ:rẽ quæ cõtinue moueať primũ adeſſe ĩ mediis pũctis:mox ſeparari ac recede
re: ita nõ ſit ĩ extremis neceſſe primũ appellere:tũ deide regredi reſultareq;. Et certe ſi iccirco res moue
tur cõtinue:qa pũcta lineæ quã ꝓcurrit potẽtia nõ actu habẽt:profecto quum extrema ſint actu:quæ ꝓ
principio & pro exitu eẽ poſſint: neceſſariũ ẽ in iis rẽ quæ cõtinue mouebat fateri qeſcere. Si.n. motus
directus cũ retrogrado & reflexo attineret:punctus ille:unde reciprocatio inita eẽt: neq; actu punctus
neq; finis neq; principium foret: ſed tantum potentia quẽadmodum qui haberenť in medio. Præterea
ſi punctus qui in medio eſt ſimul fit actu:extremũ motus continuo initium quietis conſtituiť: mani/
feſtũ eſt rem in eo puncto potiſſimum ſtaturam & quieturam eſſe:q iam ſit actu extremum & ſuapte
natura principium. Sed aſtringamus tandem ea quæ dixĩus:nec uagari amplius aut diffluere patiãur.
Si res quæ cõtinue mouet nullo utiť actu:pũcto:imo ĩ eo quo ſic utiť:nõ poteſt cõtinue moueri:neceſ/
ſe ẽ id qđ in linea reflexũ ẽ anteq; reciprocaret ſtetiſſe. Ac diceť qdẽ puncta ĩtermedia ſine euidẽti eẽ:ſed lxvii
poteſtate tantũ haberi: uel ad defendẽdã Zenonis difficultatẽ utile oportunũq; ẽ. Is magnitudinem ſi/ lxviii
nitam tranſiri nõ poſſe dicebat:utpote ĩ q̃ dimidia eſſe innumerabilia infinitaq; uideren. Verum nos
reſpondimus ſupra:nedũ infinita:ſed neq; duo quidem dimidia actu eẽ: n ã ſimulatq; diuelliť deſinit
eſſe magnitudo cõtinua:ueꝝ eſſe dimidia infinita nõ actu ſed potẽtia nihil ẽ abſurdũ concedere. Neq;
impoſſibile eſt q̃ infinita ſint potẽtia pagi. Quãꝓp is q diſſecat & nũerat dimidia tollit:id qđ pro certo
in quæſtiõe diſcuſſiõeq; ſumiť. Quæſtio his uerbis cõcipiť:utrum cõtinua q̃titas dimidiationẽ ĩ infini
tũ reciperet. At uero ille cũ ita ꝓcindit oẽm cõtinuationem a q̃titate ꝓindeq; & a motu tollit: nã ex di
uiſiõe q̃titatis & lineæ motus quoq; diuidiť. Eſt & ĩ tpe momẽtũ ut punctus ĩ linea: idẽq; & præteriti
finis ẽ:& cõſequentis exordiũ:quẽadmodũq; puncta ĩtermedia poteſtate eſſe:ita & momenta expedit.
Cæteꝝ q̃is idẽ momẽtũ futuro pricipiũ ſit:& finis præterito tpi:ſi tamẽ id ſpectes:ad qđ mutatio pti lxix
net rectius loq̃re:ſi futuro id q̃ præterito uẽdices. Verbi gratia:quoniã eius tpis in quo Socrates occidit
momẽtũ ẽ aliqđ ĩ quo primũ occiderit:ſi tpus reſpicias:põt hoc extremũ præterito competere & tri/
bui:utpote cuius ſit finis. i. dici põt Socratẽ ĩ fine ꝑteriti tpis occidiſſe. Si uero rẽ q̃ ſecuta ẽ:id ẽ ipm occa
ſum attẽdas:cõmodius feceris:ſi ĩ pricipio cõſeq̃ntis q̃ ſi ĩ fine ꝑteriti mortuũ dixeris. Dicet qſpiã ĩ fine
ꝑteriti tpis Socrates moriť qa ĩ toto ꝑterito moriebať: ĩ pricipio cõſeq̃ntis nõ moriť:ſed mortuus ẽ:qa
ueriſſimũ ẽ ĩ toto cõſeq̃nti ac futuro eẽ mortuũ Socratẽ. Si igiť momẽtũ ut ẽ ita ſumptũ ſit ſimul ꝓ &
fine: ꝓ initio tpis nimiꝝ ĩ eodẽ memẽto Socrates & moreret & mortuus fuiſſet:qđ nihil aliud ẽ:q̃ q ſit
mortuus uiuere Socratẽ:nã q moriť nõ dũ ẽ mortuus. Quod ſi duo momẽta feceris:fateri oportet cõ/

lxx sequẽtia eẽ momẽta:qđ protinus falsum est:quũ tps ex indiuiduis cõstare nõ possit. Verũ hæc quæstio cõiũctior ẽ loco:ĩ quo de motu ĩ uniuersũ egimus. Nũc placet quã ĩstitueramus serie pseq. Oẽ qđ recta fert:anteq resiliat:necessario quiescere dicebamus. Atq hoc distinctius & exquisitius hic ꝓbabimus. Quicquid in ĩcõtinuo motu est:nisi alicunde obturbet ad locũ ĩstitutũ cõdictũq puenit. Porro ad eũ locum quo puenit motu locali prius etiã ferebat. Vt si ad. N. peruenit eodẽ quoq anteq appelleret ferebat:neq tunc modo quũ ꝓpinquabat calci:sed statim ab initio motus ferebat:ad. N. si ad id non ꝑ diuerticula:sed directo & cõtinuo itinere cõmigrabat. Hæc quũ ita se habeãt:si id quod de inferiore loco

lxxi ad superiorem ntitur:simul eo ueniisset nõ staret:sed eodẽ cõtinuatoq ĩpetu referret:necessarium esset ut quũ ab hinc illuc subire occœpit:huc quoq stati moueri cœpisset. Quod tãetsi per se ridiculosus ẽ q̃ ut improbãdum sit:latius tamẽ q̃ sit absurdũ patebit hoc genere. Si. n. id oẽ:qđ descẽdit ex supiore loco ad iferiorẽ descẽdit:manifestũ ẽ:si id quod ab iferiore fert:continue ferri deorsum & descẽdere cõcedat priuatim in loco superiore:utpote ĩ quo nunq̃ uideat futuꝝ:quod ꝓrius ĩpossibile est:ita efficit ut res

lxxii prius q̃ reditum capescat in superiore loco ꝙuerit. Quare motus primus cũ secundo cõtineri non põt: q̃do qes intersita serie diuellit & dirimit. Est alia ratio accõmodatior. Quicqd se in albũ ex nigro aut ex non albo cõuertit:oẽs colores qui albi non sint fuscũ flauũ purpureũ abiicit: illũ unũ q sit albus acqrit: nã in fine mutationis simul & prior color abolitus est & albedo cõcepta. Si igit ĩ eodẽ extremo. i. eodẽ momẽto ex albedine ĩ nigritiã reciprocaret: tres functiões eodẽ pũcto obiret: inalbescere denigrescere renigrescere. Quãobrẽ is q de nigro ĩ albũ ẽ motus:nulla ratione coniungi põt cũ eo q cõtrariã uiã de albo ĩ nigrum ĩstituit:aut si q̃ põt cõiungi id beneficio tpis accidit:cuius perennis continuatusq fluor: motus quoq q simul aganꝫ uideri cõtinuatos facit. Nõ tamẽ ita ẽ:sed uniuersum tps sempiterna serie cõtinet:motus deincipes & cõsequntes habẽt:nã q̃lisnã obsecro albefactionis nigrefactiõisue exitus fuerit:q̃do illud nisi q demẽtet:tueri nõ ausit: albefactiõis extremũ eẽ nigrescere:nigrefactionis albescere Atq hæc incõmoda eos: squunt:q motus oẽs posse continuari defenderent.

lxxiii Olus itaq motus per orbẽ nullas angustias plagasq accipit:si cõtinuus dicat. Nã id qđ uerbi gratia ex. A. puncto mouit:unomet ĩpetu frequentationeq: atq ut ita loquar:proposito ad eundẽ punctũ ĩ linea circulari fert:nõ. n. ad aliud punctũ ãte puenerit:quũ nullũ sit actu punctum in circulos:sed neq ab alio puncto resiliet aut regredi ad. A. quia simul ad. A. & ad. B. mouet. Nec tamen contrariis motibus agit:nã neq motus oĩs ex. A. contrarius motui ẽ:qui ad. A. procedit:sed hoc tãtũ ĩ spatio directo cõperias: ubi & finis & initiũ actu spectat:& res q̃ ita alternat eodem puncto bis modo ut fine:modo ut principio utit. Proinde necessariũ est cum reflectitur:ut eo dẽ in puncto adsit:& ab eodem recedendo mox absit:unde fit ut motus huiusmodi continuatus esse nõ possit:sed mediũ aliqđ tps ad pausam qetéq corroget. At ĩ spacio spherico qd uetat motũ geri cõtinuum nullo fine nullo initio uẽdicari. Nã dicat aliqs uelim qđ initiũ quẽ finẽ in circulo statuat: postremo qđ pũctũ afferri possit:ĩ quo necesse sit:id qđ ibi mouet:prius q̃ moueat qescet? Ita sphericus motus alternãdo reciprocãdoq solus nõ distrahit:cæteris ĩterstitiũ & diuulsio motus ĩ ipsa ꝓmutatiõe redeundi repedãdiq accidit:qa prior ille semꝑ ab eodẽ in idẽ reuertit:alteri nũq̃ in illud unde ꝓfecti sũt: sed in aliud dirigunt. Accedit qđ circularis motus nũq̃ in eodẽ spatio ẽ:qa nihil actu definitũ in circulo habeat:sed ĩcerta ĩterminataq utriq secus extrema oĩs circũferẽtiæ sunt:adeoq semꝑ alia atq alia circũferẽtia circulo orit. In recta linea idẽ spaciũ põt sæpe decurri:ut quũ qs hinc illuc: & illinc huc denuo cõmeet:qa ꝑscripta & signata sũt extrema:quapp necesse ẽ:ut ĩterquiescat anteq retro se in uiã det. Proꝑterea. n. spaciũ idẽ plerũq alternari rediriq põt:qa res in extremis q̃lẽcũq morulã trahit:pedẽ anteq referat. Nã si nõ ĩterquiesceret cõtinuato utiq motu acta retro fuisset:ut ĩ circulo cõtingit. Neq rectus ãt solusnõ ẽ cõtinuus:sed neq circularis quoq si reflecti possit:nec ĩ orbẽ ferri torq̃riq uideat:qa finis cũ pricipio iã nõ cõfunderet:neq pũcto aliquo tãq uno:sed tãq duobus uti cõtigeret. Quãobrẽ tũc eadẽ linea tãetsi spherica ꝑgrari sæpius & replicari uidebit:utpote quã nõ ut cõtinuã unãue ãpliꝫ: sed ut deincipẽ & cõsequntẽ repetere ac recurrere liceret. Cũ uero nõ reflectit:qđ in circulo mouet:sed ĩ orbẽ circũagit:tũc spacio illo ut uno & cõtinuo utit:simulq se uno cõnisu & frequntatiõe circũfert. Alioqn qua dignoratiõe uices illas nũeraueris:quaꝝneqcõstitutũ principiũ:neqcertus exitus habet. Simulatq. n. aut pricipiũ aut extremũ assignãs ĩ circulo qtẽ irreqeto tribuis. Quot si aliqs sibi q̃sdã uices ĩtelligit:id eo euenit: qa secũ ipse punctũ aliquẽ ĩ circulo tanq principiũ statuit:aliũ tanq finẽ affingit. Ex iis late patet:nõnullos physiologos ueteres ꝑperã senssisse: q dicerẽt oĩa in cõtinuo motu eẽ. Cũ. n. moueri oĩa cir

lxxiiii culari motu neq possint:neq ipsi putarẽt:sed & corrũpi generariq aliq̃:augeri alia & diminui:nõnulla ẽt alterari atq affici fateretur:ꝑserti q ortũ & iteritũ reꝝ alteratiões eẽ defenderẽt. Quũ igit circulari motu moueri oĩa nõ possint:cæteri uero motus:q in cõtrariis formis & q̃litatibus cõtinent:neq ꝑseueran tes neq ꝓpetui sint:cõficit:ne oĩa in cõtinuo eẽ motu agitatuq uideant.

lxxv Vam uero pria delationũ sit ea:q̃ exercet in globo:nũc uero apiemus. Quæq delatio ut supra ẽ memoratũ aut orbicularis ẽ:aut directa:aut ex utroq motu ꝑmixta. Simplices uidẽt priores eẽ ꝑmixtis:qa priora sunt initia q̃ q̃ de initiis ꝓdeũt. Ita restat ut ostẽdãus sphericã eẽ priorẽ directa. Oẽ qđ recta fert:aut finitã aut ĩfinitã lineã pagrat. Infinita linea eẽ nõ põt:& si eẽt ulla:nihil posset in ea moueri. Nõ. n. fit qđ ipossibile ẽ factũ eẽ:ĩfinitũ uero ipossibile ẽ ut sit ꝑcursũ. Nõ igit ꝑcurrit. Si aũt finita sit linea aut reciprocat & motus dirimit:aut nõ reciprocat & iã qescit cõsumpto & iterstincto motu. Solus itaq orbicularis simplex sempiternusq ẽ:sed & natura prius ac tpe

Nā ēt ſi nō eēt ſpeciatī ꝑbatū circulare eē ꝑpetuū:ſed ſolū illud oſtenſum:aliquē motū poſſe īmortalē & ſempiternum inſtitui;cū primū tamen cōſtat aliquem de cæteris motibus prærogatiuā illá fere nō poſſe:tenet id genus motui ſpherico aſcīſcēdū. Extra hoc ratiōe quoq; idē aſſerit:ſolum orbicularem motū eſſe cōtinuū & pennem in motu directo. Definitū pricipiū eſt definitū mediū definitū extremū ita ut aſſignari poſſit tum locus unde moueri res cœpit:tum locus quo ꝑfecta res eſt. In orbe neq; principium neq; extremum aſcribit. Nō.n.punctus hic potius q̄ ille principium extremūue fuerit:ſed ſinguli uicē principii medii extremiq; poſſident. Semp igit qd in orbē rotat ī exordio ē: ſemp ī meditullio:ſemp in exitu. Dicit tamē quadātenus cœlū quieſcere: ꝓpterea q; nunq̄ toto orbe locū egredit. Cur autem ſimul moueri cœlū & ſtare dicat ea cā ē: q; principium finiſq; rotūdo; ꝓprie centrū ē. Pricipiū ea ratione: qa definitio globi & rationis eius eſſentia de cētro & cardine naſcit. Nihil.n.aliud ē globus circuluſue q̄ æq̄lis undiq; ſecus a cētro diſtātia. Finis propterea quia lineæ a ſummo curuamine in directū extractæ recipiunt:& ꝓcunbunt oēs in centrū:inibiq; cōuiæ ſunt. Quia igit nō ad finem: ſed circa finem tale corpus mouet: finis uero ſemper eundē locū obſidet:iccirco qd ī rota mouet ſemp mouet quia nūq̄ pōt finē attingere:eundē aūt locū ſemp obtinet finis: q ē centrū: qa ſemp qeſcit & īmobile ē. lxxvi

Merito igit orbicularis motus reliquos mēſurat & regit. Dies nox hora ſine dubio motus ſunt:hos cō uerſio cœli mūdana metit. Cæteq; humanas res in orbem necti & ad ſtar ſpheræ circumagi:uerbum uerum & ab hoc motu ſumptum uidet. Sed & æquabilem & parilem eſſe agitatum illū neceſſe ē. Nā ex directis q ipulſu & ui contra natura cient ineq̄biles eſſe nulla dubitatio eſt:ſed & naturales quoq; & ſpōtanei q̄to plus ab initio ſepant:eo citatiores pnitioreſq; ſunt. Proīde ſibi celeritate obiter corrogāt q̄ nā mouent:qa quo ꝓprius accedūt ad calcē:eo iunctiora ſunt cognatis & ſibi ſalutaribus locis.

PRobatum eſt ſupra primū motorem oportere īmobilem & ſempiternum eſſe:nunc parte operis ſumma indiuiduū & īcorporeū eſſe docebimus. Ac primū quidē cōſtituamus:oē qd mouet a corpore nō natura nutuue ſuo:ſed aliena ui atq; extrinſecus moueri: cernimus nō eorū q̄ hoc genere mouentur & mouent:uim maiorem diutius mouere idē ponderis:q̄ minorem:ſed &uelotius idem ſpacii conficit:q; ualentius ſit q̄ q; infirmius. Eadem mola aſinus aut mulus die integro tantum tritici exterit comminuitq;:quātum biduo ſit optabile homini molere. Item mulus mometo ꝓpemodum uerſat:quāq̄ homo uix hora torqueat. Hæc ſi latiſſime nota perſpectaq; ſunt:impoſſibile eſt ut id quod perpetuo mouet: moueat a corpore. Nam aut finitum dixeris corpus mouens eē aut īfinitum. Certe infinitum eē non pōt:finitū ergo. Si finitum deinceps: quæro finita ſit ui:an infinita:ſi finita:afferri igitur poterit uis maior alia hæc: aut diutius eandem molem ac magnitudinem permouebit. Aut quanto uis minor. Non diutius quia tempore infinito nihil eſt diutius. Nec quāto uis minor:qa q̄ maior eſt æq̄lis minori eē nō pōt. Dices infinitā eē uim corpis cœlum mouētis. lxxviii

Quicqd igit tpe finita uis mouet:mouebit īfinita nō tpe:qa uires illæ nulla ꝓportionis cōſenſione iunguntur. Prohinc quēadmodū aſſignari nō pōt:q̄to īfinita uis finitā excedat:ita nō pōt q̄to minus illud ſit tp̄s:in quo īfinita uis mouet:q̄ id in quo mouet finita. Aut ergo infinita uis nō mouebit id qd finita & mior pōt:aut mouebit mometo nō tpe. Quoq; utrūq; abſurdiſſimū ē. Quā uero īopinabile ſit īfinitā uim intra magnitudinē finitā cōdi:uel hinc ꝓbat:q; ubi magnitudinē afferre maiorē licet:ibi & maiorem afferre uim licet. Pōt ēt ex iis q̄ ſupius demonſtrata nobis ſunt idem breuiſſime hūc in modum oſtēdi. Immobilis eſt motor prius:nō igit corpus:qa corpus oē qd mouet mouēdo ēt mouet. Quicqd .n.mouet ſi ſit corpus:aut pellēdo aut trahēdo aut uehēdo aut torquēdo mouet:niſi fortaſſe ī iactu alia ratio ſit atq; aliud genus mouēdi. Nā iaculū quū de manu iaculātis receſſit:ſuo motu ferri uidet ꝓdiu abiūcto ceſſanteq; autore. Quare orit q̄ſtio miſſa ui res:q poſſit nutu ſuo moueri:ſepato atq; ēt extīcto lxxix lxxx

q miſerit. Nec.n.pōt a ſe:qppe q̄ nō eius generis ſit:qa is a miſſu ſtatim qeuit. Ad hæc aliq reſpōdēt:non ſolū eē iaculatorē q mouerit:ſed aerē quoq; ꝓximū:q ſimulatq; illata uis iaculo eſt:ipſe ēt pmotus adagitatuſq; ſubīde quoq; iaculū moueat. Veq; hæc defenſio nō diſſoluit:ſed trāſfert difficultatē. Rurſus .n.q̄ſtioni locus eſt:quāobrē aer ille ꝓximus moueat nullo tāgente:ſi neq; moueri ꝓbādū eſt:ſi qcquid mouet ab aliquo moueri neceſſe ē. Nā magnes lapis q & herculeus dicit tāetſi ferrū trahit non ꝓximū mō & iunctū:ſed ēt remotū & lōgule deſitū:ſi tamē amoueat aut cōdat:neq; ꝓximū neq; remotū trahet. Huius rei illa cā eſt:qa ferrū aut acus q̄ ad lapidē currūt:nullā uim habēt in ſe:ſed a lapide mutuant Simul is de medio tollit aut occulit:uis illa in acu uaneſcit. Hoc idē in aere uiſit:alioqn abiūcto q miſit qeſceret & iaculū deſcēderet:ſi eandē rōnē cū actore ſuo ſeruaret: quā cū magnete ferrū. Quāobrē fortaſſe illa ſit ſeria & recta ſolutio:ſi nō mō agitari ꝓximus aer dicat:ſed uī quoq; mouēdi cōcipe: nō q̄lē ferrū a magnete p̄cariā:ſed ſui generis aliā:quā ſibi ut ꝓpriā uēdicet:& quā ꝑ ſua poſſideat & utat. Nā & ferrū cādēs feruēſq; ī mō igni cōcaluit:ſed & ꝓpriā quoq; calefaciēdi uī cæpit:quā deīceps ī alias quoq; res partiri atq; īprimere poſſit. Ita calor tanq̄ ꝑ manus tradit duratq; in aliquā multas uices:uſq; eodē prima illa uis q̄ ab igni ꝓfecta inuſtaq; ferro ē:diſpēſatiōe iſta & ſucceſſu digeſta ſenſim īmoriat & q̄ſi ſenio deficiat. Ita de aere & aq̄ dicēdū. Illa cū multiplici potētia ſint grauitate & leuitate participēt: tātū ui ſua ferri uident:q̄tū ut ferrent pricipiū:& cām extrinſecus ab actore impulſoreq; hauſerūt. Inde euenire:ut ſemet mouētia iudicent:& ꝑterea moueri ſimul & mouere aliquādiu poſſint:ac moueri quidē nō ab eo āplius q uī primariā attulit:ſed plane nutu & ptāte ſua:quā tamē ab ipſa illa ui pricipe recæperunt. Nā & aquæ q̄ feruēſcūt ſubditis ignibus ēt: iterſtinctis illis ſunt calidæ:nec ſolū hoc:ſed etiā calefaciendi ſubīde alia poteſtatē habēt. Atq; hāc cām rectius eſt:q̄ reciprocationem afferre. Ea quis fortaſſe

in iactu accidat: nõ tamẽ accipi ꝑ cauſa motus poteſt. Ná & ãbulantibus nobis cõcurſus ille & ſucceſſio aeris fit: nõ tamen ꝓpea dicimur ambulare: demũ cõmeatio illa & reciprocatio nullius motus cauſam habet: ſed ſimplex ceſſio & cõmigratio aeris é: neq; n. aer ille circũfluẽs ita ſe cõtrahit aut diffundit: ut uim ullã poſſit aut opẽ aut ipulſum afferre: ſed ſimulatq; elapſum é iaculũ continuo aer ut eſt a tergo ſe
84 oggerit circumaſſiſtitq;. Quid tu igit huic ſed cãm tribuis eius motus: quo telũ ſeparato & qeſcẽte autore perlabit. Illud autẽ arbitror ignorare nõ poſſe huiuſmodi motũ neq; unũ neq; cõtinuũ eſſe: cum multa ſint ea q̃ mouẽr: eaq; attactu ſolo cõiuncta: ſed neq; æq̃bilẽ cenſeri poſſe cõſtat cũ difformis & laceſſita uelocitas eius ſit. Hoc enĩ naturales motus a cæteris diuariãt: q; naturales initiis repigrãt: ſed frequẽtant ĩ fine alteri his obuerſe ab ĩcœptu ꝓcipites ſunt: ĩ exitu retũdunt. Quamobrẽ ſiue de motu rei proiectæ loquaris: ſiue de pulſu tractioneq;: neq; continuatio iis neq; æquabilitas competet. Primũ iactus non poteſt unus aut cõtinuus motus intelligi: quia diuerſa ſunt: quæ motum illum quaſi ſarciunt ſubcenturiantq;. Deinde nec pulſio aut tractio. Nam tam & ſi unum eſt: quod & origo & perſeuerantia illorum motuum ſit: & quia tamẽ ſingulis pulſionibus & tractionibus obeundis ſuo initio molitioneq; opus eſt: interquieſcant autores oportet tantiſper: dũ ſe ad uices identidem nixuſq; muniunt. Porro quæ ſic mouent laceſcũt & obnoxii generis ſunt. Ex iis omnibus ratio in offenſiſſima nectitur: primũ mouens in diuiduum eſſe & carere partibus: quum neq; eo moueat quod mouetur: neq; hauſtam alicunde uim cõferat: neq; opes ſuas cõtra rex naturam exerceat: ſed ſuopte ingenio ſempiternum motũ intemperet atq; influat mundo. Quod aũt ita mouet ſemꝑ uegetũ & infatigabile é: ſoluſq; motus is æquabilis leuis & uniformis cognoſcit: quia mouens nullam mutatiõem in eius perfunctione patit. Plane ut æquabilis motus ſit: neceſſe eſt id quoq; quod mouetur ab omni eſſe uarietate mutationeq; liberum.

lxxxv Aeterum neceſſe eſt primũ motorẽ aut in centro aut ĩ circulo ſedem habere: ſunt enim ea principia: ſed ociſſime mouentur ea: quæ finitima & proxima ſunt mouenti. Perniciſſimus autem motus eſt is: quo mundus conuertitur. Illic ergo eſt id quod mouet.

HERMOLAVS BARBARVS GEORGIO MERVLAE STATIELENSI. .S.

LATO In diuina illa ſua ĩſtitutione de legibus ĩter prima cõmemorat: in oĩ rep. ꝑſcribi caueriq; oportere: ne cui liceat: q̃ cõpoſuerit: aut priuatim oſtẽdere: aut in uſum publicũ ædere: anteq; ea cõſtituti ſup id iudices uiderint nec dãnarit. Vtinã hodieq; haberet hæc lex Merula uir doctiſſime: neq; enĩ tam multi ſcriberẽt: neq; tam pauci bonas litteras diſcerẽt. Nũc & copia malox librox offundimur: & omiſſis eminẽtiſſimis autoribus plebæios & minutulos cõſectamur. Et qđ calamitoſiſſimũ eſt: periti iuxta ĩperitiq; de ſtudiis ĩpune ac ꝑmiſcue iudicãt. Ex hoc fonte ꝑſuaſio illa exitialis & mõſtroſa manauit: philoſophos iure cõſultoſq; nõ poſſe eoſdẽ eẽ & eloquẽtes. Quã ſniam qa multis locis tum fando ĩ corã: tũ ſcribẽdo taxauimus: non dubito qn odia & offenſionẽ multox ĩcurrerim: aut qđ tibi frequẽs ꝓuerbiũ ẽ: iritauerrim carbones. Sed q̃do militiæ huius ſacramẽtum adiimus: capitale eſt decedere ꝑſidio. Equidẽ ſtatui mõ ĩ me aliqd facultatis ſit: nõ rixãdo iurgãdoue: ſed ſcribendo interꝑtandoq; ꝓbare cãm meã uiris doctis: ut ipſa mihi res teſtimoniũ afferat: nullam eẽ oĩno materiam: q̃ genus illud dicẽdi præſſum ac floridũ æque recipiat atq; hiſtoriam naturæ. Non eam mõ: q̃ rõnes eius particulares & ſenſiles cõtinet (ná hoc Plynius ſecũdus extra oẽm cõtrouerſiam cõſtituit): ſed eã quoq; in qua uniuerſales & ſpectatiuæ quæ runt. Quod genus in Themiſtio primus ego attigiſſe (quod ſciam) credo. Hoc meũ ꝓpoſitũ (rogo te) Merula quibuſcũq; potes rationibus ꝓuehe. Eſto mihi nõ defenſor adeo: ſed adiutor & cenſor. Quoniam uero negari nõ põt: ĩcidere in philoſophia locos: qbus explicãdis fingere ac nouare q̃dam neceſſe ſit: idq; &. M. Tullius & oẽs ueteres concedunt: modo id nobis cum ꝑfatione quadã ceu ꝑſtito honore agat: aut (ut ille ait) modo: q̃ ita nouis noĩbus notamus: latina moneta uideant ꝓcuſſa: in hoc te æquiſſimum habere uelim æſtimatorem & iudicẽ: ut ſiqua in libris his inueneris: aut oĩno factitia: aut licenter: ne dicam ĩmodice ac duriter trãſlata: aut ꝑ abuſionem audacule trãſpoſita: aut imitatiõe aliqua fortiter afformata: culpam tu nobis hanc totam præſtes atq; condones. Nec tamen multa te (ut arbitror) offendent: decem ſummum aut circiter uerba opere toto cõperies: quæ arrepta de foro dici nõ poſſint: atq; horum etiã num aliqua iam latinis auribus trita deſumpſimus: aliqua ipſi peperimus. Cætera nõ abhorrẽt ab uſu uel doctox. Sed explicare non poſſum q̃ mihi hæc quæ ſcripſi non ſatiſfaciãt. Non q; melius potuerim tum cum illa ſcribebam: ſed qđ nũc: ſi mihi eadem exigenda ſtillo eẽnt: infinitum q̃ uideant mihi poſſe & cõmodius & locupletius dici. Nec mihi aliquis illud obiiciat: cũ te excuſaris barbare quid loqueris? Non. n. ad id ualere hoc: quod modo dixi: uolo: quo qui ꝑfrixiſſe ſe quærũt: ſed ut declarem me in illa hæreſi conſtantius perſtare: ut putem fere facillimũ eſſe philoſophiam latinis litteris mandari: quãdoquidẽ illa ipſa minus latina: q̃ aut q; ĩ rariore ſunt uſu: aut q; priuata & ſua philoſophis ſunt q̃ſita: uenia dicere neceſſe habuimus: nihilominus arbitramur poſſe illuſtrius & elegãtius nominari. Alioqn ego ea nõ ꝓinde ſignãda eẽ recipiẽdaq; cẽſeo: ſed tãtiſper dũ aptiora: aut iuenio: aut ab aliis doceor: tãq; ꝓcario iis utemur. Dicauimus porro tibi libros Themiſtii de ingenio aĩæ utrãq; ob cãm & ut argumẽro hoc utcũq; ſcires: te a nobis amari coliq;: & ut agnoſcẽs in nobis ĩpetus aliquos bonæ frugis ĩdices: ꝓ tua bonitate hũanitatæq; qbuſcũq; rebꝰ poſſes faueres. Vale. Venetiis. M. cccc. lxxx.

THEMISTII PARAPHRASEOS DE ANIMA LIBER PRIMVS: INTERPRETE HERMOLAO BARBARO.

QVOM Enarrandis interprætandisq; iis: quæ de aïæ natura traduntᵉ: q̃sieri ꝓxime p̃ot sequi Aristotelem uelimus: conari nos oportet inuoluta & obscura eius institutionis: quæ de hoc ab illo ædita ẽ. aperire & illustrare dicendo: illustria simpliciter ad uerbum trãscribere: ambigua & controuersa dissoluere. Postremo id: quod aliquãto opositius estᵗ: breuiter & concisim astricta planius fusiusq; explicare. Nam quõ pleraq; oĩa Aristotelis scripta eiusmodi habeantᵉ: ut demirari p̃stantiam hoĩs eius facile suppetat: nulla ꝓfecto cõmentatio estᵗ: in q̃ ille pinde ingenii sui uim atq; sublimitatẽ ostẽderit: atq; in ea q̃ rõnem aïæ cõtinet. Siue.n. multudinẽ q̃stionum quæras siue copiã rerꝝ pulcherrimarꝝ: siue doctrinæ subtilitatem & ubertatem: eiusmodi sunt eius libri de aïa: ut uni illi homini: oĩa quæ ad hoc genus ptinẽt: inumerato fuisse cõstitisseq; uideanᵗ. Adeo intelligiᵗ: ne numerando quidem percensendoue attingi illa a ueteribus potuisse Atq; hæc omnia liquido mox intrantibus patebunt.

De utilitate & præstantia scientiæ de anima. CAP. I.

STatim itaq; hunc in modum ordiᵗ. Omnẽ noticiã omnẽq; scientiã tum bonã pulchramq;: tum nobilem atq; eximiã uideri. Accidere uero ut altera sit nobilior & pulchrior altera: aut propter euidentiã demonstrandi: aut ꝓp subiectæ materiæ præstantiã. Id licet ĩ Geometria & Astromonia animaduertere. Geometriæ certitudo demõstãdis rebus & idicãdis maior. Astronomiæ nobilitas amplior merito eius naturæ: circa quã uersaᵗ. Demõstratiões uero ꝓbatiõesq; eius beciliores aliquãto q̃ Geometriæ sunt: ꝓp quod de rebus agit ferẽtibus & agnoscentibus motũ. At in ea scientia quæ ad animã ptinet bonũ utrũq; repias: & constantiã demõstrãdi & naturæ nobilitatẽ. Constantiã ea ratione: q; aliæ scientiæ ab hac scientia suã cõstantiã & certitudinẽ reponunt. Nobilitatẽ iccirco: quia cæteris rebus: quibus formaᵗ mundus ĩgeniũ animæ fere antistat. Atq; hoc uerum siue ĩfimam & despicatissimã spectes: quæ tributa arboribus estᵗ: siue summã illam: & nobilem intellectum ac mentem: q̃ seu ps animæ sitᵗ: seu potentia: seu deforis immigretᵗ: atq; insinuet se nascentibus: seu natiua sitᵗ: atq; itus comuni ortu ꝓueniatᵗ: quidnã illa admirabilius esse põt atq; diuinius? Tertium id nos ad præsentem curã maxime inhortari atq; incendere debet. Quod quũ reliquæ scientiæ nullã fere nobis oportunitatẽ occasionemq; ad cætera afferãt cõdiscenda: quæ extra se sintᵗ: una cognitio animæ ad noticiã ptinet omnium rerꝝ: ad eamq; magnum atq; incredibile habet momentũ. Nulla.n. ps philosophiæ estᵗ: cui hæc nõ præseruiatᵗ: cui nõ sit q̃cõmodissia. Ac uirtutes quidem negocioſas actuosasq; facilius cõsequemurᵗ: si substantiam atq; uim animæ: cuius illæ ceu decora quædã hõestamenta quæ sunt habuerimus pspectã & cognitã. Naturæ uero atq; mũdi cõtẽplatores exploratoresq; q eẽ poterimus? si nobis ignorabiᵗ ea natura: q̃ fons atq; initiũ sit oĩum motuũ? Fortasse & corporꝝ omniũ præsertim aïalium atq; plantarꝝ? Quãobrẽ aïa si se prius ipsam bene ac plane cognouerit utiq; erit dignissima: cui de aliis rebus disputãti diffiniẽtiq; fides habeaᵗ. Si uero sibi ipsi ignobilis fuerit: aut si se falsã habuerit: q sit æquũ utᵗ de rebus aliis recte sentire aut decidere uideaᵗ. Atq; hæc fere est huius sciẽtiæ utilitas.

De difficultate scientiæ de anima & definitionis. CAP. II.

NOn estᵗ autẽ ꝓpterea molitio hæc impendio facilis: nisi forte magis & difficillima: nam neq; quæ res anima sit in promptu estᵗ cognoscere: neq; leuissimum definitionẽ eius afferre. Primum ratio finiẽdi quæ sitᵗ optima: & quo genere contineaᵗ: adhuc lõge dubia est apud philosophos quæstio: neq; apud philosophos modo: sed ẽt apud oẽs: q sciẽtias utcũq; sermocinales attingunt. Oẽs enĩ rebus: q̃s tractant: adhibere definitionẽ conanᵗ. Ac aliis qdẽ una ratio atq; uia uideᵗ esse finiendi oĩa: quæ p se sunt. Alii cõtra putãt nõ esse unã rõnem definitionũ omniũ: sed prout diuersa negotia fuutᵗ: ita diuersas esse definiẽdi rõnes & uias. Quod si ita ẽ difficilior nobis cõsideratio præfertᵗ: quia necesse sit primũ id q̃rere quisnã in q̃s res modus definiẽdi cõueniat. Sed idẽ scrupus eueniet ẽt si unã esse definiendi formã cõcesseris: siue.n. finire oportet secando diuidẽdoq; ut Platoni placebatᵗ: siue cõponendo colligẽdoq; ut Aristoteliᵗ: siue alio genere demonstrando: necesse erit semp cuiusq; rei ꝓpria tenere & uestigare principia: si naturã illius explorare & cõpræhendere debeas. Ita in eãdem difficultatẽ incideris: quod enim ĩ rebus discrimẽ estᵗ: idẽ esse ĩ principiis rerꝝ oportet. Proĩde aliis negociis alia principia tribuuntᵉ: alia superficiebus: alia numeris: etiã si in illis ꝓpinqua & cõfinia uideanᵗ: utpote q̃ cõueniãt genere quãdo ĩ principio quãtitatis & numeri & supficies reponuntᵉ. Ex iis utrũq; liquet ut necessariũ ita laboriosum esse de anima scribere.

De q̃stionibus ptinẽtibus ad substãtiam aïæ cognoscẽdam: & quæ sint in definitione animæ adhibenda. CAP. III.

DIsseramus ab iis ꝓxime q; & q̃ta a nobis ordinẽ psequẽtibus q̃renda & determinãda aïa sint Primum natura ipsius & substãtia accipiẽda estᵗ: deinde accidẽtia: q̃ illi iuncta sintᵗ: noscenda. Horꝝ alia aïæ ꝓpria sunt ĩtelligere cõtemplari. Alia nõ qdẽ ꝓpria: sed q̃ p aïam tamen aïalibus tribuantᵉ delectari dolere sentireuisiones cõcipere. i. imaginari. Cum igiᵗ deæ res potissimum habe

ant:in quas ois de aĩa inqſitio digerit.i.qbus tota hæc cõmẽtatio cõſumitatq; cõſtat: ipſa uidelicet ſubſtantia aĩæ & eius accidentia.Primũ uident ea q̃renda:q̃ ad indicationem ſubſtãtiæ ptinent. Id cõmodiſſime fiet ſi genus ſũmum:in quo illã cõtineri neceſſe ẽ:prio loco adhibuerimus q̃ſtione p̃miſſa:utrũ id eẽ ſubſtãtiã:an q̃titatẽ:an q̃litatẽ oporteat.Præterea nõ mõ lõgiquũ illud ſupremũq; genus iueniẽdũ ẽ:ſed ẽt ꝓximũ & iũctũ.Non.n.ſuos nũeros definitio hois hẽat ſi ſubſtãtiã dicas:ſed ſi aĩal afferas cõpto aſſertoq; genere:ſequẽs ẽ de quonã genere loq̃re teſtari.Nã cuiuſq; generis biceps rõ eſt:qa oportet aut actu eẽ id:aut potẽtia.Ouum & ſemen potẽtia nõ actu aĩal ſunt:auis actu nõ potẽtia animãs dicit:cum actum uſurpo pfectionem intelligo.Quorſum hoc dicamus ſequẽtibus ꝓpalã fiet.Erit ergo princeps q̃ſtio utrũ aĩa ptãte ſit:an actu potius & pfectione ſubſtãtia:pfectio itaq; biuio diſtrahit in primã q̃lis ẽ
vii habitus & poſſeſſio:in ſecũdam qualis eſt uſus geſtio adminiſtratio functio.Scrutandum & illud diuidua ſit an idiuidua.Et ſi diuidua uideãt ſit ut corpus & moles:an ut ars & diſciplĩa potius:q̃do & medicinalẽ & phĩam in mẽbra diuidi complura ſcimus.Si indiuidua defendant:ſit oĩno ac penitus ſimplex nullius p̃mixtionis aut coalitus aut multitudinis particeps.An in partibus q̃dẽ nulla euariatio habeat:ſed in potẽtiis & uiribus tum p̃mixtio:tum diſcrimen poſſit intelligi.Et hercules ꝓbare alteraq; neceſſãrium eſt.Nam pars a parte diſpeſcit.Potentia uero a potẽtia officio ſolũ & actione diſtinguit.Hinc alii multaq; eẽ potẽtiaq; aĩam rentur:ſub una tamẽ uniuerſitate ſubiectoq; collocatã. Alii artibus & membris multiplicibus dirimũt:quas & loco diſcludũt & diſparant:quẽadmodum Stoici fortaſſe & Plato. Quartũ ordiné ea q̃ſtio obtinet eadem ſpecie ois aĩa cenſeat nec ne: aut ſi nõ cenſeat:utrũ oẽs ſub uno ſaltem genere cõtineant:ut hois & equi animæ.An ẽt ĩ generibus quoq; diuortium ſit: ut q̃uis homo & equus ſub animali collocent:animæ tamen ipſoq; non uideant ſub uno aliquo genere animæ compræhendi.Hos ſcrupos diluere nõ eſt:niſi uniuerſa totius aĩæ contẽplatio adeat:quã diligentiã a prioribus ſuperhabitam uideo:qui cum de anima tantum humana tractarent cõfertum obitus de omnibus putauerunt.Nos plenam commentationem animæ fuſo & numeroſo examine moliemur.

viii Vtrum una definitio uniuerſalis ſit omnibus animis quærenda:an ſingulæ ſingulis generibus accomodandæ. CAP. IIII.

PRimũ illud pede eundũ ẽ utrũ una definitio oĩbus animis habeat & una eſſentiæ ratio: an alia equo:alia homini adiungat.Dico aũt ſicpote,Eſt definitio aĩalis ĩ uniuerſum hæc:ſubſtãtia animãs ſentiẽs. Eſt & ſeorſum definitio hois hæc:aĩal rationale morticinũ.Is igit qui definitionẽ aĩæ ueſtigat:debet ne talẽ quærer q̃lis ad aĩal:an q̃lis ad hoĩem ptinet.Atq; hoc nõ abſimile eſt ac ſi id dubites in eo:utrũ aĩæ finitio ut ſpeciei certæ ꝑ collationẽ ad ſingularia reddẽda ſit:quẽadmodũ ſi hoĩem ꝑ Dionẽ & Theæcetũ & Socratẽ definires:an tanq̃ generis in ſpecies ac membra diuiſi:neq; paꝛ refert hoc:an illo mõ definias.Genus.n.aut mera notio eſt ſine euidẽti ſoliditateq; aliq̃:ſed ex tenui ſubobſcuraq; ſimilitudine ſingularium collecta:aut penitiſſime nihil:aut q̃ ſingularia multo poſterius. At ſpecies natura quædã eẽ amat & forma.Nã rõ hominis ſimul atq; iugata materiæ eſt :hõ fit.Certe & ſeorſum illa pulcherrima cõſideratio ẽ:utrũ nomina generaꝛ ſpecieruq; notiones fabraq; animi ſint:an naturæ potius aliquæ ĩ ſingularibus cõtẽtæ.Sane uident illa nudis notionibus ꝓximaq; tamẽ cũ ex ſingulariũ collatiõe ac ſimilitudine reponant:in ſingularia & naturas euidẽtes:ac ſolidas recidãt.Nã neq; aĩalis notio ſubſtãtia ẽ aĩata ſenſibilis:multoq; minus notio hominis põt aĩal eſſe rõnale mortale:ſed ſingulares hoĩes ꝓprie aĩalia rõnalia & dicunt & ſunt. Atq; hoc dilucebit uel hinc ſiqs unũ dũtaxat hoĩem toto orbe cõſtituat:quẽadmodũ fabulæ diluuii tpe Deucalionẽ fuiſſe teſtant: nimiaꝛ tũc hominis definitio ĩ unius hois rõnem icluſa cõpræhẽſaq; fuerit.Verũ hæc cõiunctiora ac cõmodatioraq; ſunt tractatui:q peculiariter generibus & ſpeciebus dicat.

viiii Vtrum in animali uno multæ animæ cõtineant:an una tantum:quæ tamen diuerſis partibus:ac uiribus cõſtet. CAP. V.

NVnc de nũero aĩaꝛ agãus:qd plãe diligentẽ inqſitionẽ expoſtulat. Primũ id ſubit quærere: an multas ieſſe aĩali aĩas ſit putãdũ uegetalẽ altricẽ appetibilẽ itellectualẽ:quẽadmodũ & particulæ:ĩ qbus illæ ſunt poſitæ:an multas qdẽ ĩ uno aĩali nõ eẽ. Sit.n.deridiculũ : ut diuinus inqt Plato: tanq̃ troianũ equũ iſideãt:plures aĩas ĩ quolibet hoĩe cõtineri:ſed ſingulas in ſingulis: q̃ pti bus tamẽ differẽtibus cõſtẽt.Alioqn uel ſi unã:ſed iterſtinctã direptãq; ptibus ſtatuerimus difficile determinatu erit:q̃leſnã ſint:& quo genere differãt:hoc ẽ utaꝛ alia nutrix alũnaq; ps ab auctrice: & utraq; ab illa cui ꝓcreãdi uis data ẽ:an rõne ſola diſtẽt:ſubiecto nõ diſtẽt.Vtcũq; tamẽ tres illæ ſe habẽt iterſe uidẽt ab imaginaria & appetibili diſcedẽ:nec ſolũ ſpeciei:ſed ẽt regiõis & ſubiecti diſcriminibꝰ ſepari. Pleraq; nutriunt augẽt & ꝓcreãt:qbus nec ſentiẽdi:nec uiſiões cõcipiendi:nec appetẽdi facultas habeat. Quẽadmodũ ſentiũt aliqua:quæ tamẽ intelligentia careãt.

Vtrum de membris prius q̃ de integritate agendum ſit:& de actibus q̃ de mẽbris & partibus:& de ſubiectis q̃ de actibus. CAP. VI.

x SEd ſi q̃dam partes diuerſæ:q̃dam eædem cognoſcunt:quæri ſolet:utrum de anima uniuerſa prius:an de partibus ceu notioribus diſſerendum ſit.Poſſet ſane cuiq̃ ipſum totũ notius & manifeſtius uideri q̃ membra:qa in magnitudine quoq; prius ipſam integritatem:q̃ ptes ſenſu ꝓcipimus.In docẽdo quoq; ab uniuerſalibus ſemꝑ periẽ ac euidẽtioribus & clariori bus auſpicamur.Ecõtrario neſcio quonãmõ ptes uidẽt notiores eẽ q̃ totũ.Nã priora ſemꝑ initia iis ſũt q̃ de initiis ꝓdeunt:totũ porro ex ptibus ꝓdeat neceſſe ẽ.Quot ſi prius de partibus eſt agendũ ſuccedit

illa inq̃sitio de earũ substãtiis prius: an de actibus & functionibus sit tractãdum: ac maiori quidẽ ex pte momẽta ipsa & opa aiæ cognobiliora q̃ ipsa aia sunt. Ná sentire se atq; imaginari nemo est q nõ intelligat: fide ad id uel experimẽti ducta: quorũ iudicio nullũ exquisitius ẽ. Quid aũt ipse sensus sit non oẽs percipere idonei. Deide si de actibus prius est dicẽdũ: iuncta q̃stio est: utrũ actus ipsi prius: an incidẽtia: quibus in actũ cient sensus: tractari explicariq; debeãt. Fere. n. notiora sunt ea: quæ percutiũt sensum: q̃ ipsa pcussio: ut uisilia q̃ uisio: auditilia q̃ auditio: fortasse etiã intelligibilia q̃ intellectus. Opponunt̃ porro hæc per relationẽ: sensile respõdet ad sensum: itelligibile ad intellectũ. Atq; hæc & tot capita quæstionũ habentur: quæ ad animam pertinent: quæq; simul explicatæ dissolutæq; fuerit: ad definitionẽ eius ornandam farciendamq; necessariæ & commodissimæ uidebuntur.

Accidentia cognita conferre ad cognoscendam naturam substantiæ. CAP. VII.

VErum si cuiusq; rei definitionẽ rectã accæperis: nõ solũ usui tibi erit ad ea quoq; accidẽtia p noscenda: quæ p se contineãtur in re. Quod qdẽ uidere i mathematicis licet: ubi ex lineæ di xi
rectæ & arcuatæ: itẽ ex trianguli & plani definitionibus: facilia perspectu & cõpertu sunt ea: quæ per se figuris illis dicunt̃ accidere. Nõ solũ in quá istud huc proderit: sed etiã uice iuersa: si accidentia pfecte cõplexus fueris: magno id tibi adiumẽto: tũ ad notitiã substantiæ: tũ ad molitionẽ definitionis erit. Dixi si perfecte cõplexus fueris: nõ ut ad id minus demonstrationẽ adiungeres: sed sat é ea perseq; quæ aut ĩcurrant insensum: aut quæ possint cogitatione imaginationeq; cõprehẽdi. Ná remota admodũ accidentia & translatitia: quæq; naturá rei de longinquo conniueant nec attĩgant: ad rationẽ definiendi nõ conferunt. Quod genus peccat Chrysippus: q quom deũ finiturus asserturusq; esset: id ex tẽplis altaribus sacrificiis statuis cõprobat: ratus argumẽta id genus magnã uim ad monstrãdum illud habeṫ: ueꝝ aliena illa sunt & a natura deoꝝ abiũcta. At moueri sempiterno agitatu: & Apollinẽ sortibus futura p̃cinere: Aesculapiũ deplorata cõclamataq; hoĩum corpora uitæ reddere: momẽta sunt ad definitionẽ dei efficacia & ꝓpria ut ita dicaṫ. Deus est aĩal sempiternũ prouidẽs & beneficiũ homini. Plane oĩs demonstratiõis pricipium definitio obtinet. Tãtisper obambulatio quædã & circulus est. Vt. n. ex accidentibus definitio statim elucet: si scienter & recte de iis: quæ extrinsecus apparent sumanṫ: ita ex definitione accidentia addicunt̃. Sane i qbusdã faciliter a definitione in notitiã accidẽtium ꝓcediṫ: ut in mathematicis: in quibusdã e cõuerso ꝓcliuius ex accidentibus in definitionẽ subiṫ. Quod fere in naturalibus uisitatur. Est aũt uitiũ in accidentiũ enumeratiõe uel maximũ afferre: quæ nihil ad definitionẽ facere uideanṫ. Cõtra quoq; in assignãda definitione grauiter deerraueris: si ex cõcæptu uerborum nullum accidens eius rei compareat: quæ definiṫ. Quãobrẽ omnes eius generis definitiones. i. ex quibus nulla potest coniectatio accidentium elici: nimirum dialeticæ atq; adeo inanes habentur.

Perquirendum esse: utrũ omnes affectiones sint cõmunes animæ & corpori: an alteræ alterius propriæ peculiaresq; habeantur. CAP. VIII.

NEc est minus iis quæ dicta sunt utile: ad substãtiã aiæ explicãdã: opera eius oĩa & affectiones xii
diuidere i cognoscereq;. Sint oĩa ea corpori & aiæ cõmunia: hoc est ꝓmixtiõi: q̃ ex aia & corpore ꝓuenit: an ex iis alia aiæ habeanṫ: alia corpori ꝓpria. Atq; hoc q̃q̃ prius est ut sciamus: perq̃ difficile tamẽ atq; ipendio arduũ uideṫ multis adeo futuris q tum audere: cõcupiscere ob: rasci: tũ sentire & intelligere peculiares eẽ aiæ affectiones affirmẽt. Ac mihi qdẽ uideṫ plurimæ aĩalis pfunctiones ais haberi corporibusq; cõmunes. Aiæ tamẽ siqd aliud itelligere propriũ ẽ. Cæterũ siue intelligere imaginari ẽ: siue nõ põt sine imaginatione cõtingere: fieri negt: ut hoc quoq; officiũ sine ministerio & usu corporis obeaṫ: cũ nisi uia ꝓcurationeq; sensuũ uisa & imagines ais ĩsculpanṫ. Quãobrẽ xiii
statim quæstio hæc decidi & definiri põt hoc genere. Si qd est aiæ opus: aut affectio ꝓpria: potest contingere ut aia seorsum a corpore sit: sed si nihil est soli aiæ ꝓpriũ: ĩmo corpus ad oĩa munia in societatẽ participatumq; recipiṫ. Siue illud hoc est qd' oculis cerniṫ: quodq; forma ista: quæ sub obtutum uenit & figura monstraṫ: siue interius & latentius aliud: quale cõminiscebaṫ Plato: nõ põt cõtingere: ut seorsum a corpore habeatur obmaneatq;. Alioqn ociosum aliquid natura creauerit: quod defendi nõ põt. Est. n. compertum hoc nihil in natura torpere nihil feriari: sua in singulis rebus ingenia contineri: officia quæq; & gestiones suas agnoscere agitareq;: & quasi pensa persoluere. Erit fortasse aliquis qui rationis huius inductionem ceu minus sanam: aut seriam repræhẽdat: sed qui hoc cauillatur uim argumẽti nõ peruideṫ. Calumnia autem talis est. Oportebat iquit accæpto consequẽtis oppositio: ita tollere demolirique antecedens: at in nostra ratione contrarius ordo seruatur: nam sumpta eius quod primum in connexo erat priuatione: infirmatio postremi subiungitur. Verum qui tã male animatus est: ut hæc quæ in dialetica: atq; in exercitio argutiarum iactata & prompta omnibus sunt ignorasse Aristotelem putat: is plane ignorantissimus uidetur: nam uerbum illud: posset̃ contingere: quo Aristoteles in ratione sua utitur: non habet necessariam cõnexionem: tunc enim uerum sit perempto quod sequitur: interimi quod procedebat: sed possibilem & contingentem tantum: in quo genere obseruatio in contrarium est: ut abolitio antecedẽtis: aboleat consequns. Ea res hoc exẽplo patuerit. Si nauigauerit Dion põt contingere ut bene & prospere nauigauerit: ergo si non nauigauerit non potest contigere ut bene & ꝓspere nauigasse dicatur: non autem sequitur ergo si nõ potest cõtingere ut bene & prospere nauiget: ne nauigare quoq; simpliciter poterit. Idem de eo qui aliquid agat: proficiscatur: ambulet: currat. Demũ eadẽ in oĩbus ratio erit: i quibus cõiunctio incidẽs cõtingẽsq; habebiṫ nõ necessaria. Eodẽ modo si aĩal erit quod procul est & ad nos accedit: potest cõtingere ut sit equus: igitur si animal non est: neq; equus

utiq; ut sit: põt cõtingere: nõ autẽ sequit: si nõ est equus: neq; igit aial: semp. n. id quod sequit contingẽ ter: tãq; pars antecedentis sit: ꝓpterea q; quãdoq; accidit: quãdoq; nõ accidit. Ita q antecedẽs iterimit: to tũ interimit: toto aũt sublato sequẽs ẽ pti quoq; abolitionem afferri. Sed & seorsum quoq; ipsum antecedens litigiosum cõtrouersumq; ẽ: in quo dicit si quod ẽ aiæ opus ꝓpriũ: põt cõtigere ut sepet: aiũt id nõ esse necessariũ: quo possit accidere ut ꝓpriũ opus hẽat aia: non sit tamẽ sepabilis: quẽadmodũ ne oculus aut manus a corpe separi possunt: etiã si ꝓpriũ aliquod opus oculoꝝ: aliquod manuũ sit. Porro illa propositio: quæ p negationẽ antecedentis elidit & perimit cõsequens: si nihil est aiæ ꝓpriũ: separari igit nõ põt: necessaria est nec oblocutorẽ inuenit. Quippe quoq; præclarũ illud & idubitabile ꝓloquiũ profatũq; uendicet: in quo dicit: nihil a natura sine usu aliquo fieri: q̃obrem igit affirmãt aliqui amare odisse irasciq; aiam. Certe quẽadmodũ dr: q̃ta uis pila planitie puncto tãgi: nõ q; planities aut linea possit ipsa seorsum cõsistere: sed q; regula: in qua sit illa planities directa: neq; q; pila possit contingi. i. ipsa fi
xiiii gura: sed q; æs: in quo illa sit forma. Nã neq; rectitudo a regula: neq; figura ab ænea pila: neq; tactus pũcti: imo nullus oino tactus a corpore: aut a toto abiũcta sunt: ita & aiæ affectiones cões uidẽt eẽ cũ corpore: lætari: dolere: timere: audire: amare: odisse: irasci mitescere. Horum nihil potest aia perpeti sine ui opeq; corporis: utpote per qd plerũq; secretæ etiã animi cogitationes: & affectus prodant. Nã & in ruborẽ effundimur: cũ uerecũdia cutẽ accipit refugit metu sanguis: & pallore frigescimus. Atq; hæc qdẽ neq; ipsis poetis ignota sunt: ut in illo. Oculis micat acribus ignis. Et i illo. Palluit & gelidus coit in præcordia sanguis. Dentibus ora strepunt. Est autem argumẽto uel maximo huiusmodi affectiones haberi aiæ corporiq; cõmunes: q; quomodo causæ alioquin magnæ plerũq; icidant aialibus & irascendi & metuendi: neq; metu tamẽ tentant: neq; iracũdia cõmouentur: interim ex diuerso leui sæpe irritamento grauiter excandescunt: proinde ad iracũdiã proniora sunt in fame aut siti: aut siq̃bus humoribus ifestentur: qd maxime melancolici subsinẽt. Hi ualitudinis uitio & naturæ suæ tẽperamẽto minimis q̃ busq; periculis cõsternant. Ita oia hæc uident ex uaria corporũ mixtione atq; habitudine proficisci: & pro tẽperaturæ modo remissius uel itensius fieri. Neq; uero corpus tãq̃ instrumẽtũ & machinamẽtũ affectionũ est: q̃lia sensibiliũ uiriũ sua sunt organa & internũtia sentiẽdi: sed maior quædã affinitas est corpi cũ perturbationibus aĩ: q̃ sensibus cũ instrumẽtis. Hæc si paulo affecta lacessitaq; fuerint: munus sentiendi legittimum abrũpunt & ipediunt. Corporis mala permixtio non ipedit affectiones: sed promouet potius atq; exacuit: ut possit intelligi corporis naturam proxime cum affectionibus conuenire.

Animæ definitionem esse cum materia coniungenda: & quid sit definitio physica & dialetica: & quæ scientiæ: quibus modis definiant. CAP. IX.

xv Hæc si ita habẽt: necesse est in definitionem aiæ adhideri materiam: q̃obrem omnes materiam affectibus definiendis adiungunt: quemadmodum is qui iram dixit feruorem sanguinis circa cor cã puniendi doloris. Igit ad physicũ pertinet de ea aia noscere quæ ad suas affectiones actionesq; materiam requirit: q̃q̃ diuersa ratio est: qua finire physicus solet ab ea: q̃ dialeticus. Huic solius formæ negotium ideo iram finit: ut sit doloris ulciscẽdi cupiditas. Physicus materiam corrogat eoq; tam terminat: ut efferuescẽtiam sanguinis circa cor dicat. Ratio. n. iracundiæ libido & studium illud est reponendæ uindictæ. Sed rationem hãc atq; formam: idest desyderium tale in tali materia esse collocatum oportet. Quemadmodum definiturus domum alius forma & ratione cõtẽtus est. Hoc modo. Domus est custodia & defensio a uẽtis imbribus caloribus frigore. Alius sola materia. Domus est ligna lateres intrita. Erit & cui utrũq; complecti studium sit. Domus est munitio ab iis q̃ de foris ingruant ex tali aut tali materia. De tribus his: quod genus physico conuenit? Vtrum id: ĩ quo solius formæ fit mentio prætermissa & neglecta materia? an id: in quo solius materiæ admonitio habetur forma superposita? an id potius: in quo iũctim forma & materia declarat. Quot si postremũ hoc genus philosopho naturali congruit: cui sectæ reliqua duo uendicari aut tribui debent? Certe definitio: in qua sola uis formæ affertur: quæ seorsum consistere: confirmationemq; & soliditatem habe
xvi re non potest: sola dialeticis ascisciturunde illa plerũq; futilis inanisq; habetur. Ea uero quæ materiam tantum & affectiones eius quæ abiungi non possunt sectatur: nullius quidem fuerit nisi eius qui naturam exploret: quippe qui circa omnia uersetur: quæ materiam & eius opera atque affectiones appellent: sed cessans & manca nisi formæ meminerit. Ac formam quidem semper in definitione collocare debemus: quæ locum principem teneat: ita tamen ut a materia non recedamus: etiam si forma ratione possit abiungi. Et enim formæ naturali materia semper opus ususq; est. At mathematicis lineam directam citra materiam definire conceditur: quia res quæ apud illos tractantur a nexibus materiæ liberiora exultioraq; sunt q̃ forma naturalis. Atq; hoc ut distinctius capiatur paulo altius ordo petendus est. Naturalis corporis opera: alia naturalia sunt: alia extrinsecus ueniũt. Naturalia sunt calor: frigus: siccitas: humor: nutritio: auctio: minutio. Extrinsecus ueniunt quæ artificio aliquo comparantur. Artificium aliud materiam exornat: aliud defectum & inualentiam corrigit. Materiam exornant excussio res: significi: postremoque sellularii. In ualentiam corrigit medicina: agricultura. Est & genus tertium siue id affectionem uocare: siue accidens malis: quod quãquam non potest a corpore naturali euidẽter seiungi: inest tamen in corpore ut naturale non est: quo numero sunt illa rectum: inflexum: triangulũ:
xvii concauũ: deuexũ. Demũ in oibus: quæ sibi mathematici contemplantur naturales affectiones a cõspectione sua reiiciunt: solas merasque magnitudines: & nuda: atque inania spacia extimant: finiendis his neq; materiam neq; naturalem qualitatem adiungunt. Iterum quoq; alio initio ordiendũ ẽ. Circa for-

mam plurimæ habentur ſpeculandi rationes & uiæ. Forma enim aut naturalis eſt: aut mathematica aut artificiaria. Naturalē & phyſici: & dialetici occupant: ſed dialetici materiā negligūt: phyſici ſemp ac curāt: cæteras formas artifices & mathematici ſortiunt. Hoꝝ alii ſolitarias & abſolutas cōſiderāt: aliis in materia negotiū eſt. Quāobrē ut illis ſemp ſine materia: ita his nūq̄ ſua cōmentatio eſt. Ille ſummus ſupremuſq̄ omniū artifex uidet: q circa ueras formas: ideſt quæ ab omni nexu & mancipatu materiæ aſſerunt: ſtudiū ſuū exercet. Cū dico ab oī nexu: intelligo eas: quæ tū re: tū cogitatatione a materia ſeq̄ſtrant: quales primus ultra mūdanuſq̄ phyloſophus ſpectat. Atq̄ hæc quaſi extrinſecus diſtincta dige xviii ſtaq̄ uolumus: utpote quæ nō admodū aliena ab hoc iſtituto ac ꝓpoſito uiderent. Sed referenda ē unde deerrauit oro. Dicebamus aiæ affectiōes a materia naturali animaliū ſeparatas nō eē: neq̄ ſicut ſupficies pōt præcidi rōne: ita poſſe irā: timorē: & reliqua: ſed hoꝝ omniū definitiones cōmuniōe corporis: quod i iis apertiſſime cōmouetur exagitaturq̄ conflari & conſtitui oportere.

De ſententiis ueterum de anima: & de opinione Democriti. CAP. X.

HIs ita præguſtatis: deiceps pedē cōferre par eſt: ſed prius eſt ut ſnias uetex diſgrāus. Et her xix cules æquū ſit eos ad cōſortiū diſputatiōis huius corrogari: q i ꝑte hac philoſophiæ: aut aliqd inueniēdo: aut ſcribēdo & cōmētando nos iuuerint: ut & bene ab iis dicta recipiant in fide: & cōtraria repudient. Quo duæ res ſint qbus inaia ab aiantibus differūt. Altera q aialia uident ꝑ ſe moueri: nō uident inaia. Altera q ſentiūt hæc: illa nō ſentiunt. In duo hæc diductio ſectarū facta ueteribus ē: alii de motu: alii de ſenſu finitionē aiæ colligūt. De motu Democritus Anaxagoras: fortaſſe etiā Plato. li q arbitrabant id q nō mouet mouere alia nō poſſe: aiam innumero habuerūt earū rex: quæ mouerent. Vnde illā Democritus ignē & caloré quēdā eē credidit: quo. n. innumerabiles figuras oriri moueriq̄ diceret: q̄s atomis ſuis referret accæptas: earuq̄ panſpmiā. i. uniuerſitatē ſemina riū: elementūq̄ totius naturæ cōſtitueret. Putauit aiam ex iis quæ rotūdæ orbiculataq̄ haberent: conſtare: argumēto: tū q figura illa maxie penetrare uideat ī corpora: tū q ſimul agitat ipſa aut pellit ſecū alias quoq̄ res ſubīde rapit & cōmouet. Nihil aūt mirum eē: ſi oculi aſpectū eius nō capiunt: q̄is corxx pus eē dicat: nā & illa quæ ꝑ aerē uolitāt ramētā ut ipſe appellat & papuli: quorū ingēs uis turmati ſene ſtris in ſole adaptis inferta lōgos per totos radios tractu reciprocat: niſi ſudo cœlo & ſolo aſſerto oculis uſurpari nō poſſunt. Quāuiſq̄ aer ſpeciem præbeat inanis cuiuſdā æquoris: ſunt tamē ī eo ſolida corpora: ſed īdiuidua pauxillaq̄ ac minutiſſima: qbus oppleī proinde atomos alias maiores: tardioreſq̄: alias minores celerioreſq̄ eē: ſed cellerrimas & minimas oīum globulētas & ſphericas: q̄rū cōciliatu & concurſu extiterit aia. Quapp & uitā reſpiratiōe definiri dicebat. Nā quū aer is q nos ambeſt: cōpreſſis corxxi rogatiſq̄ aliis corpuſculis ſpherulas iteriores: quax agitatu aial agitat elidat: periculūq̄ ſit: ne deſtitutū eo præſidio alias extīguat: ſuppetiatū accurrūt aliæ atomi: quæ ſe iuices faceſcētiū inſinuēt. Quod qdē per hauſtum & reciprocationem ſpiritus fit. Ita incurſatiōe confluctuatiōe: quæ mutua ſubeūtium & euolantium atomorum: quod ſpirādo reſpirādoq̄ accidit animā adhiberi ne defluat: proindeq̄ eatenus uiuere animalia quoaddum atomos ſphericas accipere poſſint & reddere.

De opinione quorūdam Pythagoreorum de anima. CAP. XI.

EVere & Pythagorici aliq̄ ait Ariſtoteles: q̄ idē de aia ſenſerit: quos ego tamē: qui fuerit nōdū xxii cōperi. Ex iis alii corpa idiuidua: q̄ ī aere mouerent: alii cām agitatricē illoꝝ eē aiam arbitrati ſunt. Eoq̄ id accidere: q illa nūq̄ qeſcere q̄lubet ſereno trangilloq̄ aere uideat. Sane ii priū eē aiæ putāt mouet: ꝑſerti q illā deſcripſere uī ſemet agitātē mouētēq̄. Fere. n. diſceſſū ē xxiii in id oībus: ut motū eē peculiariſſimū aiæ crederēt: ac cætera qdē moueri ab aia: ſed aiam a ſe ipa. Eodē mō & Anaxagoras aiam eē fontē & initiū motus ꝑdicat: idē qcūq̄ oīa moueri a mēte itellectuq̄ autumāt. Nō tamē uidet id Democrito: qppe q iter mētē & aiam nihil itereſſe affirmet: ꝓhīc ſēſus ueri nūtios eē dicebat: & oīa q̄ ſenſibus uiderent uera eē defendebat: q̄ſi ſenſus & aius cōfunderent. Vnde & ſētire & ſape ꝓ eodē habebat magno alioqn teſte Homero nixus: q quodā uerſu de Hectore. Iacet iqt aliꝫ ſapiēs: q̄obrē nō ita de itellectu locutus ē tāq̄ de ui ea q̄ ueritas. i. q rerū cauſæ: atq̄ exitus cognoſcuntur: neq̄ ut ea q̄ a ſenſu ſit diuerſa: ſed idē oīno eē utrāq̄ uī. i. aium & aiam teſtatus dilucidū ē. Anaxagoras xxiiii mius id clare īdicat. Plerūq̄ cām boni pulchriq̄ itellectui tribuit: ceu q cæteris aiæ uiribus dignitate antiſtet & diuinior hēat. Plerūq̄ cōfūdit ut aiam cū aio cōiūgere uideat. Cū. n. oībus aialibus magnis paruiſq̄ ꝓfectis & imꝑfectis: intellectū aſciſcat: ſine dubio ſignificat nō diſtare itellectū a ſenſu. Nā ſenſus ī oībus uiſit: intellectus nō in oībus. Sed ne in hoīe quoq̄ oī cōparet: ita oēs phī: q animātia ex eo ſpectabant quot ipſa ſe mouerent: conuenire id in animam potiori modo & meliore nota dixerunt.

De opinione Empedoclis & opre. Thimæi ſiue Platonis in Thimæo. CAP. XII.

AT qui ex eo aialia cognoſcūt & ſentiūt de finitionē aiæ afferūt. Hi animā ex ꝓncipiis & elexxv mētis rex cōſtitutā intelligūt: adeo quot cuiq̄ initia uidebant ex totidē cōſtare animā probabāt. Quot ſi qs unū dixiſſet: ex uno filo animā exiſtere: fatebat ita contingere: ut anima q̄ ex principiis eſſet cōpoſita: tū ipſa principia: tū ea q̄ de principiis naſcerent: poſſit cognoſcere. Nā Empedocles q quattuor naturis cōſtare uult oīa: qbus concordiam & diſcordiam initia capitalia præficit: ex totidem conflari animam ſenſumq̄ teſtatur hoc carmine.

Terrea pars terras: pars undea conſpicit undas:
Aethera dium æther: uis ignea percipit ignes:
Pax pacem monſtrat: litem lis aſpera ſentit.

xxvi Statuit autē ex oībus iis aīam cōfici:quia putabat alias naturas ſentiri & apprehēdi nō poſſe: niſi p̄ hāc ſimilitudinē:quæ cum rebus eēt aīæ inſita. Atq; hoc illi cū cæteris erat cōmune:fere.n.cōſenſus ueterū eſt:ſimilibus cognoſci ſimilia. Eadē cā motus ē opinari Timæus:aīam ex elemētis cōponi:quorū alterū indiuiduum:immateriale:incorporeū haberet:alterū diuiduū:& quod ad naturā corporū pertineret: ideſt natura:quæ inſeparabilis corpor̄ cōmunis eēt. Ex iis mediam exiſtere aīam duar̄ naturarū per mixtione coalitā:ac indiuiduā quidē & imaterialem naturā fortaſſe mentē putabat. Diuiduū uero & mediū qd itelligat extimemus. Qualitates ſanæ prīæ:humor & ſiccitas:cæteræq; iis coniuges:circa cor pora quidē diuiduæ non uidentur:ſed circa materiā. Sed & potētia naturalis diuidua eſt & quidem circa corpora:hæc.n.materia utitur nō informi nudaq; penitus:ſed elemētis & corpore. Nam & cogit & diſ fundit:proindeq; circa hæc poteſt diuidua & ſectilis uideri. Idem de parte ſenſuali:& de ea quæ ad libi dinem & iraſcentiā pertinet. Dicat illas circa corpora diuiduas haberi:quom in corporibus & circa cor pora uerſari cōtineriq; uideant. Atq; hoc tā in illis uer̄ ſit:quæ irrationales oīno brutæq; ſunt: q̄ in iis quæ rationi parent atq; cōſentiūt. Quāobrē ſi oēs circa corpora diuiſiles eſſe neceſſe eſt:relinquit nullā aliā uim niſi rationalē mediā ab illo cenſeri:qa inter īdiuiduā naturā. i. quæ careat ptibus:& huic cōtra riam ambigat:atq; ab duabus his facultatibus cōdita & tēperata dicat. Plane cōditā eſſe aīam ī pprie di cit. Nō.n.ita pōt cōſtituta intelligi:ut corruptis atq; ī unū confuſis naturis duabus: ſpecies ab his tertia diſſultarit:qdq; fieri ī cæteris mixtionibus cernit:coalitu diſcrepātiū rer̄:q ſine illorū īteritu non pōt accidere:ingeniū aīæ prouenerit. Sed cū aīam dicit ex duplici natura cōſtare:id ita accipiendum eſt: ut rationabilis animæ natura minoris eſſe q̄ itellectus:& pluris q̄ irrōnabiles potentiæ iudicet:cū utroq; tamen cognationem quādā habere:qualem fere mixta & cōcreta:cum iis ex quibus formātur. Quapp duabus illam opibus ad res noſcendas & compræhēdēdaſq; uti eiuſdē & diuerſi:quotiēs genera & ge nerū formas colligimus:idē & ſimilia quærimus:quotiens uero differentias perſequimur diuerſitatē ī cidimus:atq; has uires potētiaſq; ab elementis illis accipit:quibus cōſtat. Potētiam eiuſdē ab īdiuiduo & incorporeo initio. Potentiā diuerſitatis a diuidua & corporali natura. Ita Timæus animā ex elemen tis confectā uult:nō tamē oēs ut dixi:ſed rationalem:qualem & mūdi aīam exiſtimare quis poſſet. Nā potentias patibiles inuſtas inteſtaſq; poſt a ſecūdanis dicit:q ab eo mortaliū animaliū opifices & creato res uocant. Vt igit Timæus animā ex elementis effecerit:quo ſimilibus ſimilia cognoſceret: ſatis arbi tror demonſtratum. Idem probat in iis quæ de philoſophia diſſeruit:ideſt cū animal inqt principio ex idea unius:& prima lōgitudine:latitudine:altitudine conſtitit. Alia quoq; ad idē exēpli. Cum.n.incor poream naturā a q̄titate continua remotiſſimā putarent:utpote quæ nullam mollē aut diffuſionē ha beret:ſed ſub diſcretā cōmode poſſe cadere uiderēt:numerū illi & multitudinem aſciſcebāt: non oēm: ſed quā ueræ & ſimplices unitates attolerēt. Dixi ueras unitates ac ſimplices:quia numerus:qui ad in corporea pertinet:non conſtat ex iis unitatibus:quæ corporali naturæ mortalique tribuuntur. Nul lum.n.corpus perfecte unū eſt:qa diſtrahi pōt ſubīde in plura:īmo infinite ſecari:q̄obrē numerū illum tāq̄ ex ſpeciebus & formis collectū formalem ſeu ſpecificum appellabant. Contraq; eius generis nume ros ut rerum formas & ſpecies prædicabant. Atq; huic ſententiæ uerſus ille de proxio cōgruit. Quæq; ſuos retinēt numeros:numero omnia conſtant. Elementa igitur mundi intelligibilis:quem per ſe ani xxvii mal uocant prima & ſumma ex ſpecificis numeris prodidere:ideas unius:ideam primi binarii: ideam primi ternarii:ideā primi quaternarii. Quomodo enim neceſſe eēt ut in mundo intelligibilia ideæ: & principia mundi ſenſilis ſpectarent:ſenſilis autem mundus ex longitudine:latitudine:profunditate:cō ſtaret:ideam lōgitudinis primum binarium ſtatuerunt:quia unius ad unum directio. i. a pūcto ad pū ctum extractio. Longitudo eſt longitudinis & latitudinis iunctim ideam primum ternionem: quia planarum prima trianguli figura eſt:mox longitudinis latitudinis ſimul ideam primum quaterna rium:quia prima ſolidarum eſt Pyramis conuſq;. Atq; oia hæc Xenocrates:in iis quæ de natura cōmē tatus eſt explicat. Indidem ſiquem iſta delectant:hauriat licebit. Illud igitur per ſe animal hoc eſt intel ligibilem mundum ex primis iis principiis conciliatum & conditum arbitrātur. Particularia uero ex iis:quæ hoc ordine ſequuntur ſubcedūtq;:quemadmodum.n.iter ſe compantur ſenſibilia:eadē quoq; collatione ſibi reſpondent ideæ ſenſilia. Eſt & aliud genus quo illi hoc de anima ſolent exponere. Quo modo enim pluribus utatur poteſtatibus anima ad capiendas cognitiōes rerum:itellectu:ſcientia:ſen ſu:opinione. Intellectum ab unius idea præberi miniſtrariq; affirmabant. Scientiam a prima dualitate: quia ſcientia ad unum ab uno procederet:hoc eſt a ſumptiōibus ad complexionē cōcluſionemq;. Opi nionē a prima trinitate:qui numerus ad planā figurā referebat. Nam opinionis eſt ex propoſitionibus utrūq; uerum falſum cōcludere. Sēſum a primo quaternario ortum habere:a quo pria idea ſolidi cor poris emanabat:circa qđ ſenſus noſtri uerſant. Ac rer̄ quidem oīum initia forma & ſpecies & ſpecifi cus numerus credebatur. Ipſius uero numeri elementū & ſeges tum unitas:tū dualitas indefinita erat: quam unitati iuxtim ſubdebant:unde infinita uis & prouentus numerorum exiret. Nam ex eo q; ue re unum ſit:& quod ſolitarium habeatur nihil conſtitui:aut deriuari poteſt:ita creandis generandiſq; numeris neceſſe erat corrogare naturam alteram:& unitati coniungere:quam ut dixi īterminatam & indefinitam dualitatē appellāt. Dualitatem iccirco quia iā & diuiſilis & multitudinis opifex uideat. In definitā ppterea q; pprio fine extremoq; careat. Sit.n.unitas:q̄ finē ſuū oībus ſpēbus ideiſq; præbeat. Dualitate.n.unitas cōtinenter adiecta numeros ſpecificos q̄libet multiplicari contigit. Porro dualitas hæc imaginē refert materiæ:quæ ſubditur obſterniturq; corporibus. Vnitas adeo ſimilitudinem for

Sed quia prius eſt perſpicuum q̄ actu perluceat:quippe cum actus & perfectio eius ipſum lumen ſit: de ratione perſpicui loco principe eſt agēdum. Illud igit̄ pſpicuum dicimus:q̄ p̄ q̄q̄ uiſile eſt:non tamen a ſe ut ita dicam eſt uiſile:ſed opera coloris externi. Perſpicua ſunt aer & aqua & lapides nōnulli:q̄ argumē/ to hoc plucidi appellantur. Item uitrum & cornua:& præter hæc quædam quoq; alia corpora:ſed p̄ci/ pue cœlum. Atq; hoc inter omnia perſpicua primatum obtinet:ab eo aer:a quo elementum aquæ:de/ inceps ordīe ſuo reliqua:quæ dinumerauimus ſupra. Nullum horum p eſſentiam ſuam perſpicuum eſt:uerbi gratia:aqua non eſt perſpicua: in eo quod aqua:neq; aer in eo q̄ aer:ſed in eo q̄ natura quadā communi participant:quæ in illis corporibus inſita cauſam habet: cur ſint:& cur dicantur eſſe perluci da. Hæc omnia efficiuntur uiſilia non de ſuo colore:ſed de alieno quē imbibunt: alioquin ſi eſſe colora ta poſſent:tranſpici præterea aut perlucere non poſſent:quando illa tunc maxime perſpicua ſunt: quō nullo colore ſunt offecta uidentur ergo cernunturq; ſi modo & uideri & cerni poſſunt per alienos colo res ut dixi:quorum acceſſu immutant̄:mouenturq;:non quidem ita ut alterari aut tranſire in illos cō/ uertiq; uideantur:ſed alio genere. Nec ueros colores recipiuntur in aerem quemadmodū cælatura anu li & ſigillum in ceram. Nam cera non in profundo ſed in ſuperficie fingitur:aer uero colores intra ſe to tum initus ebibit:eoſq; trāſmittit ad oculum:adeo interim & cōtrarios ſimul defert. Quod fieri nequa quā poſſet ſi conuerti aut alterari coloribus diceret̄. Nō tamen ſemper colores ad oculum trāſmeāt:ſed tunc quom illa per q̄ iter coloribus eſt:actu perſpicua ſunt:qđ qdem p̄ſentia luminis contingit:corpus aūt cœleſte ſemper actu perlucet. Vbi uero potētia lumen eſt ibi quoq; haberi tenebræ poſſunt:nihil. n. aliud tenebroſum eſt: q̄ quod potentia perſpicuum ſit.

De lumine & natura luminis. Item lumē eē ad quēdam modū uiſile. CAP. XXIII.

ATT lumen pfectio & actus perſpicui eſt:qua perſpicuum eſt. Dixi:qua perſpicuum ceu nō in eo q̄ aqua:neq; in eo q̄ aer:eſt enim perfectio alia aeris & aquæ præſtantior: ſed quatenus perſpicua ſunt aer & aqua: hactenus lumen eſt aeris & aquæ perfectio. Ac lumen quidē q̄ſi color perſpicuo eſt:quaſi color inquā:q̄ lumen non proprie aerem colorat:ut candor niuē: ſed q̄ aerem uiſilem facit:quemadmodū ſua colores corpora. Item q̄ ea quæ poteſtate perlucida ſunt præſtat ut actu perluceant. Lumen uero ipſum nec ignis eſt:nec ſol:nec aſtrum ullum:ſed illorum ſola præſentia in iis corporibus:quorum cōmunis ea uis ē: qua perluceant:& a qua potentia hæc referri ad actū poſſit. Sane hoc ſoli maxime tribuit̄ & ſyderibus cæteris: deinceps & igni: & quæ de igni plus re ferant. Videt̄ uero ignis illuminandi uim ſortitus:non in eo q̄ ignis:ſed in eo q̄ rationem quandam & naturam cōmunem cum reliquis colluſtrantibus:& ſplendidis corporibus obtinet. Probāt hoc beſtio læ iſectorū:quæ nicedulæ ſiue cicidelæ uocant̄. Eæ q̄quā nec ſunt ignis :nec ignē ferūt tamē p̄ modo corporis circūſecus illuminant aerem. Dictum eſt quid eſſet perſpicuum:& quid lumen. Id neq; ignē eſſe neq; corpus omnino:ſed neq; defluuium a corpore intelligimus:ſtatim enim ſi defluuium ſit:cor pus ſit oportet:ſed aut ignis aut alterius ſplendidi præſentiam ī perſpicuo corpore. Nō quidem talem præſentiam qualis ſolet eſſe eorū quæ inuicē miſcent̄:aut eoꝝ quæ cōmittunt̄ copulanturq;:corporis ſunt omnia hæc:ſed talē præſentiā quali ea quæ agūt patientibus rebus & motū accipientibus: præſto ſunt:īmo uerius quali ea quæ perficiunt exornantq; adſunt iis rebus:qbus perfectionē & exornationē hanc afferunt. Illud primū:qui lumen corpus faciunt:concedant neceſſe eſt corpus penetrare:ac meare per corpus:& eundē locum a duobus corporibus æquabiliter obſideri:quod multis rationibus aliquā do a nobis improbatū eſt. Deinde non uident ſi id referāt: futuꝝ ut aer acceſſione luminis corpulētior & plenior euadat:q̄ quom in tenebris eſt:cuius contrarium cernitur. Huc accedit:ut quom tenebræ ni hil aliud ſint q̄ abſentia ſiderum imperſpicuo corpore:lumen nihil eſſe aliud poſſit:q̄ illoꝝ præſentia: omnis uero præſentia eſt eius rei q̄ præſens ſit ad id:cui præſens eſt quidam habitus reſponſuſq;:non igit̄ corpus. Age ſi corpus eſt lumen:cū nulla uentorum ui cohiberi poſſit ne decumbat in terrā:deſcē/ ſus hic atq; motus quo in fera peteſſit:naturalis eſſe nō poſſet:quia tenuius & leuius igni oporteret in/ telligi. Poſtremo ſi lumen corpus eſſet:cunctatione aliqua neceſſario moueretur. At uidemus contra ſimul. n. illatus eſt ignis uniuerſum conclaue agminatim puncto tempore colluſtrat̄:& ſimul ortiuus ſol matutino emerſu reuiſit orbē:in omnes terras lux momento diffunditur. Nā quod inquit Empe/ docles:ſeu quiuis alius id credidit:moueri quidem lumen ita ut partes terræ ortui propriores: & quæ deīceps iniectæ ſunt illuminent̄ anteq̄ extimæ:mox ſe ſplēdor per uniuerſum p̄fundat & ſpargat:ſed pernicitate motus ſumma cōtingere:ne id perſpici aīaduertiq; poſſit:quaſi ſenſum & intentionē effu/ giat. Res tota fictitia eſt:& cui tum ratio:tū experimenta reclamēt. Si enim aut ītercapedo modica:aut lumen exiguū eſſet:latere id oculos: ac ſenſum præuertere ratio fortaſſe probabilis uideretur. Nūc ab oriente in occidens:tam immenſo itinere tam uaſti corporis motū depræhendi non poſſe: haud ſcio: an ulla res eē queat difficilior creditu. Cæteꝝ quom coloris capax ſit quod expers eſt coloris:ſicut ſoni quod expers eſt ſoni:& figuræ qđ expers eſt figuræ:& ſaporis qđ expers eſt ſaporis:coloris autem qui proprius habeatur expers ſit perſpicuum corpus:ratio eſt ut ab alienis coloribus moueri & īmutari di catur. Quare ſi proprium aliquem colorem haberet eueniret e cōtrario: q̄ euenit: ut colores ad oculū perferri non poſſent. Quom aūt aeri lumen ingruit:eoq; actu perſpicuus ſit:tunc lumē pro colore aeri eſt:& quodāmodo uiſile & cauſa quāobrem cætera uideant̄. At quom aer potentia perſpicuus eſt:tūc tenebre in eo uicem coloris præbent:& inuiſiles nobis ſunt: & culpam habent pariter ne alia contueri poſſimus. Inuiſiles uero tenebras diximus:non q̄ nullum omnino ſit iis cum uiſu cōmertium: ſed q̄

lxviii

lxix

lxx

lxxi

ægre & ꝑtenuiter uideant:cognoſcit enim utcūq; oculus tenebras:ſicut reliqui ſenſus ſuoꝝ ſenſiliū pri uantias. Plane ſiue luminoſa ſiue illumina perſpicuitas ſit:eadem ſemp ſubiecta natura eſt. Quēadmo/dum idem eſt ſubiectum cū qs uidet & poſtea captus oculis cæcutit.

Quot modis accipiatur uiſile:& quemadmodū aſtra & reliqua de genere hoc tum noctu tum interdiu uideantur. CAP. XXIIII.

lxxii CErte non omnia uiſilia ſpectantur in lumine:ſed quom in cæteris ſuus cuiuſq; color in lu/mine uideatur:nōnulla ſunt quæ non uident ad lucē:ſed e tenebris feriūt ſenſum & cient. Atq; hæc aut colores habendi non ſunt quando coloris proprium eſt mouere actu perſpi/cuum:aut alio genere colores exiſtimandi q̄ cæteri. Huius forma ignita omnia & noctu fulgentia ſunt: quæ quom nullum genus commune contineat: nullo quoq; communi nomine appel lantur. Nimirum quō multa huiuſmodi habeant: quæ ſpecie & natura longiſſime diſcrepent:in uno tamen eo cōmuni conueniunt:q; ignium modo collucent noctibus & refulgent e tenebris: ut fungi & quorūdam animaliū cornua: & piſcium capita & ſquamæ: & oculi & putres:ac præaridi caudices. i. ca rientes ſituq; marcidi. Horum proprius color tardius uiſitur:noctu ſplendor ſolus & radiatio iacitur q̄q̄ fortaſſe neq; color ille eſt:ſed repercuſſus quidā ob oculos. Verū hæc q̄ ratione in conſpectū cadant alio inquit loco tractabitur:cui quæſtio hæc ſit cognatior. i. in libro de ſenſu & ſenſili. Cæteꝝ Soſigenes Alexandri præceptor tertio uolumine de uiſu rationem afferre conatus eſt:quamobrem aliqua collu/cere in tenebris uideantur:quæ mihi probar. Flammulenta inquit hæc quadamtenus naturā ætheris & quinti elementi participant:ea cognatione fieri ut admotū ſibi aerem aut perſpicuum aliud corpus illuminent. Quod autē id maxime noctibus faciant rationē eſſe:quia tum maius lumen abſit: alioq; euenire interdiu:ut exiguum eorum lumen quaſi exoleſcat & offundatur in magno. Noctu ergo cum refulgent aerem proximum & circumfuſum leuiter ſubluſtrant:nō ita ut alia item poſſint uideri: ſed ut ſola ſe uendicent tenebris. Atq; hoc facit exilitas portionis eius:e qua proficiſcit manatq; lumen: nā & ipſe quoq; ignis:quāuis ſplendorem ſuum latius & diffuſius mittat:adeo ut afferat etiam alia:tamē ſi remotior ſit iam calligant oculi in cætera:ipē ad cō/pectum ſui uix ſufficit. Hac fini declaraſſe ſit ſatis id quod in lumine cernitur:colorem eſſe oportere:q; ea natura coloris ſit ut moueat actu perſpicuum. Quom uero quæ uident in tenebris aut calores eſſe non poſſint:aut alia ratione intelligi colores opor teat:efficitur ut duas eſſe differentias uiſilium & colorum neceſſe ſit. Quorum alteri in lumine non in tenebris uideantur:alteri contra conſpici poſſint in tenebris:nō poſſint in lumine. Ignis quidem cum utroq; genere ambigit:nec immerito:quando & in illo quoq; natura ancipiti eſt:q; & mouet actu per ſpicuum tanquā color: & præterea perficit tanquam lumen. Eoq; neceſſarium eſt ut & interdiu & no ctibus uideatur. Fundit enim ſeſe in eo lumen undiq; & de colore lux exit. Atq; hoc habet præcipuum color is qui ineſt ī flāmis ut ꝓpinquū aerē illuſtrare poſſit luminis mō: q̄ facultas extra hūc nullis colo ribus data é. Quiīmo color ignis ꝓgatiuā hāc tulit:nō q̄ color:neq; q̄ ignis:ſed q̄ cōmunius illius na turæ quā diximus particeps eſt. Quare nō eſt mirū ſi unus is q̄q̄ color tamen uiſitetur in tenebris.

Vt uiſus cōſter opus eē intermedio ꝑſpicuo corpore. CAP. XXV.

lxxiii PLane colorem eſſe ea natura ut actu perſpicuum moueat illud indicio eſſe uel firmiſſimo poteſt:q; colores uehementer prope admoti:neque uideri: neq; internoſci quæunt: mouet ergo color perſpicuum aerem:aer aduſq; oculum continenter pertenſus aſpectum mouet & uulnerat. Quot ſi nullus eſſet uſus iterſiti aeris:per quē color ueheretur ad ſenſum: ſum ma ratio eſſet:quamobrem colores quanto propius acciderent imminerentq; oculis: eo clarius & ex/

lxxiiii quiſitius cernerentur. Proinde perperam Democritus cenſuit:qui diceret ſi inane eſſet hoc omne per quod cernimus ſpacium: fore ut acrius & probius omnia uiderentur: quod prorſus impoſſibile eſt. Nam obtutus paſſo quadamtenus & affecto ſenſu contingit: non quidem a colore qui cernitur: alio/quin impoſitus & adiunctus pupillæ præſentiretur: ſed quod reliquum eſt ab aere illo & perſpicuo: quod interpatet. Quamobrem nedum acutius ſed nihil omnino uideri poſſet i uacuo:quia nihil in eo

lxxv intermedium haberetur:quod primo ipſum affectum:tum deinde ſenſum oculorum afficeret. Idem in ſono idem in odore contingit:neuter attactu ſenſum exercet:ſed per medium aerem a quo ſubīde ſenſus impellunt. Sane ſiquis ſibi ad machinamenta odorem aut ſtrepitum ita proxime adigat indatq; ut peritiſſimos aurium:aut narium meatus:quum poſſunt attingant:nimirum:aut nihil omnino:aut ægerrime ſentiet. Quāuis autem eadem in tactu guſtuq; ratio ſit:non tamen æquæ in illis apparet:qđ quāobrem fiat conſtabit poſt. Ea autem quæ inter ſonum aut odorem media ſunt aer & aqua:nō qua/tenus aer & aqua ſunt:media ſūt: ſed quēadmodū in iis ꝑſpicuitas cōmunis utriq; natura é:quā colores perferuntur ad uiſum. Ita probandum eſt duas in iis qualitates communes haberi:unam qua ſtrepitus ad auditum:alteram qua odores ad olfactum apportant. Atq; harū priorem:quæ pertineret ad ſtrepi/

lxxvi tum:interprætes aliqui non Ariſtoteles Diechen appellant quaſi perſoniam dixeris. Poſteriorem quæ odorum eſſet Dioſmon ac ſi perolaciam uocaris:ideſt ueterinas ſeu uehicularias odoris & ſoni. Ac uidē tur quidem natalia aquatiliaq; odoris uel in aqua ſenſum habere: q; nidorum lentoꝝ ſuffitus explo/rat. Homo uero & aīalia oīa quæ reſpirāt odorari nō poſſunt:niſi aīa uicibus & reddita & accæpta. At q̄ in humore degunt:ēt ſine anhelitu & reciprocatiōe ſpiritus uident olfacere:quoꝝ oīum cauſæ refer/uandæ locis ſuis ſunt. Ex his manifeſtum eſt uiſum finiri ita poſſe:ut ſit facultas coloris recipiēdi citra materiam per medium actu perſpicuum.

De auditu & ſubiecto & ſono & de ſonantibus. CAP. XXVI.

POſtq̄ de uiſu diximus:ſeries ē ut de auditu dicamus:qđ ut q̄cōmodiſſime poſſit:exigi prius lxxvii
eſt ut de ſono agat. Duplex uero ſonus eſt:unus actu:unus potentia:nam ſunt q̄ neq; actu neq; potētia ſonū obtineāt:ut ſpōgiæ & oē lanitiū. Sunt alia quæ q̄q̄ ſonum habēt:tamē aliquādo actu habent:aliquando potentia:ut æs & lapides & oīa plana glutta leuigataq;. Hæc quom q̄ſcunt ſonum potētia continent:cum uero inuicē collidunt dedunt actu ſonū ac ſtrepitū. Tūc aūt ſonus deditus dicit:quom de re q̄ ſonat ad aurē ꝓfectus mediū ſpaciū cōplet. Neceſſe aūt eſt quom actu ſonus fit:haberi minimū tria:duo:quæ cōcurrāt:& tertiū id in quo hic cōcurſus fiat:uerbi gratia: lxxviii
quæ concurrūt:corpora & dura & ſolida eē neceſſe ē:in quo id gerat:aerem. Neq;.n. fieri pōt ictus:aut pcuſſio ſine delatione:neq; delatio item ſine aere medio. Percuſſio uero nō quæuis ſonitū ciet:neq; oīa corpora ſtrepitū elidūt:ſed cōplanata & leuia:& q̄ aut caua ſint:aut in latitudine diffuſa. Leuor defendit aeris fracturā:quē oportet incolumē & indiuiſum ꝓferri ad auditū. At q̄ lata ſunt q; multū aeris amplitudine oraꝝ & marginū ꝓpellūt:egregie pſonāt. Caua item idonea ī hoc ſunt:ꝓpterea q; a primo ictu ꝑ diſſultationē cōgeminant plagæ. Quom.n. aer is q ītus ē exagitatus exitū q̄rat quē obiectu lateꝝ:ob quæ dū p̄cipitat offendit:inuenire nō:pōt fit ut diu ꝑ hæc luctatus & tortus ualidæ pſtrepat. Qđ quidem īpræcipue in auxillis æneis accidit pſertim ſi leuigatæ expolitaq; ſunt. At ſi ſubula ſubulam cedas infecti & ſurdi ictus reddent. Nā plumarū leuitas:q̄lubet uehemēs plaga ueniat:crepitum non emittit. lxxix
Porro ſonus & in aere & in aqua æditur: quāquā obſcuriuſculus in aqua eſt:utpote hebeteſcens in ea obrauceſcēſq;. Veꝝ tametſi ad ſonū plus aer cōferre:q̄ aqua uideat: nō tamē ſufficit ad ſonū ſolus:neq; ſolus autor eſt uocis eliſæ:ſed & certis corporibus opus eſt & certis ictibus. Corporibus q̄ plana lata leuia ſunt ut dictū eſt. Ictibus q uehementer & celeriter infligant: ne aer diſſutus diſciſuſq; conatū inefficacem atq; irritum faciat & libram eludat. Quom enim ſuopte ingenio maxime diſſipabilis & fluxiſſimus ſit facile fruſtrat ictus:niſi ruptura ꝓnicitas anteuortat. Quāobrē ſi tympanū tympano cūctanter & ſenſim admoueris:nullū ſtrepitum attoles:ſed ſi pulſaueris:ſtridet aer ratione hac cū tela uibrantur:aut cum uirgula ēt num aut ſcruteola corrigia cedit. Fitq; hoc quotiēs ictus p̄celeri uelocitate diſſolutionem eius anticipat: perinde ac ſiquis cumulum arenæ delatum celeriter diuerberet:ita ut plaga præueniat. Quom aūt hoc fit tunc aer uice duorum fungit: & corporis: quod percutitur: & medii in quo percuſſio agitur.

De Echo. CAP. XXVII.

REdditur aūt Echo ratione hac q; aer ſonore aut uoce ictus quotiens planū leuigatū & ſim lxxx
plex corpus incurrit:nec præterea ꝓgredi poteſt offenſaculo tranſitum & ſciſſuram uetāte retro diſpellitur & diſſultat ut pila. Fieri quidē æmulas & reciprocas ſemp uoces neceſſe ē: ſed præ ſua exilitate ſenſum effugere. Semp.n. aer pcuſſus occurſaculū īuenit:unde recipro cet:alioquin ſi directū ſemp iter uoces tenerēt:nemo ipſum ſe audiſ poſſet loquentē. Verū ut dixi latet plerumq; reflexio:quod & in lumine accidit. Nam & lumen ſemper redux eſt infractumq; reſilit:quia ſi non ſit:in umbra lumen eſſe non poſſet:ſed excæptis locis:quibus ſplendor ſolis & radius incubaret ſummas præterea & arctiſſimas eſſe tenebras oporteret: nec tamen ab omnibus æqualiter reflectitur ſed a leuigatis impenſius: quahia ſunt aqua aurum: argentum. Eo euenit ut a cæteris quidem nulla:a nitidis uero ac ſplendidis euidētiſſima refractio & alternatio luminis fieri uideatur. Quom enim radius uerbi gratia ſolis leui & terſo corpori immiſſus:indeq; acie repulſa ī ſolem refractus iacere umbras poſſit:cæteri qui aliis corporibus immtintur non conſtat an poſſint. Contingit credere non omne lumen alternum aut reciprocum fieri. Eodem modo ex omni ſtrepitu ſemper Echo ſua reſpōdet:etiam ſi non ſemper obloquitur: nec ſemper exauditur: ſed tūc demum quom corpus ſinuoſa & leuigata ſoliditate ictum aeris excipit. Si enim æquabilis & una planities offenſa corporis ſit: aer quoq; æquabiliter & continenter unus efficitur:retroq; eadem unitate ſeruata incolumis & integer cōmeat & reditum capeſſit. Si uero corpus id ꝓminulum aſperum inæqualeq; fuerit:tum dehiſcere & diuelli aerem neceſſe erit:quaſi non in unam planitiem:ſed in plures offenderit:quando præſertim ut conſtentur ac ſuppetant omnia:tamen natura diſſutuli & facillime fiſſili eſt.

De intermedio inauditu. CAP. XXVIII.

QVáuis autem non unus aer ſit ut dixi qui ſtrepitum faciat: inter omnia tamen elemēta pri- lxxxi
cipatū tenet. Quāobrem ii qui propriam & peculiarē rationem audiendi uacuo tribuunt non longiſſime abſunt a uero: propterea q; nihil aliud eſſe uacuū q̄ aerē arbitrant. Sonoꝝ igit & obſtrepoꝝ eſt:id quod mouere aerē pōt uniter & continenter aduſq; aurē. Plane au- lxxxii
ditus natura confini & cognata aeri eſt:habetur enim in auribus quidā congemitus conflatus q quaſi intextus paniculæ eſt:& cum ſpiritu illo implicitus:atque inædificatus:ubi fomes ſenſificus eſt: & ubi prima ſentiendi uis ſedet. Proinde aer externus quotiens commotus eſt & interriorem illum ſucceſſit continuatur cum eo & coaleſcit:ita ut uterq; ſit unus:quēadmodum enim aqua aquæ: ita aer aeri continuus fit non attiguus:tranſmittit ergo ſtrepitū aer exterior per interiorem ad ſenſum. Atq; hæc cau- lxxxiii
ſa eſt quare animal non audiat omnibus membris ſed eo dūtaxat: in quo natura portionem aeris intexuit. Ac aer quidem ipſe inſonus eſt:quia caret principio unde ſonus proficiſcatur: ſed facile tamen diſſipatur diſiiciturq;:atq; omni corpori ultro cedit:ut qui natura deſultoria fluibundaq; ſit. Quod ſi quō mouet coertio aliqua ſit: quæ illum diffundi diſſiliri aut diſcindi prohibeat;utiq; motus hic ſo-

nitum elidit:aer aũt ille eliſus in auribus:q̃q̃ ut dixi cum exteriori ſe continet:tamen magis ẽt num ſonus eſt:q̃ natura reliqui aeris exigat. Atq; hoc ratione inſtitutum natura uidet:ut turba omni interna liber totum ſe ad externa conuertat:& differentias oĩum uocum accipiat:nam aer congenitus in conſinio eſt:& tanq̃ interliminium obtinet inter ſpiritum & aerem uitalem:& aerem extrinſecus accidẽtem eoq; pro uallo & munimẽto panniculæ uidet additus:ne illa tentari aut oblædi poſſet aeris exterioris appulſu. Ipſam aũt ſpẽs ſonorum ideo recipit q̃ facillime:q; ſimplex ſincerus:tranquilluſq; eſt:& ad oĩnem impſſionẽ tener patiẽſq;. Nec mora iteruenit:ſed recæptas imagines principiũ ſentiẽdi obiter trãſmittit. Quã uero neceſſe ſit auditioni gigni nõ panicula:ſed aere iteriore icta p igreſſũ aeris alieni:argumẽto urinantiũ ꝓbat:q tãetſi in demerſu ꝑalto exaudiũt:nõ tamẽ humor aduſq; paniculam penetrat: ſed ſolũ ad aerem iteriorẽ:quẽ cõtingit:nec attinet. Ex quo facile diſcrimẽ intelligit illud: quo aer & aq̃ ad aerẽ interiorẽ accedũt:nã aer ſimul acceſſit cõtinuat ſe ei:nec tangit:qa naturã ſui ſimilẽ cõperit:e diuerſo aqua tangit:nec cõtinuat ſe. Veꝝ quẽadmodũ ſi aqua intro irruperit:audire non poſſumus: itaſi aer exterior ſupra modũ ipendio agitatus impulſuſq; aduſq; pãniculã ꝑuaſerit: uis audiendi neceſſario lædit. Huic piculo obuiã iit natura:q̃ auriculas aĩalibus uertiginoſas & q̃ſi claulſculis & grũdis qbuſdã intortas fabricata ẽ:uti nõ ſimplex directũq;:ſed anfractuoſũ & flexuoſum iter haberẽt:ne humor:aut flatus in penitas ꝑtes facile poſſet illabi. Sane ſicut humor ĩ pupilla ꝑſpicuus a ꝑſpicuo externo colores inuectos excipiẽs ad ſenſoriũ reddit:ita aer iteſtinus ab extraneo ſtrepitũ q̃ſi breui manu tollẽs ſubiẽſq; ad auditũ refert. Atq; illũ qdem humorẽ obductis cuticulis & mẽbra nullis additis: tanq̃ cõpreſſo munito ꝑ q̃ exeat:a fluore & dilapſu coercuit:nec.n.cõtineri aliter potuiſſet:niſi tanq̃ in uaſe aliquo cõſignatus & obſeruatus fuiſſet. At pãnicula cui mãdatus iterior ſpiritus ẽ:q̃q̃ illũ quoq; ſic cõpeſcit amplexune diffundat:nõ tamẽ includit:qa ſi cluderet cũ aere extraneo cõtineri nõ poſſet. Sed inuolucra illa & giros in auribus:q ꝑ cuniculos ſinuſq; ibricatim undant:ꝑ opimento aeri ſunt:ne diſilire:aut digredi poſſit. Quom uero pãnicula tentat laboratq; detrimẽtũ in auditũ decũbit: quẽadmodũ quom cuticula lædit pupillæ:uiſus cõſequio noxã cõtrahit. Quãq̃ uero ĩternus aer ĩmobilis dicat:nõ tamẽ oĩo ĩmobilis eſt:ſed ĩmobilis uocat:eo q; neq; ipſe diffundit:neq; alius ſubinde atq; alius ad eius uicẽ corrogat. Idẽ ꝑtinaciter pãniculæ aſſidet:& auditui cõgenitus innexuſq; eſt. Per ſe uero motu quodã ꝑplacido & infrequẽti citra turbã & ſolicitudinẽ agit: ut auris de hac agitatiuncula ꝑſtrepat. Ac ſonus qdã q ad au-
§ 4 res accedit exauditurq;:nõ eſt internus aeris motus:ſed externus alienuſq;. Naturale porro aeri ẽ cõmoueri ſemꝑ:ẽt ſi diſcerneret:& tranquilliſſima tẽperies ſit. Atq; hoc ueꝝ eſſe probant ſcobes illæ & ramẽta in ſole:q̃ huc illuc irrequieto æſtu reciprocãt. Hac ratione:ſi auribus manũ admoueris: ꝓcipies ſtrepitũ q ꝓprius & intimus agat in auribus ſicut in cornu. Incolumis quoq; auditus:argumẽtum ẽ quom aures inſonãt tinniuntq;:utpote unde cõſtet aeri cõgenito:naturalẽ uigorẽ & utilitatẽ ineſſe.

Vnde oriatur ſonus & quemadmodum exaudiatur. CAP. XXIX.

§ 5 LLud plane dubitari ſolet percuſſum corpus:an percutiens ſonitum reddat: an in aperto ẽ ex utroq; reddi:ita tamen ut alterũ agere:alterum ꝓpeti intelligat:nã paſſio a factione:quis ſubiecto nõ differat:ratione & cogitatione tamen euariat. Eſt autem ſonus breuiſſime dixerim aer eliſus paſſuſq;. Aer autem duplex eſt:unus is qui inter corpora cõflatim incuſſa diſpellitur:alter is qui ab hoc primum profectus:mox ſucceſſu motus cõtinenter ad auditũ perfert. Atq; hoc eſt iam illud quod audit. Nã exemplum quo Ariſtoteles utitur nõ conuẽit examuſſim. Ait enim ſonum eſſe motum eius aeris:quẽ moueri contingat:eo modo quo mouent ea:quæ impetu aliquo ĩpulſa:& leuigatis ac ſolidis corporibus alliſa reſiliũt. Quæ enim ita reciprocãt ab iis unde reiiciunt:abiungi neceſſe eſt. At aer qui primo inſonat nõ abiungit ita ut ad auditũ ipſe accedat:ſed proximum ſibi & continuum aerem cõmouet. Atq; hic ſubinde aliũ excitat more quo in fluctibus cernitur:in quibus alter alterum trudit:& pulſus obiter ſequentem impellit.

De differẽtiis & diſcriminibus ſoni. Itẽ exãguia & piſces uocẽ nõ mittere. CAP. XXX.

§ 6 Onorum diſcrimen quom nituntur actu:non quom potentia ſubſidũt & intus præmunt ĩternoſci poteſt:quemadmodũ & cæterorũ ſenſiliũ. Sonorũ igit principes notæ acumen & grauitas. Atq; hæc noĩa a tactilibus flexa p trãſlationẽ ſonis adiũximus. Vt enim qã forma in mucronẽ exacutã obtinet pauxillo tẽpore uehemẽter tẽtat: qã uero retuſam habet ſero & ſegniter:ita & auditũ exuibriſſans & acuta uox icit:& ꝓpe modũ uulnerat: quaſi pungẽs grauis obtũdit offunditq; tanq̃ trudẽs. Atq; hoc ratiõe illa cõtingit:q; altera multũ celeriter mouet:altera parum prætarde. Ergo nõ idem ſunt celeritas & acumen:neq; retuſio & grauitas:ut quibuſdam uidet:ſed ita euenit:ut motus faſtigiati turbinatiq; corporis:frequẽs & præceler ſit:retuſi uero atq; hebetis cũctabundus & tardius. Hinc ẽt fit:ut a corporibus politioribus latioribuſq; acutior ſonus ædatur: q; aer ab
§ 7 iis uelocius mouet & celerius diſſilit:unde & auditus ualide & cito laceſſit. Cæterum ꝓpria animãtis ẽ uox:inanima uocalia eſſe non poſſunt. Quod ſi fidiculas aliquando: aut fiſtulas dicimus uocales tranſlatitium eſt:& abutimur nomine: quod ſæpe fit:ut inſtrumẽtis iis quaſi uerba formari:atq; alloquia uideãtur. Ex animalibus quoq; plura non habent uocem:ſed quæ ſunt exanguia iis nulla uocis emittendæ facultas eſt:ut inſectis & iis quæ integuntur cruſta. Nam ea quæ uidentur canere ut cicadæ mẽbrana ſepto tranſuerſo ſubdita:ad quam ſpiritus in eo incluſus atteritur: opſtrepũt. Sed neq; piſces uocẽ emittũt:atq; hoc merito:qa uox aeris motus ẽ:piſces aerẽ nõ recipiunt:ut qui in humore exigant:nã piſces quos amnis Achelous gignit capri dicti:eruditã illã uocẽ grunitumq; attritu brãchiarũ cient.

De uoce. CAP. XXXI.

ANimal ergo uocem mittit tantū non omne ut dixi:neq; ab oīs corporis parte:nā & manus collisæ strepitum attollunt:ita subit quærere:quanā parte:aut quēadmodū uox reddatur. lxxxviii
Tria sunt:p quæ non oīs modo sonus:sed uox ēt gignitur.Primū est id quod plagam īfert: deinde id cui infertur:tertium id ī quo hæc agunt.Aeré sane ī utroq; haberi necesse est:q̄q̄ non eodē modo in utroq;:nā ad uocem elidendā non oīs aer requirit:sed solū spiritus is : quē alterno modo ī anhelitu reddimus & ducimus.Huius igit̄ duplex officium est:quēadmodū & līguæ:quā natura ad explendā uictus necessitatē ac p̄cipiendos sapores adhibuit:quæ actio fere oībus animantibus data ē:& ad conficiēdā locutionē quod genus non ad p̄seuerātiam uitæ:sed ad cultū & lauticiem institutum uidetur:& uni homini cōcessum:quia.s.nō nisi absolutissimis animātibus tribuendū fuerit:cō cæptus animi sermōis & uerborū significatiōe complecti.Eodē modo ut ad se oro redeat:geminus in respirādo usus est necessarius:hic ad colorē qui intus sit refrigerādum : alter nō quidē necessarius:sed ad uocē formādam inuentus:gratia melioris notæ.Instrumētum anhelitus guttur ē : respiramus attrahendo reddendoq; aīam per uices:guttur pulmonū gratia uidet̄ adiūctus:q; hāc parte aīalia inceſſi lxxxix
lia & sanguinea feruidiusculam obtinent:qa cordi maxime sit propīqua:ubi fons est caloris . Euētatione igit̄ opus ē pulmonibus & cordi ēt amplius.Proinde respiratio ad uitā cōtinendā necessaria ē. Itaq; aer per gurgulionē illatus adductusq; feruorem illū recentat refrigeratq;.Huius ergo aeris:quē spiran lxxxx
do reddimus p̄cussio & offensio ad arteriā:si cōsulto & decōposito fiat illac:qua cōmeat spūs:uox est. lxxxxi
Loca porro & opificia quæ respirationi administrant sunt:līgula ea:quæ superne duobus foramentis & fistulis interposita est:tū arteria:quæ ad pulmones pertinet· Tussis uero nō est uox:q̄uis ab iisdē locis:& p eadē machinaméta ꝓueniat:qa.s.nō ex proposito accidit. Sed neq; excreatio neq; concauæ manus:quæ illisa sit crepitus:nec plausitatio:nec q̄ alia uox temere uiceq; fortuita gutturis aut labiaꝝ elisu exprōpta:proprie uoces sunt:qa sine cogitatiōe aut cōsilio uox missa:nō est uox:nā hoc ī definitiōe uocis oīno collocādū est:quoniā uox ē sonus q̄ cū significatiōe aliqua emittitur.Significat āt uox oīs:aut naturalis affectus ægritudinem uoluptatē:cuiusmodi ē uox brutoꝝ:aut ea quæ hoies cōstitutis reꝝ noibus & recæptis in cōsuetudinē indicāt.Item alia rōne tussedo non est uox:nā tussis ē ictus tantum aeris & spiritus redditi.Vox p̄ter hoc illud habet amplius:q; est ictus aeris ad arteriā elisi:qđ quidē hūc in modū oportet intelligi:aer in uoce redditus & prospiratus foras aerē ī arteria cōpertū ferit:ictus ille uulnerat arteriā simili ordine:quo supra ī auditu mōstrauimus:aerē auribus inclusum aer exterior percutit:iterior ictus percutit pāniculam. Quā aūt aer is:q respirādo emittit̄ necessarius sit ad uocem præbendā:illud clarissimo argumēto ē:q; si spūm subtineas īcludasq;:uocē dedere efferre non possis. Quare cū uox mittenda est adductū aerē continere oportet:atq; ita internū p̄cutere.Et hercules q hoc potest diu præstare p̄seuerātissima & lōgissima uoce ē.Nemo aūt diutissime id pōt rōne ea : q; feruor ille:quē diximus uernaculus īsitusq;:refrigerationē obiter multā & iugē expostulat.Vt igit̄ mīta ī pauca referamus.Vox ē animantis sonus:q de īstrumētis & meatibus & officina spirādi attollitur:ortum habens hinc:q; spiritus redditus p̄cutit aerē in arteria cōtētū;aut ipsam arteriā : idq; ex proposito idest cum imaginatione aliqua aut consilio significandi indicandiq; aliquid.

De olfactu:quem homo hebetissimum habeat:eoq; odorum nomina propria non haberi:sed a saporibus transferri. CAP. XXXII.

OLfactus & odor quid sit non est æque facile demonstrare:ut quid color:quid perspicuum: lxxxxii
quid uox:quid sonus.Quamobrem neque nomen ullum odoratus proditum est:sicut audibilibus nomē hoc sonus:uisilibus color & lumen.Atque hoc inde accidit:q; sensum hūc tardum & lacessitum habemus . Proinde animalia plurima exquisitius q̄ nos & sagatius olfaciunt:ut ex terrestribus canes:& ex auitio uulturii.Ac odorum quidem uarietates :aut cum oblectatione : aut cum ægritudine & fastidio præsentimus : quod neque in uisu : neque in auditu contingit.Quorum uterque sensus in nobis multos hic colores:ille strepitus accipit:citra omnem commotionem uoluptatis aut doloris.Ex hoc aliqui argumentum sumunt unum sensum olfactus ad mensuram hominibus datum:quantus scilicet sufficere posset habētibus.Acrimoniam illam utpote quæ ad uitam conseruandam non admodum pertineret:tāquam superfluam desyderari collibitum:hinc fieri ut odores cognoscerentur non quales eēnt in se:sed quales peruenirent ad nos.Huic simile & cō lxxxxiii
sentaneum illud est:q; animalia quorum præduri oculi sunt:colores quidem sentiunt utiq; non oēs: sed impendio terrificos dūtaxat & uoluptificos:idq; propter obesitatem & rigiditatem instrumenti: tametsi uero neq; nomina odorum:neque discrimina:neque ingenia teneamus:ex similitudine tamē saporum uocabula iis nomenclatura fœneratitia ducimus.Nullæ in sapore differentiæ sunt:quæ gustum hominis lateant. Sensum hūc homines & certum & exquisitum haberemus:nam gustus tāq; tactus quidam est:tactu porro cætera animantia superamus:quo fit ut sapientissimum animalium dicatur homo:deprehensa animi ui ex mollitudine carnis & tenuitate cutis:quæ in nobis præcipua sit. Atque hæc temperatura uideatur maxime ad prudentiam apta & ad sapientiam & ad subtilitatem ingenii:quando etiam in homine:si crassior callosiorue sit cutis:hebetudinem & tarditatem ostendi : si tenuis luculentaq; acumē & acrimoniā p̄mitti.Vtiq; si naturalis sit mollicies:idest quā tribuerit īcorrupta natura:nō quæ artificio:aut genere aliquo exercitaméti q̄sita:cā forte illa q; ī molli corpore pri- 94

mus inatuſq; ſpiritus aiæ facilius fūdit:& libētius expeditiuſq; diſcurrit.:Cōtra duricies & craſſitudo meatus obturāt:oppillātq;:& q̄ſi repagulo ſunt:ne purus & liq̄dus trāſmittat. Etenī oībus ſēſibus ſua cuiq; portio ſpiritus ad functionē & miniſterīū tributa ē:quo circa fieri:ut a pria aīa q̄ſi p̄ciſi abiūctiq; uideāt. At caro nō portiōi ſpiritus:ſed ſpiritui uniuerſo p̄ſeruit:q ſe p oīa mēbra diffundit ac permeat.

95 Cæterū ut dixi cū odoratus ꝓpriis noībus careat mutuariis alieniſq; utit:ita quēadmodū ſapores:alii dulces:alii amari habēt:ita & odores alios dicimus dulces:alios amaros uocamus. Plerūq; aūt tū uocabula:tū res ī odoratu & guſtu cōſentiūt:ut ſint pariter odor & ſapor:hoc ē:ut q guſtu dulcis eſt ſapor: dulcis ēt ſit odor olfactu:qđ ī melle cernit. Plærūq; ēt cōtra:q̄ odorata:nō eadē guſtu tenera:ut unguēta. Pariter & auſterus odor & pīguis & acer dici ſolet:atq; oīa hæc a guſtu ſūmūt. Cur uero deguſtatis rebus:ſtatim uoluptas ægritudoue conſequatur:quom tamen guſtus homini ſit abſolutior & certior odoratu:neq; Ariſtoteles docuit:neq; expoſitores attingunt.

Cognitionem ſubiecti & ſubiecto oppoſiti pertinere ad eūdem ſenſum. Item quot ſignificatus ſint inodori & iuiſilis & talium. CAP. XXXIII.

96 ERgo quēadmodū ad auditū exaudibile & īexaudibile p̄tīet:& ad uiſū uiſile & iuiſile:ita ad odoratū odorū & īodorū:qa eiuſdē ſēſus ſit cognoſcere quō adeſt:& quō abeſt ꝓpriū ſenſile:ita tamē ut p̄ſentiā p ſe abſentiā & ꝓuationē ex accidēti p̄cipiat. Qđ uero īodoꝝ ē multifarie accipit:quēadmodū & inuiſile dicit id qđ natura īhabili ē:ut uideri & uſurpari oculis poſſit:ut nox & ſonus:ſecūdo id cuius aſpectū agere capimus ut tenebræ:tertio id qđ oculos nr̄os cōfutat & quo propter nimietatem lucis repercuſſumq; dirigere aciem aut cōtra tendere difficile. Totidem ſignificatus inodori habent:nā & illud īodorum ē:quod natura ineptiore ē:q̄ ut olere poſſit:& id qđ p̄tenuiter & exiliter halat:& id quod adeo tetrum uiolentumque obolet:ut tollerari non poſſit. Eadem in guſtu & guſtabili diſtinctio recipienda eſt.

De intermedio ſenſus olfactus:& quemadmodum animalia odorentur præſertim inſecta. CAP. XXXIIII.

97 SAne ad odoratū:quēadmodū ad auditū & guſtū corpore aliquo ītermedio opus ē:ꝓ qđ ad ſenſū odoꝝ differētiæ cōuehāt. Videt quoq; eadē elemēta odoratui p̄ſeruire:q̄ uiſui & auditui aer & aq̄:nā aq̄tilia quoq; odorari certū eſt. Et quēadmodū ī uiſu p̄ſpicuitas coīs q̄dā q̄litas ī aere & ī aqua cognoſcit:ita ī odoratu alia q̄litas ī eiſdē elemētis p̄miſcua cōtinetur: quā dixīus dioſmon. i. ꝓlatiā ſiue ꝓdoriā appellari. Verū hoc nō admodum mirabile ē:ſimiles ſi hac

98 ꝓte ſenſus eē. Illud æſtimatiōe & q̄ſtiōe dignius uidet:quō īſecta odorari conſtet:ut apes q̄ ad quoſdā odores lōgíquo cōueniūt aduolātq;:& fumo ēt abigūt:īdubitari ſolet q id poſſint. Quō.n.hō & aīalia hēntia ſanguinē oīa odorent recipiēdo adducēdoq; ſpūm:qđ hinc ꝓbat:qa ſi anhelitū cōtineāt:nunq; neq; lōgius deſita:neq; ꝓpe aſcita:neq; īpoſita ēt naribꝫ ſentiēt. Quod qđē poſtremū cōe oībus ē:ut ſi ī ptes ſenſorias adigant ſenſilia:p̄ſētiſcere nullus ſenſus poſſit. Cū inq̄ odorari aīalia:q̄ p̄dita ſanguīe ſint niſi attrahēdo ſpūm nequeāt:cōtrouerſiā hēt:quēadmodū fieri poſſit:ut īſecta q̄ nō reſpirāt nec ſpūm

99 ducūt:odorari tamē māifeſtiſſime uideāt. Vnū.n.modū ſentiēdi & rōnem hīt quocūq; ſenſu ī oībus aīalibus ꝓbabile ē:aut igit aliū ſenſū ab odoratu hēbūt:aut reddēda rō & cā diſcriminis ē. Certe alium ſenſū hre nō poſſunt:quo odorēt:q̄ odoratū. Quō.n.ītellectus & pcæptus odoramētoꝝ odoratus ſit ſicut uiſiliū uiſus & exaudibiliū auditus:īpoſſibile ē odores ſentire īſecta:& tū bonos tū malos īternoſcere:tamē alio uti ī hoc ſenſu q̄ odoratu. Iā quō ꝓmi uideāt īſecta q̄rūdam reꝝ odore:ſi uehemētior uiolētiorue:aut ſi putridæ fuerit:qbus uel reſpirātia ſæpenūero ītereūt:ut ſulphure:ut calce:ut origāi puluiſculo iſpſo:ut multoꝝ eius generis ſuffitu īcēſuq; negari qđē nō pōt:ut ineſſe ſenſū olfactus. Sed

c afferēdū ē:quēadmodū olfaciūt ſi nō reſpirāt. Videt itaq; ī ſanguīeis ſenſoriū odorādi diuerſū eē ab eo qđ ī īſectis ſit. Et hercules ut aīaliū quorūdā oculi genis & palpebris utūt ceu uallo quodā uiſus munimētoq; ꝓminēte:eoq; niſi nictēt aut cōnitēt:cernē nō poſſint. Quorūdā ſūt oculi ꝓduri & q hoc genere opculi & foliculi careāt:ꝓindeq; exerti īcōniuiq; ſint: ſed ſtatī ſine diductu aliquo īcidētia & occurſātia cōtuent:ita odoratus īſectis prōptus atq; expoſitus eſt:ut uiſus duros oculos hēntibus: unde munere eo ſine naribus & olfactiōe fungūt:reſpirātibus adoptus & cōditus q quō halamus adaperit ꝓdituſq; āpliatis uenaꝝ meatuūq; itineribꝫ. Hīc euēit:ut q̄ reſpirāt odorē ī aq̄ nō ſentiāt:quoniā reſpirare nō poſſūt. Quāobrē quō meatus illi ī hūore patefieri nequeāt:ſūma rō ē:ut urinātes ī eo odorari nō poſſint:ergo ſiqs diligēti ſubtilitate id exigat:reſpiratio nō ē cā odorādi:neq; dehiſcētia palpebrarū uidēdi:ſed adapiēdi meatus:q odoratui obſeruit. Cōſtitutus āt odor ī arido ē:quēadmodū ſapor ī hūido. Quo circa odoramēta īcēſa recalefactaq; fragrātiora odoratioraq; ſunt. De his āt ī cōmētariis de ſē ſibus Ariſtoteles uberius diſſerit. Illuc ergo relegādi noſcētes hæc ſūt. Plāe cōſtat iſtrumētū olfactus tale potētia eē:q̄lis ē actu res odorata. Quū uero iā odorat nō potētia amplius:ſed actu ipſo eſſe.

De guſtu qui exteriore intermedio careat. Item ſaporem in humido haberi. Item quot modis inguſtabile dicatur. CAP. XXXV.

ci GVſtabile uero quidam tactile eſt:quare & guſtus perinde habetur:ac tactus quidā. Demonſtrari etiam poteſt ratione q guſtabile eſt ſub tactile uideri cadere hunc in modum. Guſtabile nihil aliud eſt q̄ ſapor. Sapor omnis in humido eſt:humidum exploratur & deprehēditur tactu:ergo quod guſtabile ē pertinere ad tactū uidet. Quapp quō guſtus ſit tactus q dam nō eſt alieno corpore opus pro ītermedio ad guſtandum. i. per quod ſaporū differētiæ p̄ferantur

ad guſtū:quēadmodum ad uidendū perſpicuo:ad audiēdū olfaciēdūq; aere aut aqua:p quæ ſoni odo/
reſq; apportent'.Singuli.n.intermedio corpore & externo utunt':p quod ad ſe oia ſenſilia referantur:
neq; pars aliq̄ ſenſuū uicē intermedii pōt implere:ſed neceſſe ē haberi aliud:qđ ſit abiunctū & ſeparatū
a ſenſu.Nō ſic in guſtu:qa neq; ſic etiā ī tactu:ſed ſi qđ intermediū ī iis quoq; ſenſibus cōſtituēdū ē:qđ'
certe cōſtituēdū eſt:ut paulo iferius indicabit':illud a ſenſu diuiſum:aut ſecretū eſſe nō pōt:ſed annexū
eſſe & parte eius oportet:atq; hoc eſſe carnē:aut aliqd uice carnis.Propterea ſi ī aqua fueris ſentire ſapo
rem poteris eū qui cōtineat' in aqua:ut urinātes aſſolēt q ſalſugine maris percipiūt nō tactu:ſed guſtu:
neq; tamē aquā ut intermediā ſentiūt:ſed ut id cui ſapor ille imixtus ē. Et enī quom bibimus:q̄q̄ hu/
mor eſt ille quē bibimus:non tamē humorem ut intermediū guſtamus:ſed ut id qđ aliquē ſaporē re
cipiat:nō quidem eodē mō:quo colores perſpicuū recipit:qppe qui q̄q̄ p id uident':ī eo tamen miſceri
& cōfundi non poſſunt.Neq; ab iis defluuiū aliqđ decidit:quo pſpicuū colorari dicatur:ſed ita ut ſapo
rem tēperari miſceriq; cū humore oporteat:e quo ſapor tāq̄ humori forma euadat.Qualitas.n.& affe
ctio quædā humoris ſapor ē:nō tamē in eo q; humor ineſt:in illo ſapor.Sunt enī aliæ qualitates &affe
ctiones humoris in eo q; humor ē:ut eſſe ceſſilē labilē fluibūdū & ſciſſilē:at qualitas ſapor ē humoris
nō alia re q̄ q; ī humore poſitus cōſtitutuſq; eſt:atq; illo tātūmodo ineſſe dicit' per ſe in humore ſapor:
q; ut ſapor cōſiſtat neceſſe ſit humorē accedere. Accedit aūt & cōtinet' humor:ubi ſapor ē:aut actu:aut
potētia. Sal quom potentia humidū ſit:ſimul admouetur & approximat linguæ tabeſcit liqueſcitque cii
quo &linguā humectat:ergo ītermediū corpus:qđ externū alienūq; ſit:in hoc ſenſu deſiderat'.Cætera
habet cōmunia cum reliqs ſenſilibus:ut.n.color uiſile eſt:ita ſapor guſtabile. Item quēadmodum ui/ ciii
ſus percæptionē uiſilis & iuiſilis habet : nam tenebras oculus iuiſiles iudicat:ita & guſtus ſenſum gu/
ſtabilis & inguſtabilis obtinet.Nouit.n.omnis ſenſus priuationē ſenſilis ſui:nec priuationē modo:ſed
etiam exuperātiā & exceſſum:q̄q̄ hoc poſterius nō ſine offenſione obleſioneq; occidit:neq; enim affe/
ctio eſt par:quom ſilētiū obnoxium:& cū uolenti ac dementes ſtrepitus afferūtur. Silentium quom
percipitur nihil laceſſit:graues & exuperantes ſoni officiunt ſenſui:& plæriq; exitium & abolitionem
important.Nam exceſſus ſenſiliū īmodici:quaſi non ſenſiles euadūt:quia īpatibiles ſunt: nec eorū ſub
ſtineri uis poteſt:eo fit ut non modo exilis & perexiguus ſtrepitus exaudiri non poſſit:ſed nec præma
gnus & ī ſolēs.Præterea triplex inguſtabile eſt:primum id qđ' fatuū iſipidūq; eſt:ut lapis: alterū id cui
permultus ſapor ineſt & guſtum offendens:ut ea quæ impendio acida acria auſteraq; ſunt : tertiū ge/
nus eſt eorum quæ natura idonea ad ſaporē non ſunt:ut uox & aer. Ad hoc exēpli & inuiſile & inexau
dibile trifariam dicitur.Guſtabilīū itaq; iniciū humor ē:utpote qui pro materia ſit ſapori:materia por
ro inicium ſui generis & ipſa eſt:guſtabile uero alterū poculentū id uidelicet quid quom humectum
ſit:ſaporem plus minus naturalem ſalutaremq; animantibus præfert:alterum impoculentum id ſci/
licet:qđ' oblædit & pernitiem guſtui adducit.Primum igitur oportet rem haberi ſucculētam & guſta
bilem:idem quæ ſuccum & ſaporem ſortita ſit : tum deinde poculentam & teneram ſorbtui.Sane po
culentum cōe tactui & guſtui eſt:nam omne poculentum humorem ſaporemq; habet: qua humidū
eſt:ad tactum pertinet:qua ſaporē habet:ad guſtū.Si igitur mediocritatem:aut tēperamētum excedit:
quatenus guſtabile ē:diſſoluit collabefactat guſtū:ſi quatenus tactile animal uniuerſum.

Quot ſint guſtabilia:& quod inſtrumentum guſtus:& quale item differentiæ ſaporum
& genera. CAP. XXXVI.

QVom igit' q; guſtabile ē ſedē ī humore poſſideat:neceſſe ē machinamētū & optimum quo ciiii
utit' aīa ad guſtādū:neq; humidū actu eſſe:neq; tale ut humeſcere & diffundi poſſit. Nā gu
ſtus a guſtabili patit':qua guſtabile ē:oportet igitur ſenſoriū hoc q; humidum ſit potentia:
mox humefieri & moleſcere actu mō ſeruet':atq; incolume habet'. Atq; hoc argumēto illo
patuerit:q; quom ardiuſcula nobis & ſiticuloſior līgua eſt guſtare nō poſſumus:ſicut neq; quom præ
madidam &admodū dilutā habemus.Quod genus facile ī ægrotantibus cernit'.Illi q; offuſum līguæ
humorē habēt:tāq̄ ſolū eū & primū agnoſcunt:reliquos ſapores admotos ægre diudicant:eo fit ſæpe/
numero:ut ſubamara oīa febrientibus uideant' quō linguæ ſapor is a bile felleue hæſerit.Nā & ſi ferrū: cv
aut uehemēte ſaporē ori primū admoueris:mox ſubide aliū addideris:differētiā nō adæque percipies
qa.ſ.offectio prioris itellectū poſteriori nō p̄ſtat.Saporū āt genera fere ut ī coloribus notant' deſcribū/
turq; ſimplices alii:ut dulcis amariuſq;:atq; ii iter ſe cōtrarii ſunt.Cōſequit' dulcē pīguis:amarū ſalſus
In meditullio habēt':aer auſterus:ſuauis:acutus:acerbus:acidus.Atq; hæ differētiæ ſaporū uidēt'.Sed
teſtemur breui cōplexiōe q̄ hactenus nobis effecta ſunt:id qđ ī ſenſibus:itē reliqs fecimus.Senſoriū gu
ſtādi tale potentia ē:q̄ le guſtabile.Guſtabile ē id quod tale reddit actu ſenſoriū:quale ipſum ē ſenſile.

De tactu quæſtio an ſit unus:ſolutio non eſſe unum. Itē carnem non eſſe ſenſorium ta/
ctus:ſed intermedium & operimentum ſenſorii. CAP. XXXVII.

DE tactu duo ſunt q̄renda:primū unus ſit an plures : alterū quodnā ſenſus huius ſenſorium cvi
cōſtituendū ſit:utrū caro:aut ſimile aliqd atq; æmulū carni ī his quæ carent carne : an caro
nō ſit ipſa ſenſoriū:ſed potius ītermediū quoddā. Aliud uero interius ſecretariū habeat':qđ
pro iſtrumēto & machinamēto ſit tactui.Plane tactū nō poſſe unū ſenſum ītelligi uidetur cvii
illud oſtēdere:q; ſenſus hic una cōtrarietate nō ē cōtētus:ut ſenſus reliq uiſus cādoris & nigritiæ & me
diorū:guſtus dulcoris & amaritiæ.In tactu multæ cōtrariorū cōiuges copulæ ſunt:atq; oēs extremæ
& citra mediū:quoniā ī ſingulis eaq; mediæ q̄litates aliæ collocant'.Extremæ ſunt caliditas:frigiditas

humiditas:ficcitas:grauitas:leuitas:mollicies:duricies:aſperitas:leuor mediæ inter has plurimæ. Verū quæſtionis huius qq̄ nō ꝓba nec ſeria:tamē phalerata & ueriſimilis uideri ſolutio poſſit:ſi dicamus:in
cviii reliqs etiā ſenſibus plures cōtrarietates cerni:ut ī uoce nō mō acutū graue:ſed exile & magnū: ſed aſperū & leue:ſed durū & flexibile: ſed fuſcū & cādidū reꝑiri:totidē eē & colorū diſcrimina. Sed ut ſum ꝑ/fatus defenſio hæc nō ſatiſfacit. Primū magnitudo atq; exilitas cōmunia ſunt ſenſibus oībus:& ꝓ ſe ēt a ſingulis cognoſcūt. Leuitas item & aſperitas:aut trāſlatæ de tactilibus ſunt:aut ad figurā referūt:ſi modo figurā ullā uoci eſſe putandū ē. Quod certe putari poteſt ꝓp aerē:q; in uoce elidēda percutit:figura uero inter ſenſilia cōmunia numerat. Nō idē pōt dici de calore:de frigore:de leuore:aſperitate:leuitate:grauitate:qppe quæ oīa priuatim ſubiecta ſunt tactui:nec ſic ullū ex iis:qd̄ pertinere ad reliquos
cix ſenſus poſſit:ergo ſtat ſcrupulus:quodnā genus:aut quæ natura ſub ſenſum hūc cadat: ēt utrū natura una:an plures:neq; n. prōptū ē aliqd̄ nomē:q̄le ī auditu ſonus:ī uiſu color:in guſtu ſapor: hoc igit̄ no/bis quærendū addubitādūq; ē: utrū uero ſenſoriū tactus ſubtus carnē cutemq; ſit:an ipſa potius caro. Certe expimētum illud:qd̄ afferri ſolet nihil huc facit:q; ſtatī atq; contacta caro eſt ꝓſentiſcere uidea/mur:q̄do etiā ſi mēbrana naue:aut lienteolo tenuiſſimo carnē ſuoluas nihiloſequs idē ſeqtur:ut ſimulatq; attigerit aliqs ſentias calorē & frigus:& cæteras eius generis q̄litates:& tamen dubitari nō pōt mē
cx branā eē cēſoriū tactus:ēt ſi cū corpore coaleſcat. Quod de Hercule fabulis prodit̄ ī tunica:quā Deia/nira ei ſanguine Centauri tinctā īduerit:& quæ ihæſerit uiſceribus. Nimirū nihil hoc magis ſenſus ui/guerit:īmo ipedimentū potius mēbranula obducta attulerit. Quāobrē caro nō ſenſoriū: ſed ꝓtegmē ſiue operimētum uidet̄ iniectum & circūdatū interioribus ſenſoriis tactus:quæ plura ſint & ſingulis ꝑibus cōtrariorū ſua reſpōdeāt. Nā quēadmodū ſi aer ita nos ambiret:ut cōgenitus iunctus atq; appli/citus undiq; hēret:uideri poſſemus uno eodēq; iſtrumēto ſentire ſonos:colores:odores:eoq; uno ſen/ſu uidere audire olfacere:propterea q; ſenſoria interſtīgui & diſcerni non poſſent:ſed eodē corpore in/ſtrumentoq; ſimul & colores cerni & ſtrepitus exaudiri:& odores olfieri oporteret. Nūc q; iſtrumen/ta extriſecus habent̄:& aptiſſimis diſcriminibus euariant ea ꝓ quæ uident̄ ſenſus īpelli:manifeſtius eſt q̄ ut cadere controuerſia poſſit plura & uniuerſa eſſe machinamēta:q̄ illis ſenſibus delegata mādataq; ſint. Ita in tactu qa obſcurū eſt unum caro an plura ſint inſtrumenta eius:dubitare quidem contingit
cxi ut dixi:ſed tamen nihil prohibet plura ſenſoria eius intelligi. Carnem uero tum uniuerſam:quæ in uiſceribus contineatur:tum ea quæ extrinſecus uiſitetur opculi & uelaminis loco ſenſoriis illis obductā haberi. Nec. n. aerem id eſſe:aut aquam oportuit:quia corpus animantum qd̄ firmum eſſe & ſolidum neceſſe ē:qd̄q; ortus & occaſus ꝓticeps eſt ex illis eltis ſeorſum conciliari non poteſt. Itaq; relinquit̄ ut mixtum eſſe e terra & reliquis elementis oporteat:quale caro eſſe debet:aut aliqd quod uice carnis ad proportionē haberi natura ſtatuerit. Quot ſigs aſalia eē aerea uel ignea crederet:utiq; in iis difficile fuerit:tū q̄q; ſenſus:tū inſtrumēta:quibus ſinguli uterent̄ agnoſcere. Sed rōnē hāc quēadmodū ducatur attende. Si ſenſus omnis per medium aliquod in actum prodidit: ꝑdibit & tactus. Inter tactile uero & tactum nihil eſſe medium præter corpus poteſt:corpus igitur hoc:quo mēdio tactilia percipiūtur a tactu:uidetur ab aqua & aere differre:quæ cæteris ſenſibus media ſunt:q; aer & aqua a tribus ſenſibus ſunt abiuncta diremptaq;:corpus id quod præſeruit tactui:ab eo ſeparatum eſſe non poteſt: ſed cohærere:& congenitum eſſe & innexum oportet. At uero ratio ea qua probare quiſpiam conaret̄ uno ſenſu tactum ſcludi:propterea q; caro una ſit:per quā tactilia omnia compræhendantur a tactu:euertitur
. iiii argumento linguæ:quæ certa ſui parte & tactilium & ſaporum percæptionē habet. Nam ſi animal cæ/
cxii tera quoque carne paſſim & guſtaret & tāgeret:neceſſe eſſet unum ſenſus putare guſtum & tactum. Nunc duo ſunt:quia inſtrumētorum uſus non reciprocant. Quāuis enim ſenſorium guſtus ſtellectū tactilium habeat:non tamen commeat:ut tactus quoq; ius habeat in ſapores.

Vtrum duo corpora ſolida de concurſo ſe inuicem tangant:& in quo differat aut non differat guſtus & tactus a reliquis ſenſibus. CAP. XXXVIII.

cxiii N eo quoq; inſueuit ambigi:q; quom omne corpus altitudinem habeat:atque hæc e tribus una dimenſio ſit:quomq; ea corpora:inter quæ corpus alterum iniacet: mutuo tangere ſe non poſſint:q; ea ſolum ſe inuicem tangunt:quorum extrema & ora ſunt ſimul. Superq; manifeſtū ſit udis corporibus ſemper humorem aliquem circūfundi & adhæreſcere. Non uidetur fieri poſſe ut duo ſolida corpora de concurſo in aqua ſe tangant:alioquin aut reſiccata erūt extrema:quod quidem in humore non poteſt contingere:aut ſi aquam intercedere fatearis:hiare aliqd inter margines oportebit:nec conſtabit attactus. Quare neq; hamus:cui hæſerit piſcis:neq; piſcis piſcē tangere poterit:neq; intereſt q̄ exiguum pauxillumq; ſit:quod interponitur. Eadem quæſtio ī iis corporibus eſt: quæ ſe extra aquam tāgere inuicem creduntur:quom omnia ea iterſitus aer diuellat. Sed hoc nobis obſcurius in humore eſt:propterea q; aer minorē ſenſum inuehit q̄ aqua. Cæterum q̄q; uera hæc uidentur:tamen præteritur aliquid:quod minime conniuendum:aut diſſimulandum Ariſtoteli fuit. Quom enim aquā aut aerem tangant:quæ in aqua:aut in aere ſunt:profecto hæc non alio mēdio præterea aquam: aut aerem tangent:ſed cum iis protinus concurrent: nihil ut poſſit magnum
cxiiii paruumue intercidere. Verum hoc non id erat:quod initio uolebamus. Illud ergo agitabatur: eſſet ne caro tactilium rerum pars ſenſaria: quemadmodum uiſilium pupilla:an uero inſtrumentum haberetur interius. Caro autem inter inſtrumentum & tactilia interiaceret ut media. Videtur enim maxime poſtulare ratio ut ſimile in tactu: atque in reliquis ſenſibus ſtatuatur. Proinde abſurda res

Ptaui tecū eē mi Hieronyme his diebus:qbus iterptatōi noſtræ ī paraphaſim Themiſtii ſummā manū ipoſui:ut corā cōmunicare tibi oīa ea poſſem:& qđ tuū ī iis iudiciū eēt pſens itellegrē. Ac legiſti tu qdē olī hæc & qđ memineri ꝓbaſti. Sed ſiue ī peius effinxi:& ut ille inqt ab archetypo decidi:ſiue diſpēdiū limæ nō nihil ꝓfecit:certe ī totū alia ſūt q̄ q̄ uidiſti: q; ſi affuiſſes tu: piculū nō erat:ut ab iis q̄ cōmutaſſem dtraxiſſemue laberer. Alioqn ī hæc ipēſius ſtudiū cōtuli q̄ uolebā. Proīde nō dubito futuros:q noſtrā diligētiā cauillēť q̄ſi tātū curæ argumētū ābitus ſit:& magnæ alicuius de ſe pſuaſiōis q̄ ꝓfecto ī me nō ſunt. Nā ſeu q; ſcimus hæc anteludia q̄dā & q̄ſi crepūdia eē īgenii noſtri:ſeu q; maiora ī hoc genere cogitamus:dici nō pōt: q̄ ī iis nec ſatiſfaciā mihi:nec placeā. Sed utinam multoꝝ error aut ſtirpitus uelli aut alleuari poſſet:qbus cū ſe peripateticos bonos appellēt qa īſantiſſimi ſint: nec latīe loq ſciāt:nec græce (ut q̄leuiſſime dicā) tā cōuenit cū ea familia: q̄ iis q multis ſæculis āte Ariſtotelē fuerūt. Certe ptim fando aſſiſtēdoq;pti ſcribēdo & cōmētādo daremus operā:ut q̄tū ī nobis eēt recognoſcerēt ſe:& itelligerēt eos q a pħia eloquētiā ſepāt mīutos plæbeioſq; & plāe ligneos pħos hŕi. Nūc pſuaſio ea tā alte dedita ī uenas ē:tā ptinaciter īhæſit ī uiſceribus:tā difficilē callū obduxit:ut ne dū nos q nec autoritate ualemus: nec fere ī doctrina qcq̄ ꝓmouimus:ſed q̄uis ēt abſolutiſſimus: & q oīa ad manū īnumeratoq; hēat:tātas radices ſuccideť aut medicinā adhibere ægritudini tā defletæ nō poſſit. De quoquōiā plura ꝑamus alia epiſtola:illud tātū dicturi ſum:ut hortēur te:nō ut tu cū ſtudiis pħiæ bonas lras cōiūgas: qppe ī quo ne admonitore qdē eges:ſed ut alios iſtuc exēplo & ſapiētia tua cōpellas. Nec.n.q; ī q buſdā deplorata res uideť:iō minus laborādū tibi ē:tū q; ſnia Hippocratis q cōclamatis & deſpatis negat admouēdas manus:ad morbos aī referēda nō ē:q; ii nō ſemp īcurabiles ſunt:tū q; ut rō iſta cū iis nihil ꝓficiat:ab aliis certe peſtē illā defendet. Infinitū.n.q̄tas iacturas facturæ litteræ ſint:ſi nō habeāt q huic labi obſiſtat. Nos qdē tps oē qđ uiximus & qđ deinceps deū uolūtate uicturi ſumus ī illā curā deſtinauimus ut ꝓ uiri li pte naturalis pħia cū ſtudiis hūanitatis in gr̄am redeat. Vale. Libellū de ſōno & uigilia:quē ad te uertimus:ſcio tibi pro tua ī me beniuolentia nō īgratiſſimū fore. Venetiis. Mcccclxxx.

THEMISTII PARAPHRASEOS LIBER DE SOMNO ET VIGILIA: INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRITIO VENETO.

Quæstiones ad ſomnum & uigiliam pertinentes. CAP. I.

E SOMNO & Vigilia conſideranda hæc arbitror. Primum quid ſint & cui parti & poteſtati animæ credita. Et utrum ſoli animæ commiſſa ut pri uatæ eius affectiones: an & corpori quoq; promiſcua. Et quamobrem tri buta animalibus ſint. Et utrum utrūq; omnibus: an alteris hoc: illud alteri ſeorſum. Deinde q̄d ſit ſomniū: & quot ii qui dormiūt mō ſomniēt mō nō ſomnient. Iem utrum ſomnient quidem ſemp ſed experrectos memo ria non committitur: an ſecus. Et hoc ſi eſt: quam ob cauſam ſit. Præterea ſint ne præſcita aliqua animi quieſcentis: nec ne. Et ſi ſint: qua ratione fiāt utrum ex eo numero ſint quæ agunt ab homine: an quoq; cauſa ſit aliquis deus aut natura aut temeritas.

In eadē particula ſomnū & uigiliā collocari. CAP. II.

PRimum illud haberi pro explorato debet ad eandem animalis partem ſomnum & uigiliam pertinere: tum q̄ oppoſita inuicem ſunt: tum q̄ priuatio eſſe itelligit uigiliæ. Appoſita porro & extrema tam quæ artis ſunt: q̄ quæ in natura ſpectantur: in eodem recipi ſolent: & eiuſdem ſubiecto affectiones uident. Exempli gratia. Integritas & oblæſio: tēperies & itemperies: mor bus & ualentia in eodem corpore ſunt. Pulchritudo & fœditas in eodem membro conſiſtunt. Firmitas & debilitas in eodem neruo cernunt. Viſus & cæcitas in eodem oculo habentur. Similis & in cæteris ſen ſibus ratio. Item clarius ex iis quæ ſequunt liquebit. Nam argumēto quo uigilare aliquem cognoſcimus eodem & dormire deprehendimus. Vigilantem ſane cognoſcimus: aut quia externo ſenſu aliquo: uiſu: auditu: olfactu pellatur: aut quia inteſtina ratiocinatione cogitatione imaginatione. Senſus uero uice ha bitus eſt. Inſenſibilitas uice priuationis. In eodē igitur ſubiecto locanda hæc ſunt. Ex quo illud quod uo lebamus conficitur ſomnum & uigiliam eodem ſubiecto ſtratoq; cōtineri.

Somnum & uigiliam affectiones eſſe corpori & animæ communes. CAP. III.

QVom autem ſentire ipſum neq; animæ neq; corporis proprium ſit. Nam ad idem genus tū actus tum potentia pertinet: ſenſus autem qui in actu ſit: eſt quidā animæ motus interuentu & comitatu corporis conualeſcens. Manifeſtum eſt: affectionem hanc: dico ipſum ſentire: nec peculiarem animæ eſſe neq; item corporis propriam: quandoquidem corpus inanime nullā ſentiendi uim obtinet: ſed ſummæ permixtioniſq;. Porro quom uires animæ habeātur diſtinctæ: ita ut altrix abiuncta a reliquis ſit: reliquæ ſeorſum ab hac non poſſint conſiſtere: certum eſt ea quæ augentur modo & minuuntur ut arbores: dormire & uigilare nō poſſe: quia ſenſu deficiuntur: de cuius momen tis natura ſomni & uigiliæ dependet. Nam ſenſus a ratione uitali: quæ & uegetalis dicit eſſentia: & pote ſtate interſtitio plurimo & manifeno diſpeſcitur: etiam ſi non id conſtaret: utrum ſubiecto & magnitudi ne differrant.

In animalibus omnibns ſomnū & uigiliā uitibus contingere. CAP. IIII.

NAm mihi a lunari circulo caducum ſubciſſiuumq; eſt: quot ſi ſomni & uigiliæ capax ſit: aut ſemper dormiat aut ſemper uigilet: ſed utrūq; animalibus ſingulis tributum a natura eſt: nul lum omnino animal pari eo caret: ſed tantū inanima. Quom de animalibus loquimur: ſem per excipiuntur diuina. Nam eorum actio iugis æternaq; nec triſtis oneroſaue ē: & uigilia in iis omnis contrarii eſt expers. Nā ſomnus & ulgilia ut ſæpe alias diximus affectiones ſunt circiter cor: ubi domicilium optimatis ſenſus locatur. Præterea quæcūq; naturalē aliquā functionē habent: ſimul paulo plus laborant q̄ ſua cuiuſq; natura patit: ægritudinem ſentiūt: cumq; præterea operari non poſſint dant manus & remiſſionem: quaſi laboris merent. Nam & ueterina ſarcinis: & uiæ ſpatio defecta offendunt ſe terræ: nec loris ullis aut fuſtibus ad ingrediendum exurgunt. Legendo ſcribendo: ædificando: demum agendo quidlibet: aut cōdendo: laceſſimus: & motū ſemper ſubſequit & excipit requies. Poſtremo ocu li: aures: manus: pedes: & reliquæ partes officiales aliquando a muneribus quæq; ſuis ceſſant. Continen ter gerere & adminiſtrare non poſſunt: ſed ſpatio exacto in quātum uires eorum durare & ſufficere ope ri poterant: uacationem quādam feriarum uice impetrant. Cæterum quom ſomnus uigiliæ contrarius ſit. Contrariorum uero quæ interſtitio careant: & quæ ſibi per priuationē & habitū reſpondent: ſi alteꝛ abeſt: alteꝛ adeſſe ſit: ſequitur ut dormire animalia oporteat quotiens nō uigilāt. Quāobrem quēadmo dum morbi aliqui puigiliū & iſomnium afferunt: nā comperti ſunt qui nouem dies exertis & incōniuis oculis egerint: & quemadmodum hoc idem ſæpe citra ægritudinem accidit: ut gracilentis & præaridis: qui naturæ ſuæ ratione longas uigilias patiuntur: ita ſomni copia interim inualentibus: interim ualenti bus cōtingit. Nam ex his qui febre tentantur inuenti aliqui ſunt: quos altus ſopor in iuſtum triduum at tinuerit. Paruuli uero tum propter cibos iunctumq;: tum propter humorem infantilis ætatis longiſſi mo ſomno utuntur. Hæc ſi ita ſunt: quicquid ſomni capax eſt idem uigiliæ particeps & retro. Nam ſi ſomnus quædam affectio eſt: & quaſi nodus & uinculum ſenſus: ſenſus autem omnis ſentire actu poteſt.

Omnis uero potentia aliquando in actum refertur. Neceſſarium eſt: ut id quod dormit: & quod potẽ tiam habet ut uigilet excitetur: omnino & actu euigilet. Ita nullus ſit ſomnus qui non poſſit rumpi & qui ut ita loquar expergiſcibilis non ſit.

Quamobrem animalia omnia dormiant plantæ non dormiant. CAP. V.

ANimalia certe omnia Pedeſtria Volatilia Nantia ſomno participant. Nam aquatilium genera: & ea quæ molli cruſta integuntur ſoporari cernuntur: & præterea quæcũque oculos habent. Nam & quibus corneoli prædurique ſunt & inſecta dormire indicio ſcilencii & cõticeſcentiæ credam apparet: quãquam exiguum quidam talia: ita ut nos lateant plerumq;. Vtrum uero ea quibus ſcilicea teſta obducitur: dormiant: nemo quidem adhuc q; ſciam fuit: qui uiderit aut argumento aliquo notauerit: ſed ratione tamen perſuaderi id poteſt. Nam animal eo finimus q; ſenſum obtineat. Somnus uero immobilitas & quodammodo pedica & obligamentum eſt ſenſus. Contra exolutio eius uigilia eſt. Non habent uices has plantæ: quia ubi ſenſus non eſt: ibi neq; ſomnus eſſe neq; uigilia poteſt: ubi autem ſenſus eſt: ibi dolor & uoluptas: ubi dolor & uoluptas ibi cupiditas. Plantis nihil horum poteſt concedi. Nulla enim ratio eſt quæ cogat fateri dolere has: oblectari concupiſcere aut ſentire. Neque item quæcũque aleſcunt: neceſſario etiam ſentiunt. Quãquã contra eſtquæcũq; ſentiunt ut neceſſario etiam aleſcant. Sed quemadmodum ſæpe numero docuimus alimẽta hæc quibuſdam habentur: ut plantis. Hoc uero demonſtrat ea ratio: q; uis quæ nutrit munus ſuum nauius & expeditius conſopitis q̃ uigilantibus nobis abſolũit. Nam eo tempore probius & alimur & corpulentia perficimus: utpote: ut quas actiones nihil adminiculentur ſenſus.

In ſomno omnes ſenſus haberi immobiles. CAP. VI.

NVnc diſſerendum uidetur: quamobrem dormiat & uigilet animal: & ſecundum quos ſenſus. Si ſecundum plures eſt: aut ſi ſecundum unum: quiſnam illic unus ſit: de quo ſomnus: aut uigilia pendeat. Sane quom animalium quibuſdam omnes ſenſus: quibuſdam nõ oẽs ſed guſtus & tactus ſunt: eſt enim latiſſime fuſus & maxime communis omnibus tactus: ut in libris de anima dictum eſt: fieri autem non poſſit ut dormiens animal ullo ſenſu uigilet: manifeſtum eſt animantes omnes in ſomno affici oportere eodem modo: ideſt ſumma illa immobilitate & inſenſibilitate offundi. Nam ſi dormiẽti auditus in miniſterio & officio: ſit uiſus non ſit: erunt ſimul in eodem duæ res pugnantiſſimæ: quia ſcilicet dormiens aliquis ſentiet: quod impoſſibile eſt.

Soporem tactus & immobilitatem ſenſus cõmunis cauſam eſſe ſomni. CAP. VII.

ILlud nunc lubet quærere: utrum ſenſus omnes æqualiter ſopiantur in ſomno: an ſit præcipuus aliquis: quo ceu ſoporato potiſſimum dormiat animal. Num hoc uni dũtaxat tribuẽdum tactui eſt? qui & maxime neceſſarius & natura longe primus eſt ſenſuũ: & quod amplius eſt idem ſubiecto cum ſenſu cõmuni? Nam quõ natura ſingulis ſenſibus certa quædã munia penſaq; imperarit: oculis ut intuerentur: auribus ut auſcultarent: & cæteris quibuſq; ſua: quõq; non ſolum peculiariter hæc ſenſibus iniunxerit: ſed in commune quoque rationem quandam in omnes ſparſerit: qua & uidere & audire & demum ſentire ſe ſentiant: non enim uiſu uidere nos uidemus: nec uiſu enunciamus: aut guſtu diſtare dulcedinem a calore: neq; ſeorſum neq; ſimul utroq; ſenſu: ſed particula quadam communi quæ adiuncta ſenſibus omnibus ſit: quam ſimpliciter & proprie ſenſuũ commũem uocamus: hæc autem una proprie eſt: etiam ſenſorium eius unum. Verum quãquam hic ſenſus unus eſt: tamen ratione in plures hiat: quia in tot diſtrahitur quot genera ſubiecta ſigillati q;q; ſenſuum habentur: nam calor a ſono euariat & ab utroq; odor & ſapor. Ineſt uero ſenſus communis primum & maxime i ſenſu tactus: q; ſolus hic ſeorſum a cæteris ſeparatus ſpectatur: ab hoc cæteri nõ ſpectantur de quibus omnibus affatim in uoluminibus de anima explicatum eſt. Poteſt tota ratio ſic concludi ſomnum & uigiliam ad ſenſum communem & ad eius ſenſorium pertinere: ideſt ad ipſum cor. Et quom ſenſus communis ſubiecto idem cũ tactu ſit: neceſſe eſt: ut animalibus omnibus uigilia & ſomnus communicari dicatur: quia tactus quoq; ut dixi communicatus omnibus eſt.

Impotentiam omnium ſenſuum non eſſe ſomnum: etiam ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes redduntur. CAP. VIII.

PRorro ex iis quæ ſequuntur certiſſimum fiet: ſomnum non eſſe requiem & pigritiam ſenſuum omnium: ſed ſolius tactus: hoc ita intelligitur: Si non eſt neceſſe ut ſenſus omnes ſimul in opera ſint: eodem modo non uidetur neceſſe ut omnes ſimul ferientur. Sed enim primum patet: nihil enim cogit is qui non uidet ut etiam audiat: aut qui guſtet ut ſimul ẽt olfaciat: igitur & ſecundum: præſertim quom propenſior ratio uideatur eſſe: ut ſimul omnes operentur q̃ ut ſimul quieſcant. Si ergo quod potius ius habet ut ſit neceſſarium non eſt omnes ſenſus ſimul pelli: ne illud quoque multo magis: cui deterius laceſſitumque eſt omnes ſenſus ſimul imobiles qeſcere. Quãquam uero hoc ita eſt: tamen tactu ſopito neceſſe eſt conſequio reliquos ſenſus conſopitos eſſe: nec eo ualet hoc: ut ſoporationem omnium ſenſuum cauſam eſſe ſomno dicamus: ſed ſolius tactus. Nam quom princeps ſenſuum & quo cæteri referuntur afficitur: neceſſario & ſatellites eius affectioni accumbunt. Contra ſi illi afficiantur non continuo neceſſe eſt: ſenſum principem conſentire. Illud uero argumento eſt ſomnum non ea re conſiſtere: q; ocioſi omnes ſenſus ſint: q;que ii actus ſuos exercere non poſſunt. Quom enim quis animo linquitur & iacet immortuum: quod genus lipopſychiam: ideſt defectum animæ appellant: quanquam & hoc nexus quidam & impo-

tentia ſenſuum uidetur:non tamen dici ſomnus poteſt.Idem in deliriis &furore contingit ut acceden-
te morbo nonnulli neq; uideant:neq; audiant ſæpe:neq; omnino aliquid ſentiant: alioquin nō ſæuirēt
in corpus ſuum:nec carnem ſuam dentibus peterent:ſi ſenſum aliquem haberēt doloris.Præterea dua
bus uenis in collo:quæ a iugulo ubi ſcinduntur caput ſubeunt:foris ualide appræhenſis collabūtur ho
mines ſenſibus ereptis:nec tamen dormire dicuntur.Proinde impotentia ſentiendi non ea:quæ in cæ-
teris ſenſibus ſit:quia & orbata deminutaq; ſenſibus ſentire non poſſunt:nec tamen dormiunt:neq; ea
quæ ex aliqua iniuria aut morbo contingat:ſed quemadmodum ſum teſtatus ea quæ in primo ſenſo
rio contineatur:ideſt in corde:ubi primus eſt ſenſus:quæ tum ex laſſitudine aliqua tum ex longa excu
bia ſubſequi ſoleat:nimirum talis impotentia ſenſuum proprie ſomnus eſt.Nam quom ſenſorium il-
lud cōis ſenſus impotēs:& incōtinēs ſui reddit neceſſario & cæteræ officinæ laſſant:nō e diuerſo.

Quis finis quod agens:quæ forma:quæ materia ſomni ſit. CAP. IX.

His ita conſtitutis quærēda cauſa eſt propter quam dormire animalia ſit neceſſe:& qualis itē
affectio ſomnus ſit.Ac quattuor quidem cauſarum genera in naturalibus libris enumerauī
mus.Finalem cuius gratia omnia conſiſtant & fiant. Agentem unde oriatur & inſtituatur
motus.Rationariam quæ rebus naturam ſuam & ſpeciem largiatur.Materialem ex qua ī-
ſita conſtitui & generari omnia ſoleant.Somni igitur cauſæ hæ ſunt.Finis.Salus.Et cōſeruatio anima
lis.Agens ſpiritus uitalis qui in corde eſt.Materia uapor qui caput ſubierit: deinde ī locum inferiorem
defluxerit.Forma ſitus & diſpoſitio illa mēbroꝝ & ptiū corporis:q̄ ī dormiētibus extra ituſq; cernit.

De cauſa finali ſomni & neceſſitate eius. CAP. X.

PRimum quem natura nihil cōmittere fortuito:ſed ſuper agere gratia alicuius ſoleat:quie-
tem uero utilem eſſe atq; adeo neceſſariam animalium uitæ conſtet:quia continue moue-
ri cum uoluptate non poſſunt.Manifeſtum eſt ſomnum ad incolumitatem fuiſſe anima-
libus iunctum & ad quietem.Vnde uaga & uulgo etiam recæpta tranſlatio eſt: ut ſomnus
quietis nomine indicaretur quaſi ueritas ipſa ita plane cogeret.Vigilia uero maxime finem attīgit.Nā
ſentire & ſapere finis omnibus eſt:quibus unum eorum competit.Vtrumq; enim optimum eſt.Finis
autem eſſe optimum requirit: brutis ſenſus:homini ſapientia & prudentia finis eſt.Videtur uero ne-
ceſſarius eſſe animalibus omnibus ſomnus:nō quidem ſimpliciter:ſed neceſſitate illa: quam ex poſito
& ex adiunctione uocauimus.Verbi gratia:extra quā ſi perire ſatius iis eſt:ſi enī animalia eſſe debent &
naturam ſuam ſeruare:neceſſario quædā adeſſe iis oportet:quibus poſitis alia ſubinde adiungēda ſint.
Nam ſi conſtituatur quid animal eſſe:neceſſe eſt ut alatur:quo conceſſo neceſſarium eſt e cibo uaporē
ſuſtolli:e quo neceſſario conſequitur ſomnus.

De cauſa agente ſomni.Item omnis motus principium eſſe cor habentibus ſanguinem & carentibus quiddam uice cordis & ſpiritum interiorem. CAP. XI.

NVnc dicendum eſt quo motu actioneue corporis eueniat animalibus:ut aut dormiant aut
uigilent.Demumq; de tota ratione agentis cauſæ diſſerendum.In quo & prolixiuſculi eri-
mus:ac primum quidem admoneri noſcētes hæc uelim. Omnia animalia ſiue ſanguinem
habeant ſiue exanguia ſint:aut eandem aut per ſimilem cauſam ſomni habere.Quāobrem
quom de ſanguineis utpote iunctioribus & cognobilioribus diſputauero:cōmuni ratiōe de omnibus
obiter diſputatum & peroratum putent.Principium ſenſus eadem parte proficiſci:qua & principium
motus: demonſtratum ſupra eſt.Principium uero in animali locus is uidetur:qui iter aluum & caput
medius ſit.In iis quæ prædita ſanguine ſunt ea pars quæ circum cor eſt locum mediū obtinuit.Quæ
cūq; autem ſanguinem habent:habent & cor.Eſt igitur ſentiendi & mouendi principium cor:in quo
& ſpiritus uitalis & refrigerationis principium continetur.Videtur enim natura refrigerationem in
humido & reſpirationem ornaſſe ad calorem eius partis temperandum ſeruandumq;: de quo ſeor-
ſum in loco docebimus.In iis uero quæ carent ſanguine: & inſectis: & iis quæ nō reddunt nec accipiūt
halitum:ſpiritus quidam interior additus non in corde:ſed in eo quod æmulum cordi eſt:qui attolli
uicibus & ſubſidere cernatur.Atq; hoc maxime depræhendi poteſt in iis:quæ generis totipennis ſunt:
qualia ueſpæ apes & muſcæ.Nam diuulſis diſiectiſq; iis:pars quæ proxima præciſamento eſt modo
dilatatur modo contrahitur.Quoniam autem animal nec mouere quicquam nec moliri ſine inten-
tione uirium poteſt:intenduntur autem uires præſſo & icluſo ſpiritu exteriore:neceſſarium eſt:ut ani
mal quod ſpiret uires illas ſibi extrinſecus corroget.Quod uero non ſpiret: intrinſecus: unde inſecta
ea quæ pennata diximus:quotiens ſe mouent quoddam murmur ædunt:quod aura illa iis incluſa in
tus manente ſonanteq; accidit.Hanc enim quotiens atterūt ad membranam quæ ſepto trāſuerſo ſub-
dita cinctum corporis determinat:bombos illos uolando elidunt.Ita ſonus agitatu interioris ſpiritus
non anima aut ſpirabilibus ullis uiſceribus redditur.Sunt tamen quæ attritu exterioris aeris ſonent:
ſed ea tantum quæ ſciſſuram ſub præcinctu continent.

In corde uigiliam & ſomnum oriri eiuſq; affectiones eſſe. CAP. XII.

Cientur autem oīa animalia aut ſenſu familiari aut pegrino.Familiarem ſenſum appello:qui
interno motu tāq; e domo promptus abſoluit:qualis quom ſimulachris quæ intra nos ha-
bent:impellimur.Peregrinū ſenſum uoco q extrīſecus inuehit:& a generibus exterioribus
uenit.Ex iis arbitror cōſtare & quo ī loco & q̄ primū particula ſomnus & uigilia cōtīgere
uideāt.Nēpe ī illa cuius affectiōes hæ ſunt.Porro cordis affectiōes ſunt:ac dormiētes qdē agitatōe cor-

dis quadam mouentur. Ideoq; & pleraq; agunt qualia cum uigilant solent: quod certe sine uisione aliq̃ aut sensu non posset contingere. Nam somnium quodãmodo uisum & sensum quiddam est. De quo inferius tractabitur. Sed unde nam fit ut somno excussus experrectusq; i somnia memineris: sed quæ per somnium similia uigilantium operibus gesseris: non memineris: declaratum in problematis est.

Quemadmodum cibi conuertãtur in sanguinem: de quo scire oportet quia præcipua ratio somni sunt cibi. CAP. XIII.

His definitis consequens est: ut qua motione aut unde somni & uigiliæ animalibus cõtingãt aperiatur. Fortasse enim hic locus causam agentem & materialem facilius & distinctius mõstrauerit. Clarum est oportere animal simulatq; accipit sensum tum primum ali & crescere in eo q; animal. Nam quando intra uterum partus est: enutritur quidem & crescit: non tamen ut animal: sed ut planta. Quom autem accedit sensus: tunc primum (ut dixi) nutritur & augetur ut animal. Nam anima sensualis & posterior aduenit. Plane alimentum est id: quod ex concoctione postremum & nouissimum subsidet habentibus sanguinem sanguis: carentibus sanguine: quod uicem sanguinis præbeat. Concæptacula sanguinis sunt uenæ: initium uenarum est cor. Atq; hoc ex cõmentatione dissectionum liquido iudicatur. Deuoratus enim & ingestus per os cibus indeq; in locos suos ideſt i intestina & uentriculum collatus euaporatur & sursum respirat per uenas: per quas deinde permanat ad iecur: in iecinore mutatur & natura sanguinis tingitur: a iecinore influit & subit ad cor: i corde uincitur & conficitur pleniſſime: inibiq; in sanguinem perfecte cõuertitur. Ac uenæ qdẽ aliæ cor adeunt: aliæ a corde proueniunt. Venæ quæ adeunt cor: tãquam ministræ ac gerulæ sunt: ut quæ a iecinore ad cor incoctum & imperfectum sanguinem conuehant: quem cor suscæptum suaui mera cum & absolutum sanguinem reddit. At uenæ quæ a corde pertinent comparatæ ad alium usum sunt: uidelicet ut succus per eas concoctus iam perfectusq; in totum corpus distribuatur atq; dedatur. Sane de hoc copiose agitur in libro de alimento. Nunc in transcursu attinguntur ut principia motionum eaq; de quibus modo quæritur: & ut quidnam illud sit quo uis & portio sensibilis affecta aut somnum aut uigiliam ministrat: planius sciatur. Nec enim somnus quæcũq; impotentia & ereptio sensuum est: ut retro ostendimus: argumento eorum qui dementarent aut deficerent animo aut instrangulatione & astrictione uenarum iugularium uiderentur intermori: nam i omnibus iis intercæpti sensus sunt: nec tamen obdormiunt.

An imaginatio eorum qui linquãtur animo uideri insomnium possit: & an morbus ipse sit somnus. CAP. XIIII.

Iam quom accidat aliquando ut defessi animo uidere aliquid & imaginari dicantur cõtrouersiam habet locus: quia si contingit dormire eum qui ita linquitur: utiq; potest contingere: ut imaginatio illa sit somnium: sed enim primum non est: neq; igitur secũdum. Nam illud constat quãquam non semper nec omnium tamen maiori ex parte & compluriũ: quæ in somnis uiderimus excitatos nos comitari solet memoria. Qui uero tẽpore quo morbo illo corripitur imaginatus aliquid est: demum recreatus nihil omnino commeminit. Porro multa dicunt: qui ita uehementer tentantur: & qui extinctæ animæ speciem præbent: quorum nihil ut dixi reuiuiscẽtes exuscitatiq; recordantur. Quãobrem uisiones eas somnia putare non possumus. Neq; ipsam ægritudinem somnium. Idem sentiendum de iis qui delirantur: & qui compressis iugularibus uenis præfocati moribundiq; corruunt. Et quia quod sæpius dixi non omnis intercæptio aut impotentia sentiẽdi somnus est: sed solum ea quam diuaporatio alimenti committit.

Quando incipiat dormire animal: & quando perfecte consopitum dicatur. CAP. XV.

Plane necesse est id quod in uaporem soluitur tabescitq; aliquatenus sustolli: deide reditum capescere & adinstar euripi refluere. Nam omne calidum in sublime natura effertur. Eo loci refrigeratur a cerebro & consistit: mox reciprocat & descendit ad cor. Refrigerato eius fer uore somnus obrepit. Ita efficitur ut somnus maxime a cibis proficiscatur. Nam alimonia ad summum caput uiam molita q̃diu fluxum cerebro immiscet: attentat & aggrauat. Hinc salebræ illæ uerborum incertæ: hinc oculos nare: caput uergere: errigendi se facultatem auferri contingit. Cũ uero iam cõmeant cibi & incidentes cordi calorem eius irrigant: aquo semper uis illa humifica & corpulenta in caput leuatur: tum profundo somno demergamur & altum soporẽ flare incipimus. Quã uero humentia & corpulenta genera grauedinosa sint capiti: inditium illud est: q; quibus inest uis somnifera: eãdem grauedinem capiti afferunt: crassitudine humoris eius: qui sursum respirat: seu poculenta hæc sint: siue esculenta: ut papauera mandragoræ themetum proflatus. Ergo hunc in modũ somnus uenit: maxime a uino & a cibis: iccirco quia multa exhalatio est quæ indidem attollitur.

Labores & morbos somnum inducere. Item paruulos plurimum dormire ideoq; frequenter incidere comitialem morbum. CAP. XVI.

Aliquando & fatigatione multa pertentamur somno: cuius ea ratio est: q; labor diffundit in quædam nobis: tabescere facit quæ uicem incocti alimenti præbent: nisi colliquamentum id frigidum sit. Ita intestinorum calor qui ex attritu laboreque exprimitur increcrementa quædam emolit: quæ ad superiorem locum redundantia somnum inducunt. Interdum & morbi hoc faciunt qui ex humidis & callidis excrementis conualescũt: qd genus i febre & lethargo cernimus. Hõ genitus p̃mitur somno p aliquot dies: & ifantia magis q̃ ætate alia: cuius

ratio ea q; tum alimentum omne ſurſum halat. Hoc adeo declarat caput ī paruulis: quod portiõe partium inferiorum maximum eſt: quaſi neceſſe fuerit ea membra capacitate auctiſſima eſſe: in quæ plurimum alimoniæ conderetur. Atq; hæc cauſa eſt: quamobrem hæc ætatula morbo comitiali opportuna ſit: eſt enim peſtis ea perſimilis ſõno: q; & qui dormiunt & qui ita corruunt ceſſante anima & ſenſu erepto uiſuntur. Hinc origo eius morbi per ſoporem fere accidit: & qui infecti eo ſunt in ſomno frequentius q̃ in uigilia collabuntur. Propterea q; cum effluentia illa quæ in ſomno ſurſum effertur loci ſuperioris ui conglatiãs ritu æſtus reciprocat: ſubdeq; alius ſpiritus cõtinuo ſuffitu alimenti copias miniſtrantis attollitur: neceſſe eſt concurſu hoc uenas inflari: deide obrui & obturari meatus ac ſemitas animæ. Hæc intercluſio & inſtrangulatio officii ſpiritalis ſonticus & diuinus morbus eſt. Quom igitur ī puero ſuperiora oppleta cibis ſeu ſpiritu ex cibis expreſſo collectoq; habeantur: temperandum iis uino eſt: quia ſpiritoſum impendio ſit præſertim atrum: ſed nec nutricibus præbendum. Nihil enim intereſt nutrices an alumni hauriant: niſi dilutum & modicum ſit. Vſque adeo autem ſuperiora pueri plena cibo continent: eoq; ut diximus incremento eius partis exuperant: ut longo tempore caput continere non poſſint: ſed quinq; menſium ſpacio collum rigidum & inflexibile habeant. Plane pueri ſimiles ebriis uidentur: quod in utriſq; larga humoris copia ſuperioribus ſe immiſcet. Eadem ratio conuenire poteſt: quãobrem initiis fœtus quieſcere intra partem uideantur.

Quot qui uenas conditas habent. item quot nani & pueri ſõnolenti ſint. CAP. XVII.

IN plenum ſomniculoſi ſunt qui incertas & conditas uenas habent: & qui capite prægrandi ſunt & pomilionum genus. Priores quia prætenues & anguſti in iis meatus: per quos a capite remeat ſpiritus: facile obſtipantur addaggeranturq;. Exigua enim & parua modicis acceſſionibus muniuntur. Propterea frigefactis uenis: nam & uentres oppleti frigeſcunt: neceſſarium eſt: ut eo loci immoretur ſpiritus: donec ſe calor colligat qui alimentum diſſipari diffundiq; faciat. Quanto igitur hic diutius in uenis manſitat eo ſomnus diuturnior ſit oportet. Quemadmodũ enim aqua per fiſtulas graciles ducta gutatim & lente decurrit: per amplas miſſa celeriter effluit: ita & ſpiritus ille corpulentus per arctiuſculos meatus ægre trãſmittit. Hac de cauſa ſomniculoſi ſunt quorum uenæ ſunt conditæ. Nani uero & quorum uaſta ſunt capita: iccirco præmũtur ſomno: quia multa in illis euaporatio eſt: quæ ſurſum ad caput feratur: magna enim capita exiguo alimento nõ implẽtur: neq; paruis copiis ſaturantur. Ergo quom multa ſit materia quæ in capite collecta eorum eſt: ſequitur multum eſſe: quod decidat & refluat. Porro uis tanta calore eo: a quo in caput relata eſt: tarde uincitur & ſero procoquitur.

Quot melancolici parum dormiant & multum comedant. CAP. XVIII.

IL autem quorum æditæ & conſpicuæ uinæ ſunt propter amplitudinem & latitudinem unitatum ſoporulenti eſſe non poſſunt: niſi quid incidat quod temperiem contrariam induicat neq; item melãcolici. Nam quom natura eorũ prægelida algioſaq; ſit: euaporatio multa ui caloris inteſtini tolli non poteſt: hinc & edaci auiditate ſunt quia ſicca & retorrida eorũ temperatura eſt. Et præterea ſunt illis corpora ita affecta: ut quo ueſcuntur non fruantur: nec eat in corpus: ſed ſimilia uideantur infelicibus lignis & quæ in regione arida & ſicculoſa naſcuntur. Nam bilis atra: quæ naturaliter frigida eſt frigefacit uentrem & iecur quæ concæptacula nutrimenti ſunt: & alia loca in quibus humor hic redundat.

Quot contemplantes ſomnus inuadit. CAP. XIX.

AT uero quod plerumq; accidit ut contemplantibus ſurrepat ſomnus: eam cauſam habet: q; cum in motu & ſollicitudine cogitatio noſtra ſit: eoq; impediatur cõcoctio: neceſſe eſt craſſa eſſe euaporamenta quæ commeant: erit igitur ſomnus collecta copia interni caloris incorde: & naturalis reciprocatio propter eas cauſas: quæ a nobis enumeratæ ſæpius ſunt.

Quemadmodum animal dum dormire incipit alteraſcat. CAP. XX.

QVom uero calor ad ima ſubterfugit frigeſcunt palpebræ & frigefactæ comprimũtur & cõfluunt. Ita quibus palpebræ ſunt conniuendo obdormiſcunt: nihil enim aliud cohibet mouet intemperat regit in corpore q̃ calor. Frigent igitur ſuperiora in ſomno & circũquaq; extrema corporis. Contra recaleſcunt inferiores loci ut pedes & interiora ut uiſcera & cætera quæ intrinſecus continentur.

Quot ſomnus refrigeratio quom ſit: cauſas tamẽ calidas habeat: & quot homo ſolus quõ dormit: ſternatur iaceatue. CAP. XXI.

SEd dubitari poteſt quot a cibo & potu altiores ſomni ingruant: & quot uina item ſoporifera ſint & extera quibus eadem caliditas naturæ adeſt: quoniam duo hæc ſibi coherere non uidentur: ut ſomnus refrigeratio & frigidus ſit: & cauſæ nihilominus ſomni ſint calidæ. Solutio: an hoc eo accidit: q; quemadmodum ieiunus & inanis uenter calidus eſt: ſaturatus friget: ſuffocatur enim & obruitur calor nimietate quemadmodum & ignis cõgeſtu lignorum: ita meatus pertinentes ad caput effluentia alimenti euaporantis frigeſcunt: ubi cibus denſatus & concretus deorſum uice imbris funditur. Atque hoc cauſæ eſt quot homines ex crapula potiſſimum attententur. Deinde quemadmodum aſpergine calida perfuſi continuo inhorreſcimus: quia frigus exterius cõducitur in unum & ſuffugiẽte calore margines corporis deſertas libere adorit: ita illic aſcendẽte calorẽ ad caput frigiditas cerebri ī ſeſe collecta: eoq; iuuãtior & aioſior facta ſũmis uiribus aggredit & q̃ſi ī re-

gno ſuo compræhenſum retardat atq; debilitat:ita cogit concreſcere. Poſtremo ſic accæptū domo de/ uerſus expellit. Adhæc quemadmodum macerie grandi poſita ignis reſtinguitur:ita multo cibo inge ſto quaſi offunditur & exoleſcit calor internus:nec ante erumpit q̄ paulatim ſubacta & ſublucata ſylua hæc ſit. Contingit enim ſōnus eo more quo dixi reditu ſcilicet corpulenti humoris:quem calor in ſub lime per uenas leuauerit:nam quom non poteſt diutius eo loci quo ſubiit alimentum morari: ſed con gelaſcens aggrauanſq; de arce capitis deductu ponderis ſui pellitur effici ſolet:ut primum oculi marcen tes ſōno decidant:deinde ipſa animalia conſiſtere ueſtigiis non poſſint:ſed pedibus deuacillent & cor/ ruant. Nam calor qui ſubrectos nos tenet in intima conuerſus deſerit. Ac homo quidem porrectus af fuſuſq; iacet cum dormit:propterea q; ſolus animalium erectus incedit. Cadens uero primum quaſi ex ternatur animo & ſenſum omnem amittit:deinde imaginationibus & uiſis illuditur obumbraturq;.

Non omnes cauſas ſomni calidas eſſe:ſed aliquam eſſe frigidiſſimam. Itē partem cibi flu xiones mouere: partem ſomnum facere. CAP. XXII.

SEd an ſolutiones hæ uulgariæ & futiles uidentur nec ad ueritatem potius q̄ ad probabilita tem quandam ornatæ? illa uero ſummatem & ſolidam rationem dormitiōis attingit:quā nos modo executuri ſumus. Cerebrum (ut & alias diximus) frigidiſſimum comparatione reliquarum corporis partium animalibus eſt:iis quæ eam obtinent partem:& iis quæ ca/ rent eo quod uice cerebri ſubrogatur. Hoc igitur ſimile generationi imbrium euenire intelligēdum ē quemadmodum enim quom ex aqua terraq; humor exhalat:& ui ſolis effertur in ſublime:ubi ſuper/ num aeris locum ſuburit:frigiditate regionis eius concreſcit:denuo in aquam conuerſus in terram de/ fluit:ita uapor ad cerebrum uiam capeſcens primum frigidus conſiſtit:deinde concrementa ex eo in pi tuitam & ſaniem uertuntur:e quo & fluctiones mouentur:quæ ob eam rem ex capite oriri probātur. At ea pars alimenti quæ non morbifica nec extrementia ſed frugi eſt deſcendit:& calorem cordis dela ta & cōgeſta refrigerat. Ad refrigerationem uero & ad ſeram euaporationem gracilitas & exilitas & ue narum conducit:quæ circiter cerebrum habentur:quibus prætenuitate earum minus caloris iunctum eſt. Porro ubi calor deeſt frigus redundat. Et hæc refrigerationis ſomniq; uniuerſa diffinitio eſt.

Quando animalia expergiſcantur:& quemadmodum alentis ſanguinis efficiatur di/ ſcretio. CAP. XXIII.

EXpergiſcitur animal quom primum abſoluta & profligata concoctio eſt:quom q; intimus calor qui ambientis frigoris metu in anguſtum ſe contulerit tandem uictis difficultatibus: & ſuperior factus e latebra emicat:quod non ante accidit q̄ ſanguinem feculentum & turbi/ dum a mundo & puro diſcreuerit. Eſt enim tenuiſſimus & mūdiſſimus ſanguis:qui com/ mittitur capiti. Cōtra craſſiſſimus & corpulentiſſimus qui inferioribus partibus mandatur. Omnis āt ſanguinis origo cor eſt:ut hic & aliubi diximus. Ex tribus uero ſpecubus qui habentur in corde:is q in medio eſt:communis efficitur utriq; extremo. Ac extremi quidem uentriculi ſanguinem ab utraq; ue/ na recipiunt maiore & minore:quæ ahorte appellatur. Sunt enim duo hæc caua:quibus ſanguis a ieci nore incoctus & indigeſtus ifluitur. In medio autem cordis ſinu diſcriminatio ſanguinis fit. Sed de his alio loco diſſerendum uberius eſt. Cæterum q̄diu ſanguis ex cibo indiſcretus eſt ſopor infuſus edurat: nec ante ſoluitur q̄ ſincerus ea loca quæ diximus peteſſat. Turbulentus membris inferioribus rigetur: quo facto animalia quaſi onere depulſo excitantur & uelicantur e ſomno. Dictum eſt quæ cauſa dor/ miendi animantibus ſit corpulenti ſcilicet uaporis naturali calore ſublati reciprocatio ad prīcipem ſen ſuum. Dictum eſt quid ſit ſomnus impedimentum & nexus primi ſenſorii:ita ut ſentire non poſſit:& quidem neceſſarius nexus quia conſiſtere animal non poſſet:niſi eſſent præſidia quibus tueri & conſer uare ſe poſſet:inter quæ præcipuum eſſe alimētum uidetur:ex quo uapor exhalat. Dictum eſt & illud: ſomnum animalibus exhibitum ad ſalutem:quæ potiſſimum de quiete contingeret.

TABVLA IN LIBELLVM DE SOMNO ET VIGILIA

Quæſtiones ad ſomnum & uigiliã pertinentes. Cap.i.
In eadem particula ſomnum & uigiliã collocari. Cap.ii.
Somnum & uigiliã affectiones eẽ corpori & animæ cõmunes. Cap.iii.
In animalibus oĩbus ſomnum & uigiliam uitibus contingere. Cap.iiii.
Quãobrem animalia omnia dormiãt plantæ non dormiant. Cap.v.
In ſomno omnes ſenſus haberi immobiles. Cap.vi.
Soporem tactus & imobilitatem ſenſus cõmunis cauſam eſſe ſomni. Cap.vii.
Impotentiam omnium ſenſuum non eẽ ſomnum:etiam ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes redduntur. Cap.viii.
Quis finis qđ agẽs quæ forma q̃ materia ſomni ſit. Cap.ix.
De cã finali ſomni & neceſſitate eius. Cap.x.
De cauſa agente ſomni,Itẽ omnis motus principium eſſe cor habentibus ſanguinem & carentibus quidã uice cordis & ſpiritum interiorem. Cap.xi.
In corde uigiliam & ſomnũ oriri eiuſq; affectiones eſſe. Cap.xii.
Queadmodum cibi conuertantur in ſanguinem:de quo ſcire oportet qa præcipua ratio ſomni ſunt cibi. Cap.xiii.
An imaginatio eorum qui linquantur animo uideri ĩ ſomnum poſſint:& an morbus ipſe ſit ſomnus. Cap.xiiii.
Quãdo ĩcipiat dormire animal:& quãdo perfecte conſopitum dicatur. Cap.xv.
Labores & morbos ſomnũ inducere. Item paruulos plurimum dormire ideoq; frequenter incidere comitialem morbum. Cap.xvi.
Quot qui uenas conditas habẽt. Item quot nani & pueri cõnolenti ſint. Cap.xvii.
Quot melanconici parum dormiant & multum comedant. Cap.xviii.
Quot contẽplantes ſomnus ĩuadit. Cap.xix.
Quemadmodũ animal dum dormire incipit alteraſcat. Cap.xx.
Quot ſomnus refrigeratio quõ ſit:cauſas tamẽ calidas habeat:& quot homo ſolus quom dormit: ſternatur iaceatue. Cap.xxi.
Non omnes cauſas ſomni calidas eſſe: ſed aliquam eſſe frigidiſſimam. Itẽ partem cibi fluctiones mouere:partem ſomnum facere. Cap.xxii.
Quãdo animalia expergiſcãtur:& quẽ admodum alentis ſanguinis efficiatur diſcretio. Cap.xxiii.

HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI:Z.F.IN PARAPHRASIM THEMISTII DE INSOMNIIS AD.G.PONTICVM FACINVM PRAEFATIO.

DICAVI Pridem tibi ut noſti Interprætatiũculam de inſomniis:quod pro mea in te beniuolentia:& pro ea ſpe quam de ingenio & doctrina tua concæperam uolens feci.Nũc ceu fato quodam noſtra adoreola ſine te nõ poſſit ſtare:Themiſtius noſter te rogat ut ſe tranſcribas.Periclitatur enim niſi ſuppetias uenis:ne(quæ deſidia & nequitia librarii eſt)anteuortat ſe impræſſorum diligentia:quos præterq̃ q; lucriões aginatoreſq; ſunt mea cauſa feriari iniquum eſt:præſertim tanto operarum diſpendio:quas & præſtinare magno & paſcere ad ſaginam oportet.Ego totus in recognitionem perdius perdoxq; ĩcumbo. Nec ſupereſſe huic oneri uacat: alioquin nec poſſum.Scis q̃ non ſim pigerrimus:q̃ oderim nebulones:& q̃ inſinuatis(ut aiunt)manibus exignnt moleſtæ mundo ſarcinæ.Sed hæc alias.Tu ſi ueneris(ſed uenire te neceſſe eſt: atq; adeo ad condictum)& librario meo ſuccẽturiaberis:& Themiſtium aſſeres: & me tibi arctius uincies.Si igitur p te non ſtat librarius meus:ideſt ipſum. Veternum ſucceſſorẽ accæpit:re ſignatus eſt.Tu(ſi uoles)eris accenſus.Quãquã non multum operi deeſt.Nec tam fuit ille aſinus quin plus q̃ dodrantem laboris exegerit.Phyſica & libros de anima & alia quædam abſoluit. Quod ſubſiduum eſt tibi quædam ſors reſeruat implendum.Tu conſtitue malis operas in diem uendere an redimere ſarctam paginam.Equidem te optauerim mancipem.Fere enim plus uigilant qui in rem ſuam procuratores ſunt. Sed iocor: ergo propera:nihil excuſa:omnem ueniam negabo. Niſi ſumme atq; impendio mihi opus eſſet te:careres hac moleſtia.Nunc ea uis eſt:ut etiam ſi ſcierim incõmodaturum me tibi:tamen inuerecundum eſſe neceſſe ſit.Quod ſcribis ſuperiores litteras quas ad te nudiuſquartus dedi:ut iocis eruditulis frequentes probari:certe non diſſimulauerim epiſtolam eam paulo hilario rem fuiſſe:etiam ſi non habuerit(de quibus placeret)ſexcenta.Planeq; ſi philoſophum ſpectes intemperantiuſculus ut una ea fui.Neq; id unde mihi acciderit compertum adhuc habeo:alioqn ſobrios credo & liberales iocos non damnaſtis.Et hercules miratus ſum unde mihi tantum ocii ad ſales:præſertim tam occupato q̃ antehac nunq̃.Et niſi q; ad te ſcribebam qui cum licuit inſanire manias & ĩtemperias incidiſſe meuererer. Vale.Venetiis.M.CCCCLXXX.

THEMISTII PARAPHRASIS DE INSOMNIIS LIBELLVS INTERPRETE HERMOLAO BARBARO.

Insomnia sensu non percipi. CAP. .I.

POST hæc de insomniis est agendum. Primumq; illud quærendū quoi animæ potestati compareāt: & utrum affectio mentis: an sensus sit. His enim duabus uiribus tātum noscantur ea quæ ad percæptionem hominis pertinent. Certe neq; mētis neq; sensus insomniū est: idq; ita demonstrari explicariq; potest. Si oculorum officium contuitio est: & auriū auscultatio & pari ratiōe sua singulis sensibus certa. Si potētias animæ functionum: & actuum gratia institutas esse constat. Si sensilium generum quædam communia habētur ut figura magnitudo motus & cætera iis confinia: quæ pluribus subiecta sensibus sunt: quædam impromiscua & propria ut color somnus & sapor. Si præterea impossibile ē ut animal dormiens & compræssis oculis cernat: aut alio sensu percipiat: clarissime cōcluditur in somno nihil sentire qui dormiunt: ergo insomnia quæ sibi uidere dormientes uidentur: nullo sensu noscuntur.

Insomnia nō eē opinionē nec actū itellectus. Itē qd p̄ter somniū. CAP. II.

SEd neq; intelligentiæ aut opiniones aut affectio potest insomnium putari. Quō enim in somno non equi modo & homines demumq; substantiæ fere omnes occurrant: sed etiam albedo dulcedo & huiusmodi: quæ citra sensum opinione compræhendi non possunt: sensus autem ferianť & ociantur in somno: efficitur: ut insomnia ad opinionem aut intelligentiam referri non possint. Deinde præter uisa quæ obiiciuntur in somno solemus sæpenumero intellige re aliud quiddam. Nam quemadmodū uigilantibus sentientibusq; considerare interim cōtingit aliud quiddam præter id q; sensu percipiunt: ita dormientibus non ea modo accidunt quæ uocātur somnia: sed etiam præter somnia pleraq;. Potest enim accidere ut quis uidere in somnis Socratem uideať: & extra hoc animaduertat Socratem se uidere per somnium. Equidem sæpe uisus sum mihi comperisse librum: quem diu optauerim legere: sed somniare me sciebam. Amicus alius noster quom Panseptū præceptorem suum reuocatum ab iferis uideret: intelligebat se: etiam num dormiens somnium uidere. Iam illud frequentarium est ut inuenisse thesauros somnies. Et anteq; expergitus sis: depræhēdisse somnium uidearis: & adhuc dormiens: illusum te somnio amicis: qui sibi somniāti assistere uiderentur enarares. Cæterum in somno non semper hoc euenit ut intelligamus somnium esse quod uidemus. At in opinione semper id quod opinamur opinari nos scimus. Itaq; efficitur etiam ratione hac ut somnia in opinionem conferri non possint.

Nō oē qd dormienti appet somniū eē. itē qd sit ꝓprie īsomniū & qd uisum CAP. III.

SImul quoq; illud arbitror liquere: non quicquid apparet in somno dici insomnium posse. Nam tunc proprie insomnium est quom is qui somniat existimat uera esse quæ somniat. Quod siquis ita somniat ut intelligere possit se dormire: somniareq; hoc proprie somniū non est sed uisum quoddam atq; phantasma. Ac uidentur quidem hæc esse isomnia: sed nō sunt: imo ut dixi uisa potius & phantasmata. Visum adeo proprie illud ē: quom in ipso uigiliæ & quietis adultæ interliminio positi: ista quæ uere sensu hausimus: & quæ initio somni impressa atq; allita nostro animo sunt: reddunt & offerunt sese: ita ut uideamur aspicere & adhuc discernere possimus formas eas esse: quas in prima illa somni nebula sensu accæperimus. Est enim quædam quasi uigilia somnus is: in quo intelligere & depræhendere somniū possimus. Quod uero sæpenumero eueniat ut aliud qd dam præter somnia cognoscatur: experiri facile iis ē: quibus repetere somnia quotiens exurgunt curæ sit. Nam ut ii quibus studium est iisdem uerbis reddere & repræsentare memoriter quæ audierint firmius & facilius recordanť: q; illi ipsi a quibus accæperint: propterea q; alteri p̄cepta memoriæ colendæ sequentes: audita & pronunciata quibusdam locis constituunt: alteri simulatq; effati ea sunt: nihil ultra se ad memoriam eius exercent: ita hos melius q̄ alios somnia meminisse contingit: qui recensendis & recurrendis insomniis operam dant.

Qua ratione dormiendo in somniis fallimur. CAP. IIII.

EX iis omnibus illud quoq; constat eandem rationem qua morbo quodam aliqui in uigilia falluntur: facere uti in somno quoq; decipi soleamus. Vt enim spiritus quidam in ægrotis ad caput uiam molitus crassamento suo uisibilem spiritum uehementer conturbat cōmittitq; ut omnia quæ tuentur gemina uideamur: & ut lineamenta albarii operis immanium beluarum speciem referant: nam simulachra deliniaturarum sine materia ītra oculos recæpta: & cum spiritu uisuali male habito & lacessito confusa formas illas animalium truces præsentāt. Ita & īsomno ille idem spiritus causa est erroris. Sed & ualentes quoq; atq; adeo scientes interdum falli cōtingit: ut si res nimio tractu remota & longule desita sit: aut siqua oculi montiuncula obstupescant: nam & pedalis sol spectantibus & terra moueri & commeare nauigantibus uidetur. Quod si hoc uerum in scientibus & ualentibus est: quanto in ægro uerius sit: & adhuc in dormiente propensius?

Quãq̃ in ſomnio nihil ſentiant ſenſus:tamen afficiũtur intus. CAP. V.

Aeterum ſiue eadem pars animæ ſit quæ imaginetur & ſentiat ſiue diſcrepent diuerſæque habeantur:nũquam ſine uiſu aut ſenſu aliquo labimur.Nam hallucinari & obaudire dicũtur ii qui uerum quidem aliquid uident audiuntq;:non tamen ita ut uidere & audire ſe credunt.Vtrum in ſomno conſtitutum eſt:neq; uideri quicq̃:neq; audiri:neq; autem omnino ſenſu alio commoueri:ſed num quãuis in ſomno nihil ſentiri ſit uerum:tamen nullo modo ſenſu affici in ſomno non eſt uerum?quia formæ ſenſilium generum quæ animo detinentur impreſſæ euagantur & obuerſantur in ſomno & principium ſentiendi petentes ideſt cor ualide feriunt:nec magnopere ſequius atq; in uigilia laceſſunt.

Quot imaginibus ſomnii modo fallimur modo non fallimur. CAP. VI.

Ane interdum ita uiget animus ut ludificari ſein ſomno ſentiat fitq; hoc quotiens euaporatio non multa defluit & tunc ſomnus ille minimo minus uigilia eſt : interdum ita ſoporatur atque ita in ſeſe medium recedit ut nihil omnino intelligat.Atque hoc euenit quotiens offunditur redundantia deſcendentis cibi & tunc quaſi uinctus addictuſq; manus dat &ad ea quæ uiſa ſunt quaſi accæpta ſenſibus ueraque ſint aſſenſum adiungit.

Inſomnium eſſe potentiæ ſentientis affectionem non qua ſentiens eſt: ſed qua imaginatrix. CAP. VII.

Actenus conſtat inſomnium:neq; ad opinionem:neq; ad intelligẽtiam:neq; omnino ad rationem aliquam intelligendi opinandiue pertinere:ſed ne ad ſenſum quoq; ſimpliciter conſtabit.Nam qui uidet & qui audit neceſſe eſt ſimpliciter ſentiat:qui uero ſomniat non ſimpliciter ſentit:Sed tamen ad quẽdam modum referri poteſt ad ſenſum quod uti intelligere oporteat mox conſyderabimus.Primum illud quod clariſſimum eſt:nobis confeſſum ſit . Inſomnium ſenſibilis potentiæ affectionem eſſe:nam & ſomnus ut demonſtratum ſupra eſt ad eandem particulam pertinet.Nec enim fieri uidetur poſſe ulla ratione ut animal alia particula dormiat alia ſomniet.Quom uero probatum in libris de anima ſit imaginandi uim quam phantaſiam appellant eandem eſſe ad numerum cum potentia ſentiendi quãuis eſſentia rationeq; differant imaginatio autem ſit motio ſenſili abiuncto inita cuius originem impulſio ſenſus oblata extrinſecus habuit: inſomnium quoq; imago quædam & phantaſma eſſe uideatur:nihil enim aliud inſomnium eſt:q̃ uiſum quod apparet in ſomno : ſiue illud ſimpliciter:ſiue quodã genere cõtingat:ĩdubitabili luce colligitur: inſomnia ſenſualis potentiæ alumnia eſſe : utiq; non q̃tenus ſenſualis ſed q̃tenus imaginaria ſiue phãtaſtica ẽ.

Cauſa producẽs iſomnia:& iterũ quando erremus aut nõ:in ſomniis. CAP.VIII.

Vid ſit inſomnium &qua ratione concurrant dormiẽtibus uiſa ex iis maxime doceri poſſumus quæ accidere uiderentur in ſomno.Quæq; ſenſilia promouent & excitant ſenſum in nobis iacentem.Formæ uero eorum expreſſe & conſignatæ in ſenſoriis non modo habentur tunc quom ſenſus in geſtione actuq; eſt.Sed etiam tũc quom ab opera diſceſſit:ſenſilibus abiunctis.Ex iis quæcunq; intus ſeruantur niſi penitus oblitterentur copia exhalationum: dormientibus nobis illudunt & deſcendente ſpiritu qui ui caloris efferebatur ad caput: iciunt & commouent ſenſum ita ut ſomnia ſæpe talia eueniant:quæ ueris ſimillima eſſe uideantur. Quod ſi multa admodum collectio reciprocantis ſpiritus ſit ita ut ea quæ nobis appareant qualianam ſint animaduertere liquido non poſſumus.Tunc errare labiq; cõſueuimus.Et quæ ſimulachra mera & imagines nudæ ſenſilium rerum ſunt:tanquam ipſas res uere intueri & contrectare nos credimus: ſi uero modica affluentia ſit.Et quæ præ ſua copia obruere aut præſtringere totam aciem mentis non poſſit:ſed iudicium ei incolume & inobſoletum relinquat:tunc nullo errore trahimur uiſis ſed obſiſtimus.Proinde quom ita accidit ſolemus dormiendo dicere.Videtur quidem hoc Socrates non tamẽ Socrates é:ſed Socratis ſpectrum.Manifeſtum eſt igitur reditu uaporis immodici de errare prægrauariq; animum temperato cibo nec falli nec opprimi.Contra eſt in quibuſdam ægritudinibus: in quibus cauſa alluci nationis non eſt deſcendes ac decidens ſpiritus ſed ſed ſubiens atq; aſcendens.

Poſt receſſum rei ſenſilis imagines & affectiones in ſenſu manere. CAP. IX.

Vam uero abeuntibus & abiunctis ſenſilibus:aliquãdiu formæ eorum in opificiis ſenſuũ eruentur:poteſt uel hinc apertiſſime intelligi:q; quemadmodum telum ſimul de manu iaculantis receſſit ſuo quidem motu differri uidetur:ſi origo tamen motus ad uim refertur propterea q; ille qui mittit primorem aerem cõmouet qui colliſus ſubinde alium aerẽ propellit:atq; hic deinceps alium continenti ſerie donicum uires ſeneſcãt:atq; ita telum quieſcat.Hoc & in aere ut diximus locali motu & in humore cernitur.In alteratione quoq; non abſimilis ratio eſt. Aquæ feruent ignibus ſubditis & ferrum candeſcit mollitum flammis.Alia iis admota calorem ebibunt & hæc in alias item res tranſmittunt duratq; ſucceſſio hæc quãdiu prima uis pollet: nec dum fatiſcit aut flaccet. Ita in ſenſu ſtatuendum uidetur:alioquin tanto propenſius q; ſenſum qui in actu cõſtitutus ſit alrerationẽ eſſe quandam olim probauimus.Hæc igitur cõmotio imaginum non modo uigilantibus nobis ſed etiam quieſcentibus ſeu leui ſomno ſeu profuudo contingit parte ea quæ uiſa & imagines concipit.Hoc adeo uidetur planiſſimum argumento q; ſi quis conſpectum ſuum ab aliquo quod inteotiſſime obtutus ſit conuerterit commitabitur nihilominus eum forma rei quam ſpectauerit quaſi affectis poſſeſſiſq; priore pulſu oculis.Prohinc qui de ſole in opacum ſe con-

ferunt confutatis prænimio ſplendore luminibus non cernunt. Item ſiquid præcandidum aut uiride diutius aſpexeris quicquid oculis inciderit uidebitur concolor: ſed & ſi oculos contra ſolem aut aliqd quod fulgeat tendas: deinde conniueas primum talis aliquis color uidebitur qualis albedo aut uiridi tas eſt: tum is ſe in puniceum conuertet: proxime in purpureum: atq; ita deiceps in alios: poſtremo in atrum a quo euaneſcit exoleſcitq;. Eodem modo quæ motu cito mouentur obtutus noſtros confringunt: ut ſi in profluentem rapidum direxeris: facit porro æſtuatio & uertigo: ut quæ ſtent uideantur moueri. Sed & ualidus demenſq; ſtrepitus ſurdaſtros reddit: & odor qui uehemēter oboleat odoratū corrumpit. Hæc omnia euenire ita (ut dixi) certiſſimū eſt.

CAP. X.

Senſus differentiis leuibus pelli: nec ſolū pati ſed agere. item de ſpeculo quod aſpectu ſordeſcit.

VErum q̄ celeriter ſenſus uel modicas differentias perſentiant: indicio eſt id: quod accidere i ſpeculo uidentur: de cuius ratione q̄q̄ poteſt ſeorſum quæri: tamen uſus eius hoc loco tantiſper is eſt ut argumento eius ſciatur: uiſum nō modo pati ſemper & affici: ſed etiam agere aliquid interim ſolere. Nam ſpeculorum fulgor aſpectu mulieris præſtringitur tempore mēſium Statim enim ſupficiem illam quædam ueluti nebula ſanguinis obducit: adeo ſi nouitium ſpeculum ſit: haud temere maculam eluas: ſi peruetus facile abſtergas. Cauſa ea quam dixi quot non ſolum ab aere uiſus mouetur: ſed aliquando eſt: ut etiā mouere poſſit. Nam ſplendida mouendi uim habēt. De genere autem ſpendidoq; oculi ſunt. Hoc igitur tempore quo menſes patimur: nam & uiri ſua menſtrua patiuntur: eodem modo lumina: quo cæterum corpus afficimur. Omnia enim membra aſpergine menſtruorum rigantur: præcipueq; oculi: quia maxime foraminoſi uenulentiq; ſunt. Quamobrem tempore genitalis profluii quod cōmotione & inflāmatione ſanguinea ſolet contingere obſcurum quidem diſcrimen in maſculis eſt: eoq; ſi tum ſpeculum inuiſant: nihil id polluitur: quod euidens ſit: ſed tamen polluitur & operitur eliuiecula: eo modo quo quom mulieres tuentur. Eſt enim natura ſeminis & ſanguinis menſtrui eadem: ſd quia candidum illud & quaſi concolor ſpeculo eſt offectio peruideri non poteſt. Plane primum inficitur & mouetur aer a ſanguine geniturauæ quæ ſuffuſa oculis ſunt: aer infectus alium aerem inficit: qui ſpeculo proximus ſit: ab hoc poſtremum ſpeculo inquinamentum illud allinitur: quod nitorem eius hebetat. Quemadmodum igitur cādidæ ueſtes omnem notam & ſurſum facillime contrahunt: nam in puro quoque atque mundo omnis color externus aſpectabilis & conſpicuus eſt: & quæcunque ſordecula quaſi prominet: idem ad ſpeculum referto. Sane æs qd̄ leue eſt inſperſiones & ifecturas omnis exaudibiles facit: quod uero nitidum atque purum manifeſtas euidenteſque optinet. Scire autem neceſſe eſt tangi ab aere fere idem eſſe quod atteri oblini abſpergi perfundi. Ergo ut læuia corpora egregie perſonant: propterea q; aer in iis eliditur incolumis nec facile diſſilit diſſipaturue: ſic ſpecula munda & ſplendida maculas ſuas habent & perſpicuas: ideo q; offectura in iis propter terſitudinem in quādam unitatem coit. Quamobrem uero maculæ nouis ſpeculis inductæ aboleri ægerrime ſoleāt: ea ratio eſt: q; & in omnes partes ſerpunt: & inprofundum deſcendunt. In profundū q; ſpecula plura ſunt. In omnes partes q; terſa. In uetuſtis autem non perinde q; pertinaciter ſunt: quia non eodem adhæſu neq; tam alte figuntur: ſed ſuperficie quaſi marginibus innatant. Ex iis conſtat (quod uolebamus) tenuesdifferentias compræhendi a nobis: eaſq; celeriter excitare uellicareq; ſenſum. Item nō modo pati uiſum: ſed etiā facere. Iis quæ diximus adſtipulari uidetur: quod in uino & unguentis conſpicitur. Nam oleū: quod in hoc genus miſcetur: ociſſime iniectos odores capeſcit. Vini quoq; natura mira eſt alienos ſapores in ſe trahendi non modo earum rerum: quibus intus additis corrigi medicariq; ſoleant: ſed etiam earum: quæ ad dolia extrinſecus iuxtim aut locantur aut naſcuntur.

CAP. XI.

Facile decipi qui morbo aut affectu tentantur. Item aliquādo decipulum intelligi quia iudicium animi a iudicio ſenſuum diſcrepat.

AD eam uero conſyderationem: quæ nobis initio iſtituta eſt unum ſubiungi oportet: quod & patere poteſt ex iis quæ dicta ſunt: abeuntibus ſenſilibus non abire ſpectra: ſed detineri & ſeruari depoſita. Item facile decipi & oberrare eorum ſenſus: qui affectu aliquo pturbati poſſeſſiq; ſint: adeo pro ut quiq; alicui uitio addicti ſunt: ita in eo frequēs falluntur meticuloſi in metu: amatores in delitiis ſuis. Proinde utriq; tenui ſimilitudine earum rerū quas ii formidant illi depereunt facile laceſſuntur: meticuloſi imminere quæ timeant: leuiter ſuſpicentur: amantes quæ ament. Et quo quis obſtrictius tenetur: eo leuiori ſimilitudine circūſcribitur. Eodem modo qui obiraſci faciles ſunt: demumq; qui quacūq; alia perturbatione aut libidine pertentantur. Propenſius uero quibus immodica hæc ſunt. Quamobrem & frebriētes menſtruoſa quædā animalia uidentur in pari etinis cernere: quod quidem accidit iis exigua ſimilitudine: quam interpollationes quædā & liniamenta in tectoriis referunt Cæterum hic error pro qualitate morbi maior minorue eſt. Sæpe enim leuius præmuntur q̄ ut ſe de iis: quæ uidentur uidere: falſos haberi nō cognoſcant: interim uſq; adeo tentātur accūbuntq; morbo: ut uiſis ducantur & aſſenſionem adhibeant. Cauſa uero quāobrē hæc fiant uidetur ea eſſe: q; non una tantum in nobis iudicādi uis eſt: ſed geminæ. Eſt mēs quæ primatū obtinet.

Eſt ſenſus unde ortum habet imaginatio. Huius rei ſigno eſt: q̄ quom ſenſui ſol uideat pedalis: corrigit aſpectum ratio quæ intus eſt & maiorem eſſe q̄ uideat dictat. Quot ſi una tātum eēt potētia quæ iudicaret de oībus: non poſſet ſol non tantus putari q̄tus uidet. Plane nō inficior qbuſdam morbis efficiſi: ut ratio quoq; atq; mens errorem ſenſus ſequat: qđ uſu uenit ī deliris ab alienationeq; animi: quo tempore & lineamenta moueri & animalia eſſe credunt.

Iudicia ſenſuū inter ſe cōtraria eſſe deſidereq;. CAP. XII.

SEd quid opus eſt dubitare an ſenſus iudicia a iudiciis animi differant? quando uel ipſi ſenſus inter ſe perſpicuo euariant? Nam in iis: qui ſuperiores optimatioreſq; ſunt: exquiſitius iudicant & coarguunt cæteros. Atq; hoc in uiſu & tactu liquet. Si enim digito uno uicibus ſcalpas: tactui: unum quod eſt: uidebuntur duo: uiſui non uidebuntur: ſed unum: quia uiſus acrior & certior tactu eſt. Quot ſi aut ſolus tactus eſſet aut uterq; ſenſus iudiciū idem haberet: pronunciarent duo eſſe: quod unum eſſet. Cauſa aūt circūuentionis & decipuli ea eſt: quoniam ſenſilia nō tantum quotiens mouentur moueri nobis uident: ſed etiam ſtantia quotiens ipſi in nobis ſenſus moueantur: utiq; ſi eodem modo moueantur quo ſolent a ſenſilibus cieri. Ita littus uidet nauigātibus moueri & recedere dum uiſus ab alio impellitur.

Quot dormiētibus & noctu magis q̄ iterdiu & uigilātibus uiſa occurrāt. CAP. XIII.

EX iis planum arbitror factum non modo uigilantibus nobis motiones illas cōtigere: quæ per eos ſenſus accipiuntur: qui foras proſpectant: & quaſi extra corpus ſunt: ſed etiam illas quas ſentimus: quom affectio ea ingruit: quam ſomnum uocamus. Alioquin & tunc ipſius id patimur: q̄ tempore alio: qui interdiu excidunt multa & uaneſcunt ſenſibus opere ſuo detentis: & menteuariis cogitationibus obruta. Nam paruus ignis luce maioris offunditur. Læticiæ item & ægritudines modicæ acceſſu immodicarum & inſignium exoleſcunt. Quieſcētibus uero minima quæq; aduolant allinunturq;: noctu præſertim: q; eo tempore obſolutis ſenſibus & functionem ſuarum quaſi miſſionem & uacationem habentibus: & calore in uiſcera condito: motiunculæ omnes inobſoletæ & incolumes ad ſenſum principem confluant: deīde æſtu paulum ſedato ſeſe dormientibus reddant.

In ſomnio quot imagines multæ occurrant. item quæ primæ: quæ mediæ: quæ nouiſſimæ motiones dicantur in ſomno. CAP. XIIII.

CErte hoc intelligi poteſt ſimile: ut in fluuiis: euenire. Vt enim humor ibi qui fertur & profluens mouetur: interim inoffenſus abſoluto uertiginum orbe decurrit: interim offenſa culo retardatus in multas quaſi propagines ſcinditur dehiſcitq;: & in uarias formas ſubin de reſoluitur. Idem ſtatuere de motionibus ſenſariis oportet. Motionem appello excitationem depoſitarum imaginum & delationem earum ad cor: per quam uis in eo ſentiendi interpellat. Quemadmodum igitur eo exemplo: quod modo attulimus: ante q̄ uertigines conſiſtant: mediæ formæ multiplices comparent: ita & motiones imaginum: quæ in ſubiecto ſpiritu: aut ī corde: aut in ſanguine continentur: ſi quid obuariauerit ideſt ſi in alteram motionē offenderint: quæ ſuccedat in multas ſimilitudines ſecantur: diuellunturq;: & eas medio itinere præſentant: ante q̄ in nouiſſimā concedant. Igitur ſenſus primus non ſolum a primis & ultimis motionibus: ſed & ab intermediis laceſſitur. Vt enim ſi nubecula primo effigie leonis occurreret: deinde ſe in uarias animalium figuras uerteret: poſtremo ſimilitudinem hominis referret: non modo formas leonis & hominis uideremus: uerum etiam animalium eorum: in quæ medio tranſitu abiiſſet: anteq̄ hominem redderet: ſeu iucdæū illæ allubeſcenteſq;: ſeu contra ingratæ: alioquin infenſæq; oculis accidiſſent: ita & in ſomno non ſolum extima a ſenſu primo: ſed & intermedia uiſitant: ſiue ea tariculamentis & portentis ſimilia ſint: ſiue placida & tranquilla: & quæ ſtatum naturæ contineant.

Quot ſtatim a cibo nō ſomniēt aīalia. item quot nec pueri. itē quot mō ſomnient aīalia mō nō ſomniēt. item deturbatis & trāquillis inſomniis. CAP. XV.

AT uero ſtatim a cibo non ſomniant animalia neq; quom primum egreſſa in lucē ſunt: ut infantes: quia multa tum agitatio motioq; eſt propter alimentarium calorem. Quamobrem quemadmodum humore aliquo uehemēter commoto: aut nulla effigies redditur quæ appareat: aut redditur quidem aliqua ſed laceſſita & tortuoſa uſq; adeo: ut alia omnino uideatur eſſe q̄ ſit: quieſcente autem & ſtagnante res in eo ſimili colore & incolumi forma reſpondēt: ita dormientibus eueniunt uiſa & motiones a ſenſibus quandoq;: ut peruideri nō poſſint: q; multo fluxu alimoniæ obruuntur: quādoq; diſtortæ præpoſteræ & monſtroſæ & omnino deterrima ſomnia: qualia quæ melancholicis & temulentis & febrientibus accidunt. Quom enim morbi hoc geuus ſpiritoſi uaporulētiq; ſint: commotionem & perturbationem plurimam afferunt. Simul uero a fluctu cōſtitit & diſcretus ſanguis eſt: iiſq; ſanguinē optinet: ſignificationes a ſenſibus omnibus ueniunt incolumes & diſtincta digeſtaq; ſomnia ſunt. Ita ut ad ſimilitudinem ueri expræſſa occurrant.

Quot ſinceris inſomniis aīus mō obſiſtat mō conſentiat. CAP. XVI.

AC inſomnia quidem iccirco exiſtimātur uera quia: quom tam ea quæ inuehit oculorū ſenſus: q̄ ea quæ cæteri ſenſus renunciant ſecundū quietem ad locum principē integra ſincere q; trāſmittūt. Neceſſe ē ut uideāt plāe cerni tenericq; ac pfecte ſentiri. Eo. n. q; motiōes ſui quæq; generis ad principiū ſentiēdi meracæ & iobſoletæ pueniūt & uulnerāt cor: fieri nō

poteſt:quin uideri uidere audire ſentire nō ſecus atq; in uigilia oporteat. Proinde animus tunc iudicia comitat̃ ſenſuum. Verbi gratia:ſi in illa uiciſſitudine digitor̃:de q̄ diximus ſupra:nō fallit̃ uiſus:ſed tactus:neq; utiq; in ſomno animus uniuerſus fallet̃:ſed pars tantum ea quæ ſenſui tactus reſpondet. Ita altera eius portio ideſt uis tactoria per ſomnum unam rem duas eſſe pronunciat. Altera ideſt uiſibilis conſtanter obſiſtit & quaſi uigilans teſtatur: unam rem eſſe quæ uideantur duæ. Quod ſi non fallitur ea pars animi qua uidemus:quippe quæ exquiſitior & quaſi racionabilior ſit:q̄ pars ea qua tangimus: longe hoc fidentius adiungendum & tribuendum menti eſt: utpote in qua ſedes & domiciliū iudcii ſit. Nec temere ſopori accumbit: niſi defluxus ſpiritoſi oris exuperet. Ac conſentiret quidem ſemper in ſomno anima:& imaginibus quæ a ſingulis ſenſibus orirentur fidem adiungeret:niſi uirtus aliqua potior & uegetior contrairet. Quale enim quicq; eſt quod ſenſus apportat:tale a primo ſenſu etiā iudicatur habeturq;. Quapropter quom tactus ſæpe quod unum eſt:duos eſſe renunciet:& uiſus ſolē pedalem eſſe ſemper decernat:niſi quæ alia ratio haberetur:quæ quaſi intercederet:neceſſarium eſſet:ut animus ſemper iudicia ſenſuum aſſertione ſua approbaret:atq; ita ſemper unam rem duas eſſe conſtitueret: & ſolem pedaneum ſciſſeret. Nūc continetur quædam uis in nobis quæ efficit:ut q̄q̄ pedalis appareat:non tamē uideatur pedalis. Non enim omne quod apparet etiam uidetur. Niſi quom langore corporis ſoporata uis illa arbitra eſt: ut ſæpenumero diximus:aut quom non mouetur motu legitimo nec ſuo.

Motiones in ſenſibus factas inducere ſomnia. item quæ actu earum quæ potētia ſint. itē ſomnia explanatiora ultimis ſomnis afferri. CAP. XVII.

QVemadmodum uero dictum eſt:uehementes affectus facere:ut quiuis in ea re quoi affici tur facile capiat̃: ita & ſenſuum motiones in ſomno & cætera quæ in ſenſu contingunt:uidentur cōmittere ut dormientes mentiēbus ſomniis ēt a tenui ſimilitudine cogant̃ accedere:nam quom dormientibus nobis ſpiritus uel ſanguis reciprocat ad cor:una & motiōes illæ imaginariæ ſenſuum commeant:quæ in materia ea tanquā in ſubiecto ſuo conſiſtunt. Cæterum aliquæ actu: aliquæ potentia continent̃: hoc eſt aliquæ cunctantur: nec dum mouent:aliquæ præſto ſunt: & principium ſentiendi ad repreſentationem & noticiam ſui appellant. Vt igit̃ quæq; prior accedit & itrat locum:ita prior extimulat & prior ſe aſſerit: hac abſumpta aboletaue:ſequētes ſuo quæq; ordine roganť & inferunt ſeſe. Declaratur hoc huiuſmodi exemplo. Fingat quis ranas quīq; in doliū ſalis coniectas:deinde eas ita diſponat:ut unam in ſummo: unā in imo: tris medio ſpatio:atq; omnes inter ſe paribus interſtitiis collocet:hoc eſt:ut extima& alteram ad os & labia dolii: alteram ad fundū medias in medio ſitu interuallis & proportionibus ſuis cōſtituat: ita tamen ut omnes operiant̃ ſale: ſimul igit̃ cæperit ſuprema pars ſalis tabeſcere:rana quæ parte illa condebat̃: prima uendicabitur & prima ſuperficiem obtinebit: & prima uſurpabit̃ cōſpectu: tum deinde ſequentes ſerie:qua ad eas colliquatio ſteterit:ita pdibunt in lucem. Quom uero in imum diffuſio decubuerit:tunc emerget quæ ſepulta inibi fuerat. Eadem condicione ſunt ſimulachra ſenſilium & motiones quæ in ſomno uerſant̃. Quæ prima incurrunt prima animum exercent & cōmouent. At quæ potentia contineri & tardius percutere diximus: quia tum ſanguis is qui corpulentior ſurſum halauerat:& prohibebat offerri ſimilitudines ueras attenuatus dilutuſq; habet̃: iſomnia exquiſitiora explanatioraq; repreſentant. Hic eſt ut nouiſſimi ſomni afferre nobis ſoleant cōſtātiores & certiores imagines. Quom. n. q̄ſi refrixit ac deferbuit cauſa illa: ea quæ imagines rer& turbabat:neceſſe eſt: ut ea q̄ olim ſenſibus accæpta eo tpe deferunt̃ ad cor:puriora ſincerioraq; uideant̃.

Animam ſopiri alimoniæ:nec tamen ſemper ſopiri. item non idem eſſe aliqua apparere & uideri. CAP. XVIII.

EA igit̃ cōuariatio & commutatio phantaſmatum quæ in ſomno accidit: cōferri poteſt ei quæ in nubibus contingit:quoius & ſupra mētionem habuimus. Nam & illæ quō modo effigiem hominis referant:mox ſe tranſitu ociſſimo in centauros cōuertunt. In uniuerſum quicquid apparet in ſomno ut dictum inter initia eſt ex reliquis & ueſtigiis eſt inhærētibus earum rerum:quas quis uigilās ſenſerit:geſſerit:cogitauerit. Digreſſo autem ſenſili atq; abducto:ſi uis illa:quæ in nobis principatum iudicii & pōtificium obtinet:etiam dormiēdo ſoluta ſit:nec copia defluentis ſanguinis obteratur:ludibria ſomniorum detegimus & hoc quod uidetur coryſcus ſcimus coryſcum non eſſe:ſed ſpectrum coryſci:ita tum quoq; animus uerum coryſcum intelligit:ſi uero penitus merſa effuſaq; ſit: tum ſimilitudo rei creditur ipſa plane res eſſe. Nec ita mouet ut i uigilia aſſolet: ſed ita:ut uigor animi totus iacēs ſepultuſq; omni eius ſenſu liquatur. Tanta uis ſoporis & ſomni eſt:ut diſcerniculum hoc menti eripiat. Quemadmodum igitur ſi quis oculo digitum ſubderet:nec ſciret digitum ita admotum cōmittere ut omnia ei gemina apparerent:tunc non modo apparerent gemina:ſed etiā uiderentur crederenturq; gemina. Si uero id ſciret: apparerēt quidem gemina: ſed uideri aut credi nō poſſent. Ita in ſomno ſiquis intelligat obdormire ſe:& præterea aliquid ſomniet: apparebunt quidem ei quæ ſomniat. Sed ſecum dicet q̄q̄ apparet hoc coryſcus eſſe: non tamen eſt coryſcus. Nam ſæpiſſime hoc euenit ut quis dormiendo dicat intus ſomnium eſſe quod uidet. Quod ſi dormire ſe neſciat:dabit manus approbabit & adhibebit aſſenſum.

Imagines rer& abſentiū mō in ipſis ſenſoriis:mō in corde uerſari. CAP. XIX.

AT uero ita esse ut dicimus & motiões imaginarias & figuras & simulachra sensilium diuersari in primo sensu.idest in corde etiam rebus abiunctis & cessantibus sensibus : de quibus omnis ludificatio & cõmenta omnium somniorum prodeãt clare demonstratur argumẽto quod subiungitur.Id quod in secundis est longe magis asciscendum & ascribendum est primo.Sed in cæteris sensoriis etiam ociosis & uacantibus reliquiæ & uestigia quædã rerum seruant. Multo igitur æquius est in corde hoc concedi: unde illa proficiscuntur & quoius beneficio functionibus suis supersunt.Esse autem hæc i sensoriis experiri manifestarie quiuis potest:si adhibeat animum & animaduertere ad id conetur:quod nobis a somno recens excussis solet accidere. Nam plerũq; uisa & motiones quæ se modo quiescentibus obtulerant continenter uel excitatos expergefactosq; comitantur & aliquãdiu post desistunt.Nam quom quis in somno datus & uidere somnium occipiẽs casu aliquo expergiscitur:fere semper accidit:ut ei simulachra quædam ob oculos stare obuersariq; uideantur.Pueris certe noctu a somno quidem recentibus:sed plane uigilantibus aspectantibusq;:multæ sese imagines præsentant: quæ passim uagari & moueri uidentur:ita ut illi se præ metu sæpe intra inuolucrum expauidi occulant.At hæc nihil aliud sunt q̃ motus a sensilibus profecti impræssiq; oculis.

Definitio insomnii & quæ insomnia uideant cũ non sint. CAP. XX.

EX iis omnibus ratiocinatione certa colligitur:somnium eẽ uisum: quod secũdum quietem occurit: quotiens uis quæ iudicat obligata desertaq; langore corporis est. Quapropter neq; uisa ea & terriculamenta: de quibus paulo ante habita oratio est:proprie insomnia esse possunt : neq; aliud quicq̃ quod sensibus excubantibus & solutis appareat: neq; item quicquid occurit in somno in somnium est:nisi ratio ea quæ iudicat possessa omnis & obruta sit.Nam quod nõ nulli experiuntur in somno:ut quodammodo cernant:degustent:exaudiant:uulsi & contrectati præsentiant:sed languide alioquin & quasi de longinquo:non potest insomnium putari. Qui enim ita leuiter obdormiscunt: ut quasi incollimitio somni & uigiliæ sint: siquis strepitum moueat:aut lumen obtinens prætereat locũ:in quo quiescunt:fieri solet ut strepitum & lucem oculis accipiat:quasi utrũq; incolumi fieri sentiant:eoq; & excitatus aliquis dicat:tu quid perstrepis? Aut nunquid tu cum lumine accedebas.Ita me hercule uidere somnium uidebar:cæterum non fuit somniũ: sed gesta hæc sunt.Proinde ut se habet is:qui simpliciter uigilat ad eum:qui aliquatenus uigilat:ita sensus simpliciter ad aliq̃tenus sensum.Ac illi quidem in somno palpebras non cõducunt: sed discuneatis exiguo calle oculis & dehiscentibus dormiunt.Quom ergo accensum lumen in cubiculo uiderint:arbitrati esse insomniũ: expergiscuntur:& lumen uerum fuisse dignoscunt.Sed & gallinaceorum cantus & latratus canũ exaudiuntur in somniis:& existimãtur insomnia:quæ mos expergiti animaduertunt somnia nõ fuisse. Iam uero comperti qui quõ dormirent ad interrogatum responderint:sed ii experecti respondisse se non meminerint.Certe cõstat qui ita dormiunt: q̃q̃ solutos habere sensus uidentur:non tamen uigilare simpliciter alioquin somno excussõ recordarentur: neq; simpliciter dormire:alioquin percunctantibus non responderent.Ex hoc genere nihil potest somnium uocari . Neq; siquid aliud potest præter somnium in somno uere intelligi.Qualis ea depræhensio siue iudicium est:quo quis dormire se quõ dormit sentit:sed simulacrum uisumue: quod ortum & profectum a sensibus in dormitione animalibus affertur:in eo q; dormiunt:hoc proprie somniant esse & appellari debet.

Quamobrem aliqui nunquam somnient:& quamobrem quidam somniare sero incipiant. CAp. XXI.

PRoduntur certe:qui nunq̃ quicq̃ somniarint in uita.Exempla etiam sunt alios ad multam ætatem non somniant esse.Causa eadẽ: quæ facit: ut & infantes quoq; non somnient:neq; cæteri statim a pastu.Quorum enim ita constat temperamẽtum:ut ad superiorem locum plurimus e cibis fluxus succedat necesse est:ut quõ delatu ad ima humoris eius multæ motiones citent:nullum his phantasma:aut uisum appareat. Proficiscente uero ætate:cõcocta & subacta materia nihil prohibet:quin somnia illis possint restitui.Nam immutatione uel ætatis uel affectionis aliquouis secuta necessarium est naturã quoq; ipsam & temperamentum mutari.

TABVLA IN LIBELLVM DE INSOMNIIS.

Inſomnia ſenſu non percipi. Cap.i.
Inſomnia non eſſe opinionem nec actum ītelellectus. Item quid præter ſomnium. Cap.ii.
Non omne quod dormienti apparet ſomnium eſſe. Item quid ſit ꝑprie inſomnum & quid uiſum. Cap.iii.
Qua ratione dormiendo in ſomniis fallimur. Cap.iiii.
Quāquam in ſomnio nihil ſentiant ſenſus: tamen afficiuntur intus. Cap.v.
Quot imaginibus ſomnii modo fallimur modo non fallimur. Cap.vi.
Inſomnium eſſe potentiæ ſentientis affectionem: non qua ſentiens eſt: ſed qua imaginatrix. Cap.vii.
Cauſa ꝑducens inſomnia: & iterum quando erremus aut non in ſomniis. Cap.viii.
Poſt receſſum rei ſenſilis imagines & affectiones in ſenſu manere. Cap.ix.
Senſus differētiis leuibus pelli: nec ſolum pati ſed ageꝛ. Item de ſpeculo quod aſpectu ſordeſcit. Cap.x.
Facile decipi qui morbo aut affectu tentantur. Item aliquando decipulum intelligi: quia iudicium animi a iudicio ſenſuum diſcrepat. Cap.xi.
Iudicia ſenſuum inter ſe contraria eſſe deſidereq̄. Cap.xii.
Quot dormientibus & noctu magis q̄ interdiu & uigilantibus uiſa occurrant. Cap.xiii.
In ſomnio quot imagines multæ occurrāt. Item quæ primæ quæ mediæ quæ nouiſſimæ motiones dicantur in ſomno. Cap.xiiii.
Quot ſtatim a cibo non ſomniēt animalia. Item quot nec pueri. Item quot modo ſomniēt animalia: modo non ſomnient. Item deturbatis & tranquillis inſomniis. Cap.xv.
Quot ſinceris īſomniis animus modo obſiſtat modo conſentiat. Cap.xvi.
Motiones in ſenſibus factas īducere ſomnia. Item quæ actu earū: quæ potentia ſint. Item ſomnia explanatiora ultimis ſomnis afferri. Cap.xvii.
Animum ſopiri ui alimoniæ nec tamen ſemper ſopiri. Item non idē eſſe aliqua apparere & uideri. Cap.xviii.
Imagines rerum abſentium modo in ipſis ſenſoriis: modo ī corde uerſari. Cap.xix.
Definitio inſomnii & quæ inſomnia uideantur cum cum non ſint. Cap.xx.
Quamobrem aliqui nunquam ſomnient & quamobrē quidam ſomniare ſero incipiant. Cap.xxi.

HERMOLAI BARBARI.Z.F.PATRI.VE.IN PARAPHRASIM THEMISTII DE DIVINATIONE SECVNDVM QVIETEM PRAEFATIO AD.M.BARBVM.

LIBELLVM DE Diuinatione ſecūdum quietē interp̄tati ſumus ad te: id munuſculum cum q̄ e ſicio ē: tū q̄ a me uenit gratū tibi fore non dubito. Iuditiū tuum: quod ſit: ſimul hæc legeris: aueo de te p̄ litteras ſciſ. Cæterum hoſpes biennium meus Ariſtoteles tuus ſiue q̄ comiter a me & liberaliter tractatus ē: ſiue q̄ ueret̄ ne tā longa peregrinatione offenſionē animi tui ſubierit: diſcedeſ: ſed ne auelli qdem a nobis pōt. Niſi forte iniquo aīo tulit uerba illa in litteris tuis īterminabūda: qbus (ſi pugnet) pferri ad te manus & pedes uictum iubes. Indignū ſe catenis putet nobiliſſimus philoſophus: q mētes hoīum a maximis erroribus ſoluerit: alioquin nullos neruos detrectat: modo tibi uſus ſui conſtet: ut mihi. Proinde metuit ne (quæ tuæ maximæ occupationes ſunt) prætereq̄ impenſiſſimum in ſacris litteris ſtudium: ad ſitum & puluerem reuoces. His rationibus uel cunctis uel ſingulis (niſi maiore aliqua ui cogatur) negat ſe arbitrū ultro ad te. Tantiſper te rogat ſupplex (nec enim tam formidat uincula: ut te dominum: agnoſcat) ne ſe īteruſurium aliquod diceularum inuideas: in quo ſi æquus fueris exhibiturus ipſe ſe eſt: uel ad pœnam: etiam ſi iure poſtliminii uti poſſit: niſi q̄ emptus a te in Aſia eſt: haberi eum loco ſeruorum a manibus uelis: utcūq̄ manus illas ipſas probas & doctas: ſed & pedes quoq̄: ſi pateris: aduolutus impetratam a te morulam tantulam uult: qua ſe mihi extremas manus Themiſtio ſuo imponenti commodet. Neq̄ id ſe mea tantum cauſa facere: q̄ ſua: utpote quoius interſit: expoſitorem ſui iuratiſſimum uindicari tenebris: & philoſophiam ſuam latinis reddi: quæ obſeſſa barbaris ſit. Iam me hoc loco laudat parce: & quia philoſophus: & quia Ariſtoteles promouiſſe me aliqd hoc in genere: neq̄ de latinis litteris peſſime meritum. Ob hæc (niſi tu aliquid contra habes) pluſq̄ ſonticam cauſam putat: quāobrem appellatus ad cō dictum non uenerit: te quoq̄ modeſtum & facilem dominum fore: ſi ſibi hoc ſpatioli dolueris. Et hercules ſi ſummo iure agatur iuſtas rationes uideri: quibus in libertatem proclamet. Sed iocari collibuit illud ſerio Ariſtotelem tuum apud me eſſe adhuc menſem opportet: quoaddum Themiſtius noſter totus exeat. Nec uero ni fraudi ſit: q̄ re tua inuito te abutor: primum me: inuito te: id faciam humanitas tua metu illo me liberat. Deinde ut inuito te faciam: quod facere me oportet: eius rei culpam neceſſitas non ipſe habuerim. Vale. Venetiis. M.CCCCLXXVIII.

THEMISTII PARAPHRASIS DE DIVINATIONE PER SOMNVM INTERPRETE HERMOLAO BARBARO.

An existimandū sit aliquam diuinationem haberi per somnum. CAP. I.

IVINATIONEM In somno aliquā esse q̄ dormientibus nobis ꝓuenire dicat a somniis: neq; ꝑtinaciter resistendū: neq; temere assentiēdū puto: nam qđ aut oēs aut plurimi arbitrant̄ inesse aliqd diuinitatis ī somno: & uisa pleraq; occurrere p̄nūtia futuroꝝ: argumēto ē: huiusmodi ꝓsuasionē q̄ usq; adeo īsixa hoīum mētibus sit: & fere gētiū firmata cōsensu: ab expientia & reꝝ euētis ortū aliquē habuisse. Accedit q; fere nemo ē: quoī euenire signa aliq̄ dormiēti nō soleāt. Nōnullaꝝ ēt reꝝ p̄sensa eē q̄dam ī somno atq; p̄scita credi par ē: quippe qđ oīno rōne non careat: nec fere ullū insomniū īcidat: ex quo addiuinatio: aut cōiectio: aut īterp̄tatio aliq̄ duci nō possit. Parte alia quō nulla grauis & efficax rō uideat̄: unde istec diuinatio ꝓueniat: efficiāt: ut difficile sit hoī docto fidē suā ī hoc obstrīge re. Nā putare deū eē q mittat somnia: præter alias rōnes qbus infirmari hoc cōfutariq; pōt: illa ē efficaciæ exploratæ: q; subabsurda res sit signifi/ cationes futuraꝝ reꝝ ꝑ somnia: nō optimis sapiētibus: sed sine lege ulla: ac fere pessimis quibusq; & abie ctissimis hoībus euenire. Porro sublata origīe hac nulla ꝑterea pōt idonea alia uel fingi. Nam qđ dicit̄ quosdam esse in Boristhene & Gadibus: qui uaticinentur futura adhuc rationis īcompertæ est. Et her cules maius quiddam q̄ ut in hoc captus ingenii nostri sufficiat.

Somnia alia causas rerum esse: alia signa: alia fortuita: & quemadmodum sint signa. CAP. II.

NEcesse igit̄ ē somnia aut cās eaꝝ reꝝ q̄ ꝓuidentur putari: aut signa ītelligi: aut oīno haberi fortuita. Mēbra hæc uel oīa cōgruūt somniis: uel duo ex his: uel unū. Cām accipio: ut lunā q̄ cā ē: ut sol deliqo obscuret̄: & defatigationē q̄ cā ē: ut qs febrē īcidat. Signū deliqi ē. quō subit planeta & ad īteruētū tēdit: signū febris ē scabrities līguæ. Fortuita res ē: inābulante me solē delinquere: qa neq; cā neq; signū deliqi inābulatio mea pōt uideri. Quapp fortuitæ res neq; semp neq; maiori ex pte uisunt̄. Probāda itaq; partitio ea ē somnioꝝ alia ꝑ cāis: alia eē ꝑ signis: alia temere ac uice fortuita euenire. Signa sunt ꝑ q̄ affectiōes aliquæ aī aut corporis notant̄. Nā & medici fidi & q paulo pi tiores sunt ægrotātiū somnia diligēter exq̄rēda & spectāda ꝓcipiūt: utpote q̄ ī morbis plurimū referāt & ad salutē & ad cōiectationē euētus. Decernūt āt ita rōne recta artifices & oparii alioqn: sed q sup aliqd tamē meditari philosophariq; habeāt. Nā motiōes q̄ īterdiu & secūdū uigiliā cōtigūt: nisi admodū eui/ dētes amplificatæq; sint: delitescūt & offundunt̄ īcursu & adūbratiōe maiorū. At ī somno contrarium euenit: ut exiguæ motiones præsertim silentio noctis insigniter & ualide feriant. Indicium huius rei: q; fere nemo est: qui non sit in somno expertus q̄modico sæpe strepitu exaudito accæptoq; auribus: ful/ minare ut tonare crediderit. Interī tenui pituita distillāte: gustare mel aut dulcē aliū saporē uidemur. In terim ꝑtibus corporis qbusdā leuiter calefactis: super ignes ambulare & audiri putamus. Excitati uero aīaduertimus ita eē rē ut ē. Quāobrē quō oīum reꝝ minuta & lāguida initia sint: clarum ē: ut pricipia morborum & affectionum quæ continet̄ in corpore parua eē imbecillaq; oportere. Ea semp in som/ no sese manifestius produnt q̄ in uigilia. Dictū est quēadmodū somnia possint signa intelligi.

Quemadmodum somnia possint esse causæ actionum nostrarum. CAP. III.

NVnc quēadmodū cāæ possit cēseri: & q̄ sint illa q̄ possint differemus. Primum illud cōuenit somnia cās nostroꝝ actuū potius q̄ alienoꝝ uideri. Vt. n. plerūq; q acturi aliqd sunt aut q mō id agūt: aut q iā egerūt absoluerūtq;: illud ipm ꝑ somnia ad eūdē modū contuent̄ & ge/ rūt: qa diurna cogitata cœptaq; ad talē motū q̄si uiā q̄dā præpant: ita e cōuerso frequentariū est: ut uisa ꝑ somnū pricipia sint reꝝ q̄ īterdiu molimur: qa mēs nocturnis motionibus mollita imbu/ taq; ad eas actiōes potissimū sese accōmodat: quarū simulachra ī somnis imaginata essēt. In hunc mo/ dum somnia aliquādo signa rerum sunt: aliquando ut causæ actionum habentur.

Quæ sint fortuita & temeraria somnia. CAP. IIII.

RElinquū genus fortuitū ē: & temere ꝓueniēs: præsertī quotiēs ardua illa extremaq; uehemē ter & supra oēm fidē hoīs posita somniamus. Demū ea quorū origo sita ī nobis nō ē: ut na/ ualis pugnæ eius: q̄ ī terra. Perside cōmissa sit. Postrēo ea oīa: q̄ a nobis ꝓcul gerūt̄. Plane de iis eo mō statuēdū ē: quo statuit̄: quō qs ꝓcedētibus nobis obuius uenit: quē mō pegre cō/ moratē cogitabius. Quid. n. ꝓhibet ī sōno qn decerni idē possit sane: īmo uero in sōno iustius. Quēad modū igit̄ ea cogitatio mētioue: neq; signo: neq; cāæ pōt fuisse: q̄obrē nobis amicus occurrerit: ita neq; sōniū cā aut signū eius rei: q̄ euenerit dicēdū: etiā si eo mō ꝓrsus quo appuerat euēit: sed tota ea rō for/ tuita ē: & casu cōsistit. Eo fit: ut pluria sōnioꝝ mētiāt̄: qa q̄ fortuita fūt: neq; sp neq; ꝓpēsius accidūt.

Somnia non uenire a deo. Ité quot melancholici aliquando præsagiant. CAP. V.

GEnerati uero quō & bruta quoq; somniēt dici nō pōt uenire celitus somnia delegante deo: neq; ad eā finē adiūcta hoībus fuisse. Sane q̄q̄ diuinitus nō mittūt̄: sunt tamen q̄ possis dæ monia dicere. Nā & natura dæmonia ē: nō diuia: huius rei argumēto ē: q; ꝑte pluria īdocti

& gregarii ſomniare & uaticinari uidentur futura:ut intelligat̃ non ſomniare illos autore deo. Verum prout qſq; natura blatero loquax q̃ ẽ:aut melãcholicus:ita uiſiõibus & ſomniis multiplicibus utitur. Porro quõ plurimis & uariis uiſis hoc aĩus pulſet̃:nõ ẽ ut ſit mirãdũ:euadere iteri ex iis aliq̃ q̃ pdixerint.Nã & q totũ diẽ iaculant̃ aliq̃do collimãt:& pmiũ capiũt:uetus adagiũ ẽ:ſi ſæpe iactaueris aliq̃do uenerim iacies.Idẽ de ſomniis uidet̃ : ſi quãdo id conſequat̃:quod quoi apparuerit ſecũdũ quietem.

Quot pauca ſomnia euadant.Itẽ nõ ſequi ſemp quoc; ſigna pceſſerint. CAP. VI.

NEc uero diſſentaneũ eſt pauca euadere ex iis q̃ obiiciũt̃ & mõſtrãt̃ i ſõno : quõ nec ea quoq; ſõnia q̃ ſigna affectionũ corpis ſunt ſp eueniãt.Nã neq; ex oi pſagio ſuæ tẽpeſtates ſequunt̃ ut imbres:aut uẽti:quos ſignificatio aliq̃ e celo ptẽderit.Si.n.ualidior & uehemẽtior motus q̃ ſit is quẽ rõ,pgnoſtica denũtiat:,prũpat:tũ ſignificatio:aut pmonitio futuræ hyemis nulla fuerit.Pari mõ iteri morbũ icurrit q uiſus i qete ſit ambulare p cœnũ.Nã hũores q putruerit & agitari occæpint i ſõno:facile ſentiũt̃.Itẽ q ſup prunas ire ſe ſõniat:aliq̃do ẽ:ut paulopoſt corripiat̃ febri :ali quãdo cõtra euenit ut q hæc uiderit i ſõniis:nõ tamẽ decũbãt:q; natura i iis ppotẽtior cãis illis ſit:quæ ægritudinẽ afferũt:eoq; ſubactis:aut diſſolutis hũoribus itercludat aditũ morbo. Quotiẽs porro luna coronas circa ſe habet pſagiant̃ flatus &pluuiæ &tamẽ uiſitatæ ſunt:nec iſecuta q̃ iminebãt:q̃ſi recipro cãtibus:ac pedẽ referẽtibus cãis & ambiẽte cõtraria motiõe i pulſo:iã cõſilia q̃ ſũma alioqn & optima ratiõe inieris plurima i irritũ recidũt:& eliſa maioribus aliis diſſoluũt̃.Prorſus nõ oẽ fit:qđ fieri debetur piclitaturq; : neq; idẽ ẽ fieri qcq̃ debere & futuꝝ eẽ : ſed,pgreſſiões & prĩcipia paſſim ſunt:e quibus euẽta ſua nũquam ſpectantur:& ſignificationes rerum multæ:quas nulla conſecutio approbet.

Democritum ſomnia imaginibus a corpore fluentibus tribuiſſe:peripateticos motionibus quibuſdam. CAP. VII.

SOmnia uero quoꝝ prĩcipia hæc nõ hẽnt̃:ſed q̃ a nobis:aut tpibus:aut locis abiũcta:aut magnitudĩe &genere aliena:aut ſiq̃ oino ad nos uicinitate ſocietateq; referũt̃:nõ tamẽ prĩcipia eoꝝ cõtinemus.Huiuſmõi ſomnia ſi q̃do pnũtia aliquouis euẽtus ſunt fortuito cõmittũt̃ & nulla rõne naturæ.Nã & Democritus hoc uolebat:q dormiẽtiũ aĩos pulſari cẽſet extrema & aduẽticia imaginũ uiſione:q̃ tãq̃ mẽbranæ a corpibus direptæ cõtinẽter fundarẽt̃ & fluerẽt. Ex iis alias eẽ beneficas alias ſeqoris ĩgenii pindeq; maleficas & magnitudĩe & pnitie portẽtoſas.Has accedere i ſõnis ad hoies & ſignificare q̃ pſentirẽt̃ futura.Eſſe uero qbus ſimulachra hæc aduenĩat meditãtia cõmẽtãtiaq; & uoces mittẽtia. Alioqn q̃ i ſõno tãtũ itelligẽtibus ſentiãt̃.Quãobrẽ optabat Democritus imagies optimatis notæ ſortiri.Nos quoq; tãetſi ſimulachra eẽ ulla q̃ uolitare ultro citroq; & uagari p auras poſſint negamus : tamẽ motiões aliq̃s eẽ cõcedimus:q̃ nos uice ſimulachrorũ exerceãt. Illas ex initiis qbuſdã eaꝝ reꝝ,pdire q̃ dicẽda nobis agẽdaue ſint:mox aere primũ mutato : tũ deide p auriũ foramĩa & nariũ meatus trãſmiſſas ad cor facẽt̃:ut i ſõniis futuraꝝ reꝝ exitus pnoſcere uideamur. Vt.n.ſiqs humorẽ:aut aerẽ prĩo cõmoueat : ea ps q̃ ita cõmota ẽ:ſubide aliã cõmouet:fitq; hoc diutius autore etiãnũ ceſſante abiũctoq;:ita nihil obſtat qn motus qdã & ſenſus attĩgere ad aĩas quieſcentes dicant̃ ab his rebus profecti:a qs Democritus ſimulachra decedere & exuuias illas mitti cõmotus eſt.

Quot pſcita noctu potius & ſtolidis q̃ ſapientibus pbeantur. CAP. VIII.

SAne motiões eæ:q̃ ita pueniũt ad aĩam nõ poſſunt alio tpe ſenſũ ſui: q̃,noctu ampliorẽ iuehere.Cũ iterdiu ad ſenſũ delatæ obiter exoleſcãt & facillime diſſoluant̃.Eſt.n.aer noctis:ab oi turba liberior:qa tps adſilẽtius cõticeſcẽtiuſq; ẽ.Proĩde in ſõno ẽt minima ſenſum laceſſunt.Nã motiũculæ & ſtrepitus puſilli dormiẽtẽ ãplius q̃ uigilantẽ uidẽt̃ ciere. Motus igit̃ hauſti ſenſibus & uiſa ex iis cõcæpta idẽtidẽq; ad prĩcipiũ ſentiẽdi trãffuſa:pſenſionẽ futuroꝝ dormiẽtibus afferũt. Atq; hæc rõ ẽ:qobrẽ ſõnia hæc fatuis potius q̃ prudẽtibus pbeãt̃.Alioqn ſi deus nobis uiſa hæc dat:nõ ſecũdũ qtẽ & noctu mõ: ſed ẽt diu & ſapiẽtibus daret.Quod ſi ita:ut dixius puident̃ in ſõnis:futura rõ ẽ:ut cõtẽptiſſimis qbuſq; ſtolidiſſimiſq; pſagiaꝝ cõtigat.Ineſt.n.is mens ſilẽta deſertaq; & cogitatõibus uacua:q̃rũ plẽus philoſophãtiũ aĩus ẽ:& q̃rũ agitatiõe ſolitarius & ocioſus eẽ nõ ſinit̃.

Quotecſtatici futura præuideant & quot de amicis uera ſint ſæpe ſomnia. CAP. IX.

QVoſdã uero eẽ:q quõ exceſſu mentis tẽtant̃ pdicãt futura.Id cãæ ẽ:q; quõ iteſtinis & ppriis motibus nõ iſeſtẽt̃:emius uellicãt̃:&alienos excipiũt:ita ut ea maxie ſentiãt q̃ extriſecus gerant̃.Eſſe itẽ aliquos qbus ſõnia de neceſſariis & amicis certiſſima eueniãt:ide proficiſcit̃ q; de neceſſariis ſuis ipẽſæ ſollicitus q̃ſq; ẽ.Vt.n.de lõgiquo ii uice mutua ſe agnoſcũt:ita motiões q̃ i cor de ſeruant̃ rerũ quas familiares charaſq; habemus:notiores nobis ſunt & prõptius ſe reddunt.

Quot melancholici:& phanatici futura præſentiant. CAP. X.

MElancholici adeo præ naturæ ſuæ uehemẽtia ſimiles uenatoribus uident̃. Vt.n.illi & cõiectatiõe & tælo quaſi poſſident ferã anteq̃ accedãt manuq; tollant :ita melãcholici pnicitate aĩ rapida pcipites quaſi anticipãt & anteuortunt futura.Quod.n.imaginatiões in iis uolucres & deſultoriæ ſunt:læui pulſu excitæ tãq̃ ſigno dato & quæ his ,pximæ ſunt:demumq; uniuerſæ ,prũpũt.Vt.n.poemata.Philegidæ:qa nec pſonarũ nec narrationũ diſpilitate iterpolląt̃:ſed cõ ſeq̃ntia annexaq; ſunt:& ſeriẽ q̃dã cohibilẽ cõtinent facile audimus & ,pperantes abſoluĩus:ac ſi uenerẽ qs a pncipio diceret & aduſq; exitũ pmeret:ita iſani & fanatici uiſiones ſuas quas perinde colligatas cõtinenteſq; & permobiles habent:celeriter recurrunt:quo fit ut ſimilia percipiant & conſeq̃ntia lõge antea puideãt ut i ſtãtia.Tãta porro i iis cõcitatio ẽ:ut motus ii alio motu elidi aut ſufflamiari nõ poſſint.

Quis artificiosissimus somniorum interpres sit. CAP. XI.

EXquisitissimus uero somniorum cōiector is qui similitudines rerū acutissime pōt pspicere & discernere. Nā recta claraq; somnia interptari cuiusuis ē. Similitudines accipio quæ nobis secūdum quietē uariæ obiiciunt & uelocissimæ trāsformātur: ut quæ de rebus respondent in profluente. Si. n. uehementior motus sit: simulachra in eo ueris rebus dissimilia & tortuosa reddunt. Idem in somno statuimus. Si redūdantior & concitatior materia ea sit: quæ a sūmo capite ad ima cordis deferē similitudines expressæ aut puræ haberi nō possunt: quoniā multa cōmotio sinceritatem somnioꝝ confundit & cōstantiā uisionum intercipit. Nimirū uterq; exercitatissimus & accerrimus fuerit: & qui formas illas in torrēte ppōsteras inconditas distortasq; sciat distinguere & ueris exēplaribus reddere: ut hominis hanc: illā equi designet: quarū tamen neutra icolumis absoluta; cernatur: & qui hoc ipsum pstare explanandis & explicandis insomniis possit: quid sit somnus: & qd insomniū: quāobrem utrūq; animantibus iūctum. Iterū qualisnam diuinatio ea sit: quæ proficiscatur ex somniis: dictū iam est: Nunc de cōmuni aialium motu agendum uidetur.

TABVLA IN LIBELLVM DE DIVINATIONE PER SOMNVM.

An existimandum sit aliquam diuinationem haberi per somnium. Cap. i.
Somnia alia causas rerum eē: alia signa alia fortuita: & quemadmodum sint signa. Cap. ii.
Quemadmodum somnia possint eē causæ actionum nostrarum. Cap. iii.
Quæ sint fortuita & temeraria sōnia. Cap. iiii.
Somnia non uenire a deo. Item quot melancholici aliquando præsagiant. Cap. v.
Quot pauca somnia euadant. Item nō sequi semp quorum signa præcesserint. Cap. vi.
Democritum somnia imaginibus a corpore fluētibus tribuisse: peripateticos motiōibus qbusdam. Cap. vii.
Quot præscita noctu potius & stolidis q̄ sapiēti bus præbeantur. Cap. viii.
Quot ecstatici futura præuideant: & quot de amicis uera sint sæpe somnia. Cap. ix.
Quot melancholici & phanatici futura præsentiant. Cap. x.
Quis artificiosissimus somniorum interpres sit Cap. xi.

Acutissimi Philosophi Themistii peripatetici nobilissimi expositiōes in Posteriora Aristotelis. In physica. In libros de anima. In commentarios de Memoria & Reminiscentia. De Somno & Vigilia. De insomniis. De diuinatione per somnum Interprete Hermolao Barbaro: felicissime expliciunt q̄diligentissimæ castigatæ: quas generosus uir Octauianus Scotus Ciuis Modoetiensis expensis suis Venetiis imprimi fecit Per Bartholomeum de Zanis de Portesio. Anno natiuitatis Domini Milesimo quadringētesimo nonagesimo nono pridie nonas octobris.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a
Prima alba Themistii continet ratione
b
non posse possunt deficiatur constituere
c
Anteq̄ quid Themistii quæ quum & fœminam
d
rim solam gligentiam arte facto sistere etiam
e
iracundia est sonus idem & ipsa Nā Anaximan.
f
primum minorem rationis pro uerbo
g
laborioſe: sederet discutiat & Et quia
h
quot modis temporis His ita ri equale
i
sæ: quæ ueantur Nam etiam Themistii
k
aut ignem cum ea cat anima tralium
l
præstare q̄ plex habeat Sed quia De auditu
m
explorata possit idem Imaginationē differentes
n
Quod in Differentiam motionis bat. Plantæ:
o
mum ituram porro Non eosdem
p
Themistii ferunt potest



Buchbinderei
ANDR. HUBER
VI. Magdalenenstr. 21.